Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Kw
229 L 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXI.

DE

SECTIS IVDÆORVM, AC PRIMO DE PHARISÆIS,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICVS ALVTARIVS, Roterodamenſis.

Ad diem 5. Iunij, horis locoque ſolitis.

FÜRSTLICH STOLBERG. BIBLIOTHEK ZU WERNIGERODE

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis Propugnatoribus & Antiſtitibus ſtrenuiſſimis.

UT ET

Doctiſſimis ac Strenuiſſimis Graviſſimiſque Viris,

D. MICHAëLI vanden BROECK, Illuſtr. D. D. Præfectis rerum Mariti maritimarum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ à Secretis, eorumque Fiſci-Advocato digniſſimo, præſtantiſſimo, de me, ſtudiiſque meis plurimum merito indieſque merenti, atque ideo in æternum mihi obſervando,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct., & Coll. Theol. Illuſtr. D. D. Ordd. Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti prudentiſſimo, Præſidi meo colendo,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. Logices, Ethices, ac Politices, in celeberrima Lugduno-Batavorum Academia Profeſſori ordinario, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti ſtrenuiſſimo,

D. PHILIPPO PALUDANO, J. U. D. expertiſſimo, Amico & Fautori ſummo,

Haſce ſtudii Theologici primitias,
ſubmiſſe

offert & inſcribit

HENRICVS ALVTARIVS.

Reſp.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXI.

DE

Sectis Iudæorum, ac primo de Phariſæis.

Theſis I.

TEmpore Chriſti Servatoris, populum Judaïcum in ſectas fuiſſe ſciſſum, evincunt Phariſæorum, Sadducæorum, Eſſenorum, Herodianorum, Samaritanorum non nomina tantummodo, verum & contraria dogmata, partim alibi, partim apud auctores Novi teſtamenti commemorata. De quibus nonnulla ediſſerere ſtatuimus.

II.

Ac primo ſciendum, Iudæos poſt exceſſum prophetarum, hac conditione Moſaïcam religionem coluiſſe, ut & de ſuo adderent quippiam, unde ſupererogationes introductæ ſunt, & legis auctarium, ſive ἐπίμετρον, ut ipſi quidem cenſebant.

III.

Inter hos primas tenuerunt Haſidæi de quibus 1. Maccab. 2. 42. *Tunc congregati ſunt ad eos congregatione ſua Haſidæi* (Iun. ſcribit *Aſchidæi* de quo mox) *valentes robore ex Jiſraëlitis, quicunque voluntariè adhærebant legi.* v. & c. 7. 13. & 2. Maccab. 14. 6. *Qui ex Iehudæis dicuntur Haſidæi* (Iun. *Aſchidæi*, ut ſup.) *quorum dux eſt Iehuda Machæus &c.*

IV.

Vbi primo inquirendum, qua ratione motus, Iunius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Aſchidæos poſuerit; eſt autem hæc (ut patet ex ejus nota) quod vocem deduxerit à Chaldæo אשר *diffudit*. putat enim ita appellari profugos, qui religionis ergo huc illuc fuerant *diffuſi*, ne tyrannide regis ad ſcelus ullum cogerentur. Verum hoc eſt merum commentum, quod à vera ſcriptione & etymologia prorſus abludit. ut mox oſtendemus.

V.

Lyra vero hic præter ſolitum prorſus delirat, nam *Aſſidæos* (ut habet Vulgata) exponit, *Aſſiduo* vacantes cultui divino. quaſi nomen latinum eſſet, ab *aſſidendo*. quod homini hebraicæ literaturæ peritiſſimo mirum eſt accidere potuiſſe.

VI.

Verum ergo eorum nomen eſt *Haſidæi* .i. חסידים *benefici, pij, ſancti*. ita enim vocantur à Iudæis, Gorionide ac alijs. quod Syri & Chaldæi dicunt חסידאי. unde flexu græco, ἀσιδαῖοι. quo evidenter ſpectat illud 1. Macc. 7. 16. 17. *Comprehendit* (Alcimus) *ex eis* (Haſidæis v. 13.) *ſexaginta viros, & occidit eos in uno die, ſecundum verbum quod ſcriptum eſt; Carnes ſanctorum tuorum* חסידין Pſal. 79.2. *& ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret*. ubi manifeſta eſt ad Haſidæorum nomen alluſio.

VII.

Cum autem duo ſint vocabula apud Hebræos quibus *ſanctus* denotatur, videlicet קדוש cui reſpondet apud helleniſtas ἅγιος, & חסיד cui ὅσιος, vulgatus interpres, utrumque vertit per *ſanctus*. Ad rem ipſam quod attinet:

VIII.

Hebræum חסיד generatim eum notat qui pietatem ac religionem colit. Druſ. de trib. ſect. p. 183. ſpeciatim,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

qui id facit excellentiori quodam modo, ut arbitrantur. Nam David Kimchi חסיר ita diſtinguit à צדיק, ut hic ſit qui *juſſa Dei exequitur*, ille qui *plus facit quam facere juſſus eſt*. in Pſal. 103. 17. Ita in Avoth. p. 4. *Qui vult eſſe ſanctus* .i. חסיר *debet ſtabilire verba Patrum. Quanquam hoc ſit ex maceria* (ſive *definitione*. v. Druſ. p. 195.) *juſti. Nam ſanctus ſibi cavet magis & ſubtilius obſervat præcepta, & facit plus quam æquum eſt.*

IX.

Hi Haſidæi nihil aliud fuerunt, quam corpus ſeu τάγμα quoddam & fraternitas inter Judæos, qui præter præcepta legis, ſupererogationes ac voluntarias functiones, præſertim ſi quid ex litera legis per conſequentias & interpretationes erui poſſet, nullo cogente, obibant, & quum omnia feciſſent, nihil ſe feciſſe profitebantur. quo alludit dictum Chriſti. Luc. 17. 10. v. Druſ. p. 37. 38. 39. 295. Scal. Elench. Trihæreſ. p. 163. ſeqq. 191.

X.

Quod ſtudium, quamdiu *uſu* tantum & liberè obſervabatur, nulla ſecta fuit in populo, ſed poſtquam ſupererogationis *præcepta* condi, & in canones ac ſcripta cœperunt redigi, exinde dubia & altercationes ortæ fuerunt. v. Druſ. l. 4. c. 10. Scal. p. 168.

XI.

Hinc nota duo apud Judæos doctorum genera, 1. eorum qui ſoli legi ſtudebant 2. eorum qui præterea ſtudebant auctario legis. Ex priore genere orti קראים, ex his Sadducæi. Ex poſteriore Phariſæi.

XII.

Ut Phariſæi fuerint quaſi propago fraternitatis Haſidæorum, unde & eorum appellationem retinuerunt. v. Ioſeph. Gorion. c. 29. Druſ. p. 31. Hi ſupererogationis

 ſtudium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtudium, quod ante voluntarium erat, nec eſſarium fecerunt.

XIII.

Hinc Eſſeni prodiere, quorum vivendi ratio, Phariſæorum inſtituto longe accuratior & ſeverior fuit. Unde & apud hos hæſit Haſidæorum nomen. v. Druſ. p. 10. ex eodem Gorionide. Ita ut id (quod primaria ſua ſignificatione omnes pios complectebatur) ter reſtrictum fuerit. 1. ad Fraternitatis illius membra. 2. ad Phariſæos. 3. ad Eſſenos. Sed hæc nunc paulo fuſius ſunt evolvenda. Et primo quidem agemus de Phariſæis.

XIV

Phariſæi ſua .i. Hebraïca lingua vocantur פרושים à פרש cum ש. non à פרץ cum ץ ut quidam putant, qui Phariſæos exponunt פריצים. quod effractores & latrones notat. Jer.7.11. המערת פרצים *ſpelunca* ληςῶν *latronum*, ut vertitur Matth.21.13. imo apud Gorionidem חסידים & פריצים opponuntur, tantum abeſt ut Phariſæi tam ſcævum nomen ſibi imponere voluiſſent.

XV.

A פרש qui deducunt (quæ vera eſt derivatio) juxta varias ejus verbi ſignificationes aliter atque aliter ſe explicant. 1. enim habet ſignificationem explicandi vel explanandi, unde quidam eos ita dictos volunt, quod eorum vita omnium oculis eſſet conſpicua & q. explicata, ut qui laudes captarent hominum, & nihil non facerent ut viderentur ab eis. ita Forer. in Ieſ. 1. & Forſter. dictionar. Hebr. Hæc quoque explicatio dilutior eſt, cum non in laudem, ſed in vituperium ſonet.

XVI.

Alii igitur ex eadem ſignificatione eos פרושים appellatos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tos putant, quod reliquis peritius legem *exponerent*. verum 1. *expoſitor* ſive *interpres* uſitate dicitur מפרש. 2. non omnes Phariſæi erant interpretes legis, ſed ſcribæ proprie, qui erant μέρος τῶν φαρισαίων. Act. 23. 9. unde nec hic ſenſus ſatisfacit.

XVII.

2. Verbum פרש habet ſignificationem *ſeparandi*. quæ hic genuina eſt. nam Phariſæi ita dicti ſunt, quod eſſent *diviſi* ſive ſeparati *à populo*. ut ait Hieron. in Matth. 22. idque 1. (ut ipſi quidem arbitrabantur) ſanctitate & munditia vitæ. 2. dignitate. 3. veſtitu. docentur hæc in Aruch. *Phariſæus dicitur, qui ſe ſeparat ab omni immunditia, & à cibo polluto, & populo terræ, qui de cibo non ſubtiliter diſcernit*. Ioſeph. Albo lib. artt. fidei: *Homines* (inquit) *diviſi ab aliis dignitate ac ſanctitate vocantur Phariſæi*. Suidas: φαρισαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα. R. David Kimchi in Seph. 1. . ad verba illa: *qui induunt veſtem peregrinam. Sunt* (inquit) *qui exponant de hominibus qui oſtendunt ſe ipſos ſanctos & pios* פרושים וחסידים *& induunt veſtes peregrinas, quæ non ſunt ſimiles veſtibus reliqui populi, quo agnoſcantur veſtibus ſuis quod ſint ſancti ac pii: interim viæ ipſorum malæ ſunt.*

XVIII.

Quæritur, an Phariſæi ſucceſſerint in locum Naziræorum? Ita quidam arbitrantur, ex eo quod utriuſque vocis eadem ſignificatio ſit. unde verba Iacobi Geneſ. 49.26. לקדקד נזיר אחיו Chaldæus παραφράζει: לגברא פרישא דחוה. ſed in re ipſa tamen errant, cum Naziræorum ritus omni-

no

no diverſi eſſent à ritibus Phariſæorum, qui neque comam alebant, neque à ſicera & vino abſtinebant, niſi ex voto, & ad tempus. Hoc votum Paulus, qui ſecta Phariſæus erat, ſolviſſe legitur Act. 21. 24. id autem & aliis commune erat.

XIX.

Ad dogmata eorum quod attinet. 1. Deo & fato quæcunque geruntur tribuebant. Joſeph. Ant. l. 2. c. 12. quod Deo, recte, quod fato, non recte: intelligebant enim fatum Aſtrologicum. quod vocabant מזל *influxum*. aſtri videlicet benigni vel maligni, à quo omnia pendere arbitrabantur, ac dicebant, nullam herbam eſſe in terra quæ non habeat proprium מזל in cœlo. unde Epiphanius, ἀλλὰ καὶ εἱμαρμένη καὶ ἀστρονομία παρ' αὐτοῖς (Φαρισαίοις) σφόδρα ἐχρημάτιζεν. intelligit autem aſtrologiam judiciariam. de qua quid ſentiendum ſit, diximus Analect. 52. 53. Nota obiter, non ſatis accuratè judicaſſe videri Joſephum, quum hanc ſectam Stoicæ vicinam eſſe ſcriberet, ii enim aliud omnino fati genus ſtatuebant. prout obſervatum nobis Diſp. Theol. 7. theſ. 11. 13. &c. Reliqua in ſeqq. adjiciemus.

COROLLARIA.

1. *An duellum ſit licitum? De hoſtili diſt. de civili Neg.*
2. *An αὐτοχειρία ſit licita? Neg.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXII.

DE

PHARISÆIS,

ALTERA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

IOHANNES DABELIVS, Geertrudenb.-Bat.

Ad diem 9. Iunij, hora 8. matutina.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C.XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ Libertatis Vindicibus ſtrenuiſſimis,

AC

Ampliſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. D. PRÆTORI, CONSULIBUS, SCABINIS, SECRETARIO, Cæteriſque Inclytæ Reipublicæ Geertrudenbergicæ Senatoribus graviſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. GUILIELMO PISTORIO, Eccleſiæ quæ Geertrudenbergæ eſt Miniſtro fideliſſimo,

D. ADRIANO BUBBENIO, Scholæ, quæ eſt Bredæ, Moderatori indefeſſo,

Fautoribus ac amicis, mihi dum vivam honorandis & colendis.

DENIQUE

Doctiſſimis ac pietate Ornatiſſimis Iuvenibus,

D. PETRO KINTHIO,
D. IOHANNI CROLLIO,
D. RICHARDO WOODWARD, } S. S. Theologiæ ſtudioſis; Amicis intimis ac ſuaviſsimis.

Hoc Exercitium Theologicum,
debitæ gratitudinis teſſeram,

Sacrum facio,

IOHANNES DABELIVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXII.

DE

PHARISÆIS,

ALTERA.

THESIS I.

DE libero arbitrio quod vocant הרשות & הבחירה ita ſentiunt Phariſæi, ut per illud impulſum fati vinci poſſe putent. Zonaras de Phariſæis p. 189. Hinc inter conſilium Dei & voluntatem hominis *miſtionem* ejuſmodi imaginantur, qua *benè vel malè agere ut plurimum in hominis ſit poteſtate*. Joſeph. Antiq. l. 18. c. 2. & de Bello Jud. l. 2. c. 12. ac licet *credant planetam juvare, nihilominus ajunt relinqui liberum arbitrium in manu hominis*. v. Abraham. Zacuth. Cui opinioni aſſentiuntur etiam Judæi alii, cum ſcribunt: *Licet homini facere quod vult*. item: *Poteſtas eſt in manu hominis: ſi vult peccat, & ſi non vult, cohibetur, ſicut ſcriptum eſt*: *Ecce poſui coram te vitam & mortem, bonum & malum*. Schol. Hebr. in Pirke Avoth. Hoc tamen arbitrium *cum rectum eſt, à Deo juvari in via bona* ſcribit R. David Kimchi in Pſal. 119. 170. quo pertinet illud Hebræorum adagium: *Qui venit ut ſe mundet, adjuvant eum*. Hæc doctrina ſemipelagianiſmum non obſcure redolet, & quæ de fato ſupra ſunt allata non parum enervat.

II.

Angelos eſſe credunt. Act. 23. 8. tam malos, quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

שדים vocant, ex Deut. 32. 17. quam bonos, quos מלאכי השרת angelos miniſterii. ex Dan. 7. 10. confer Heb. 1. 14. quia videlicet Deo & piis miniſtrent. & hactenus recte. illud minus, quod ex eis Saadia quidam, humanam naturam angelica digniorem eſſe arbitratur. contra Pſal. 8. 6. *Minuiſti eum paulo minus ab angelis.* v. & exempla prophetarum qui coram angelis prociderunt. Ut Daniel. 10. 9. &c. & dictum Chriſti: Matth. 22. 30. *ut angeli Dei in cœlo ſunt.* non ergo ſunt majores angelis in terra.

III.

Animam immortalem eſſe confitentur. Joſeph. Antiq. l. 18. c. 2. Zacuth in Juchaſin p. 139. quo pertinere videtur quod dicit Lucas Act. 23. 8. eos credere & ἄγγελον & πνεῦμα, ubi πνεῦμα contradiſtinctum angelo, ſubſtantiam animæ ſpiritualem & immortalem haud dubie notat. credunt etiam judicia animarum fieri ſub terris, & præmia cuique contingere ex virtutis aut malitiæ merito; *& has perpetuis damnari carceribus, illis facilem eſſe ad vitam reditum,* ῥαϛώνην τοῦ ἀναβιοῦν (Ioſeph. quo ſup.) intelligit autem μετεμψύχωσιν. ut videre eſt de bello Jud. l. 2. c. 7. *Animam omnem quidem incorruptam eſſe, tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum: improborum vero interminabili ſupplicio cruciari.* Quod Phariſæorum delirium tangi videtur, Matth. 14. 2. & 16. 13. 14. & Io. 9. 2.

IV.

Juſtitiam hominis coram Deo bonis operibus ejus aſſcribunt, ac licet non inviti fateantur, in multis homines labi, putant tamen, eum qui pleraque mandata obſerva-

ſervaverit, licet in nonnullis fuerit tranſgreſſus, nihilominus juſtum eſſe apud Deum. Hoc eorum fermentum paſſim tangit Chriſtus v. Luc. 18. 9. 10. &c. & Paulus Rom. 10. 3. quod rejectum v. Pſal. 130. 3. & 143. 2. Rom. 3. 20. & 4. 2. Jacob. 2. 10. &c.

V.

Credunt reſurrectionem mortuorum. Act. 23. 8. & quidem juſtorum ac injuſtorum. ut colligere eſt ex apologia Pauli c. 24. 15. qui ſuam hac de re ſententiam, Phariſæorum quoque eſſe non obſcure ſignificat c. 23. 6. melius illi hac in parte, quam ex Iudæis alii, qui vel juſtos tantum reſurrecturos ajunt, improborum vero animam cum corpore interire, quæ opinio eſt R. David Kimchi in Pſal. 1. 5. vel omnes quidem juſtos reſurrecturos, impios vero non omnes, ſed quoſdam tantum, quod habet libellus qui inſcribitur: *Fides Iudæorum*. & comment. in lib. Avoth. p. 53.

VI.

Traditiones multas habent extra legem ſcriptam. Ioſephus Ant. l. 13. c. 18. νόμιμα πολλά τινα παρέδωσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωσέως νόμοις. Gorion. c. 29. *Ecce Phariſæi dicebant, ſervemus legem quam tradiderunt Patres noſtri, in manus noſtras expoſitam per os ſapientum, qui expoſuerunt eam per traditionem.* traditiones eas vocant תורה בעל הפה .i. legem oralem, quam æquant legi ſcriptæ, utramque à Moſe in Sinai traditam fabulantes. vocant etiam παραδώσεις τῶν πρεσβυτέρων, & משניות & קבלת חכמים, græce δευτερώσεις.

 unde

unde deuterotæ, .i. בעלי משנה qui & תנאים. de quibus quid judicandum ſit v. Deut, 4. 2. Ieſ.29.13. Matth. 15. 3. 6. 7. 8. &c.

VII.

Sabbati obſervationem ultra debitum extendunt, ita ut Chriſto ipſi & apoſtolis ejus, ob eum diem (ut ipſi putabant) violatum, dicam impegerint. Matth. 12.2. Luc.6.7. Joh. 9. 16. Circa præceptum tamen, quo injungitur, ut diebus ſabbatorum unuſquiſque ſedeat in domo ſua, & non egrediatur de loco ubi habitat, Exo. 16.30. habent traditionem R. Akibæ, Simeonis, & Hillel, per quam conceditur cis ambulare in ſabbato bis mille pedes (ut notavit Hieron. ep. ad Algaſiam, vel ut alii ulnas, aut cubitos, aut paſſus) vocatur תחום השבת *terminus ſabbati*. & σαββάτου ὁδός *iter ſabbati*. Act. 1. 12. v. de tota re Seld. de Iure Nat. &c. ſecundum Hebræos l.3. c.9. & Chriſti ipſius ſententiam locis citatis.

VIII.

Jejunant frequentur, Matth.9.14. Lucæ 5.33. bis in ſabbato .i. in hebdomade. Luc. 18. 12. videlicet ſecundo & quinto die. Epiphan. Theophyl. idque ob deſtructum templum, legem exuſtam, & probrum divini nominis. Volum. jejunii. an talis obſervatio eis ad juſtitiam proſit v. judicium Chriſti Luc.18.14.

IX.

Precantur & deprecationes faciunt, Luc. 5. 33. συνεχῶς. .i. *continuo*. Epiph. *in ſpeciem utentes longis precibus*.

cibus. Matth. 23. 14. *ſtantes in conventibus & angulis platearum; ut appareant hominibus*. c. 6. 5. *ter in die*, videlicet hora tertia, ſexta, & nona. quo trahunt Pſal. 55. 18. *ſubmiſſa voce*, exemplo Hannæ matris Samuelis. 1. Sam. 1. 13. unde in Berachoth, *Qui extollit vocem ſuam in precatione eſt pſeudopropheta, & qui audire facit vocem ſuam in precatione, eſt homo parvæ fidei*. Verſus Hieroſolymam ubi templum fuit. ex 1. Reg. 8. 30. 2. Chron. 6. 21. Dan. 6. 11. quod tamen exciſo templo ſine ſpe inſtaurationis ib. c. 9. 26. 27. ſupervacuum eſt. confer Io. 4. 21. 23. 24.

X.

Non edunt niſi manus laverint, idque certo ritu quem vocant נטילת ידים *elevationem manuum*, de qua vide Scal. contra Serer. c. 7. qui eam deſignari putat voce πυγμῇ. Marc. 7. 3. unde dicitur in Talmud Sota, fol. 4. *Quicunque comedit panem* בלא נטילת ידיים (.i. abſq; ejuſcemodi lotione) *perinde eſt acſi rem haberet cum muliere meretrice*. quod neſcio quomodo ibi deducitur ex Prov. 6. 26. unde mirum non eſt ſi diſcipulos Chriſti quod hoc negligerent, violatæ *traditionis ſeniorum* reos egerunt Matth. 15. 2. quibus graviter adverſus ſuperſtitioſos illos ibidem Chriſtus patrocinatus eſt. v. 3. ſeqq.

XI.

A foro venientes lavabant non manus tantum, ſed etiam totum reliquum corpus (ut probabiliter è verbo βαπτίζωσι, Marc. 7. 4. colligit Beza) antequam cibum ſumerent. idque quia in foro peccatores & immundi ac

ſæpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſæpe etiam gentiles verſarentur, quorum contactu polluí facile poterant. De lotione *calicum, ſextariorum, æramentorum* item & *lectorum*, v. Marcum loco citato, & quo ritu hæc omnia fiant lege. Buxtorf. Synag. Jud. cap. 12.

XII.

Cum publicanis & notis peccatoribus cibum non capiunt Matth. 9.11. *Quare cum publicanis & peccatoribus edit Magiſter veſter?* nec ſe ab iis tangi ſinunt. Luc. 7.39. *Hic ſi eſſet propheta, noſſet quæ & qualis ſit ea mulier, quæ tangit eum; nam peccatrix eſt.* Imo & reliqui vulgi tactu ſe contaminari putabant. ut eſt in Juchaſin: *Phariſæi non permittebant ſe tangi à populis terræ.* tales ante eos erant de quibus Ieſ.65.5. qui dicebant: *ne attingito me, quia ſanctior te ſum.* v. & Thren. 4. 15.

XIII.

Decimas dabant *omnium quæ poſſidebant.* Luc. 18. 12. etiam *mentæ, rutæ, & omnis oleris.* Matth. 23. 23. idque ut diteſcerent. unde dictum Akibæ: *Decimæ ſepimentum divitiarum.* item illud alterum: *Decima, ut dives fias.* interim omittebant quæ graviora ſunt legis. Matth. quo ſup.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXIII.
DE

PHARISÆIS,

ULTIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

ARNOLDUS BRANTS, Graveſand. Batavus.

Ad diem 12. Iunij, hora 8. matutina.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Præpotentibus ac Magnificis,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ Libertatis Vindicibus ſtrenuiſſimis,

Viris Conſultiſſimis, & Spectatiſſimis

D. D. SENATORIBVS INCLYTÆ DELPHENSIUM REIPVBLICÆ, prudentiſſimæ ejuſdem adminiſtrationis nomine celeberrimis,

Ampliſſimis & omni eruditionis genere conſpicuis Viris,

D. D. CURATORIBUS SCHOLÆ COLLEGIIQUE LITERARII DELPHICI, J. U. PERITISSIMIS,

Mæcenatibus meis omni honore proſequendis.

Reverendis ac Eruditiſſimis Viris,

D. IACOBO CRUCIO, Theologo expertiſſimo, Literatori eximio, Scholæ ac Collegii Delphici Moderatori:

D. ISAACO CAVIO, S. S. Theologiæ Candidato, ejuſdem Scholæ Præceptori gnaviſſimo & gnariſſimo,

De me ac ſtudiis meis imprimis olim meritis eoque ſuſpiciendis.

Me & haſce Theologiæ primitias

quam humillime offero

ARNOLDVS BRANTS, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXIII.

DE PHARISÆIS,

ULTIMA.

THESIS I.

JUrabant Judæi per *cœlum*, per *terram*, per *Ieroſolymam*, per *caput*. Matth. 5. 34. & Philo id probat, lib. de legibus in ſpecie : ἀλλὰ, inquit, καὶ προσλαβέτω τὶς εἰ βούλοιτο, μὴ μὲν τὸ ἀνώτατον καὶ πρεσβύτατον εὐθὺς αἴτιον, ἀλλὰ γῆν, ἥλιον, ἀστέρας, οὐρανὸν, τὸν σύμπαντα κόσμον, ἀξιολογώτατα γὰρ ταῦτα &c. ſed Chriſtus improbat, loco citato. Adjiciebant Phariſæi juramentum per *templum*, & per *altare*. ſed ejuſmodi juramenta negabant obligare, niſi quis per *aurum templi* aut per *donum quod in altari erat*, juraſſet, id quod perperam & contra omnem rationem ab eis fieri docet Chriſtus Matth. 23. 16. 17. 18. ſeqq.

II.

Dicebant : *Siquis dixerit patri vel matri, Corban .i. donum, quocunque à me juvari poſſis !* (ſc. inſons eſt) *nec permittebant amplius eum quicquam præſtare patri ſuo aut matri ſuæ*. Marci 7. 11. 12. Matth. 15. 5. quem locum ſic illuſtrat Maſius in Joſuæ 6. 19. *Extat* (inquit) *apud doctores* (tractatu de jurejurando & devotis) *hæc jurandi, aut vovendi potius ſolennis formula* : קרבן כל מה דתהנה מני. *h. e. anathema & res devota eſto, quicquid illud ſit, quo ego tibi proſim, aut quam tu utilitatem ex me capias. Quo voto cum quis apud aliquem uſus eſt, quantavis ei neceſſitudine obliga-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tum, atque adeo erga ſui ipſius parentem, nefas eſſe ſtatuunt Rabbini, illum ullo beneficii aut officii genere hunc juvare: ne quod Deo devovit videlicet, id humanis commodis ſerviat. aliter Scal. Elench. Trihæreſ. p. 70. &c. nempe, quum quis offerret Corban, ſolitum fuiſſe dicere: *Hoc Corban, quod ego Deo offero, proſit mihi & meis.* quibus verbis cenſebatur id etiam pro parentibus oblatum, eoque facto filius onere eos ſuſtentandi liberatus erat. v. locum. Hoc dogmate præceptum Dei de honorandis parentibus irritum fieri teſtatur Chriſtus locis citatis.

III.

Dilatabant phylacteria ſua. Matth. 23. 5. φυλακτήρια dicuntur q. *conſervatoria* quod per ea conſervaretur memoria legis. in verſione Matthæi Hebraïca dicitur מוטפותיהם. ex Exod. 13. 16. *quod erit pro ſigno ad manum tuam, & pro frontalibus* ולטוטפת *inter oculos tuos*. ita & Deut. 6. 8. originatio vocis incerta eſt. ſed AbenEzra *Totaphot* ait eſſe כמו זכרון. *tanquam memoriale*. quæ vox reperitur Exod. 13. 9. ea autem non abludit à voce φυλακτηρίων. Iudæi hodierni תפלין vocant .i. *precatoria*, quod per illa precationis frequentiſſimè faciendæ moneantur. ſunt autem membranæ certo ritu complicatæ, quibus nonnulla ex lege inſcripta, quæ capiti, & brachio ſiniſtro ſupra cubitum, è regione cordis alligant. de quo fuſe Buxtorf. Synag. Jud. c. 4. tantæ autem virtutis apud Judæos habentur, ut dicant Deum ipſum phylacteria geſtare, in quibus ſcriptum: *Quæ eſt gens ut populus Iſraël in terra?* ex 2. Sam. 7. 23. citatur id ex Berachoth c. 1.

IV.

Atque hic duæ quæſtiones oriuntur: 1. An lex phylacteria præceperit? 2. an Chriſtus ea damnarit? primum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mum affirmant Judæi. nobis id non ita certum videtur, Nam לְטוֹטָפֹת, quod ſonat, *in phylacteria* tam poteſt exponi, erunt *phylacteriorum loco*, quam, *erunt phylacteria.* ut ſenſus ſit: verſabuntur tibi ſemper ob oculos, perinde acſi phylacteria aut frontalia eſſent. Secundum affirmari non poteſt, Siquidem Chriſtus non dicit, *geſtant phylacteria*, ſed *dilatant*. q. d. quam latiſſima & ampliſſima faciunt. ut videlicet aliis religioſiores eſſe viderentur.

V,

Magniſicabant .i. magnas & amplas faciebant, *fimbrias veſtium ſuarum.* μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Matth. quo ſup. ubi eſt in verſione Hebræa כנפות כסויותיהם. Num. 15. 38. 39. vocantur in græco, ut hic, κράσπεδα. & apud Chald. voce à græco detorta כרוספדין. Junius *peniculamentum* vertit. verba ſunt: *Alloquere filios Iſraëlis, & edicas eis, ut faciant ſibi peniculamentum in oris veſtimentorum ſuorum per generationes ſuas, & adhibeant peniculamento ipſius oræ filum hyacinthinum. Erit autem vobis peniculamentum, ut videntes illud recordemini omnium mandatorum Iehovæ.* ibi in hebræo eſt ציצית. Deut. 22. 12. *Inſtitas facito tibi, in quatuor oris tegumenti quo tegis te.* ibi eſt גדילים à Chald. גדל intorquere. Duo autem hæc Hebræi diſtinguunt. Nam dicunt vocari ציצית proprie id quod pendens relinquitur poſt texturam in veſte. גדילים fila aſſuta veſtimento, quæ non ſunt texta. Judæi hodie fila numero octo ex lana confecta quatuor angulis certa quadam lege in panno quadrangulari devinciunt, eaque ציצית vocant. ipſum pannum appellant veſtem ארבע כנפות. Hæc filamenta Phariſæi magna & longa geſtabant. cui rei intelligendæ inſervire poteſt quod Buxt. Synag. Iud. c. 6. refert, ſe tetricum quendam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

moroſæ ſanctitatis Rabbinum vidiſſe, archiſynagogum, cum talibus ציצית incedentem tam longis, ut calceos propemodum pedum ejus attingerent. pertinuit ergo & hic Phariſæorum mos ad prolixæ cujuſdam ſanctitatis indicium.

VI.

Circumibant mare & terram, ut facerent unum proſelytum: & cum fuiſſet factus, faciebant enim filium gehennæ duplo magis quam ipſi eſſent. Matth. 23. 15. Proſelytus hebraïce dicebatur גר *advena*. Chald. גיורא. proſelytum fieri התגייר ut Judæum fieri התיהד. Eſth. 8. 17. Duorum autem generum erant proſelyti, quorum illi vocabantur גרי תושב proſelyti domicilii, qui videlicet, licet inter Judæos habitabant, tamen in eorum eccleſiam non cooptabantur, ac præcepta tantum Noachidarum obſervare tenebantur; hi autem גרי צדק proſelyti juſtitiæ, qui, ex gentibus cum eſſent, religionem Judaicam amplectebantur. Illis tria adhibebantur initiamenta, Circumciſio, ablutio ſive baptiſmus, & oblatio ſeu ſacrificium, quod erat holocauſtum, ſive ex pecore, ſive turtures aut columbi. ita dum ſtetit templum. Nam eo exciſo, tertium hoc, uſque ad ejuſdem inſtaurationem differri volunt. Mulieres autem proſelytæ baptiſmo duntaxat & oblatione initiabantur. Baptiſmi, tum marium tum feminarum hæc erat ratio, ut in aqua ſederent ad cervicem uſque, interimque præcepta aliquot legis, tum difficilia, tum facilia diſcerent. Numerus porro Iſraëlitarum ternarius, qui baptiſmo præeſſent, uti & tempora, velut & alia idonea præſtituebantur. v. de tota re. Munſterum in Matth. 23. 15. Seld. de lege Nat. Hebr. l. 2. cap. 2. &c. De Dieu Append. ad Euang. Matthæi p. 538.

VII.

VII.

Licet autem conquerantur Judæorum ſapientes de multitudine proſelytorum, qui citra debitum examen recipiebantur, *Nam* (inquiunt apud Munſt. loco cit.) *cum non ſint exercitati in ceremoniis noſtris, ſeducunt Iſraëlitas operibus ſuis, id quod advertere poteris in vitulo,* & *ſepulcris concupiſcentiæ &c.* Phariſæi tamen magnum ſe operæ pretium feciſſe putabant, ſi vel unum proſelytum facerent, circumeuntes hunc in finem mare & aridam. neque periculum erat ne ipſorum moribus corrumperentur, cum ipſi potius illos corrumperent per errores ſuos & hypocriſin, nec ad cœlum ſed ad gehennam eis duces eſſent.

VIII.

In cathedra Muſis ſedebant. Matth. 23. 2. 3. *Omnia ergo* (addit ibidem Chriſtus) *quæ dixerint vobis ut obſervetis, obſervate & facite: ſed ſecundum opera eorum ne facite. dicunt enim & non faciunt.* ſenſus eſt, audiendam eſſe veritatem etiam ex ore mercenariorum & hypocritarum doctorum. Sed quid ſi etiam iſti verbum depravabant? an eis erat credendum? minime. Hæc enim non eſt Moſis, ſed Sathanæ cathedra. Vult ergo Chriſtus, credi Dei doctrinæ, Moſi & prophetis &c. inſpiratæ, ſed ita ut à fermento caveatur, ſicut dixit c. 16. 6. ex quo loco reſtringenda eſt nota univerſalitatis *omnia*, quæ uſurpatur c. 23. 3.

IX.

Vitia eorum plurima fuerunt, ut hypocriſis, avaritia, ambitio, ſuperbia &c. Unde vocantur duces cœci, progenies viperarum, ſepulcra dealbata, filii Gehennæ &c. & quod caput eſt, erant infenſiſſimi hoſtes Domini ac ſervatoris Ieſu Chriſti, qui toties horrendum illud væ in

eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eos intonuit. v. Matth. 23. per totum, & alibi paſſim.

X.

Unde juſto Dei judicio excœcati videntur duo papiſtæ, Genebrardus, Chronograph. l. 2. p. 250. & Serarius Trihæreſ. c. 10. qui profitentur *Phariſæos catholicos* ſive *orthodoxos fuiſſe*. aut, ut poſterior dicit, *non male cum iis comparari poſſe*. Nos fatemur eos fuiſſe καλοὺς λύκους. quales & Romanenſes ſunt, qui non modo hiſce verbis, ſed & doctrina ac factis ſuis genuinam eorum prolem ſe eſſe demonſtrant. Hoc ergo quod Phariſæis inclamat Chriſtus Matth. 23. 31. 33. ſibi quoque dictum putent: *Teſtamini adverſus voſmet ipſos, vos eſſe filios eorum qui prophetas* (imo ipſum Chriſtum) *occiderunt. Vos quoque complete menſuram patrum veſtrorum. Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugere poſſitis condemnationem gehennæ?* v. reliqua.

COROLLARIA.

1.

Leges divinæ de gradibus propinquitatis obligant omnes gentes.

2.

Conjugia inter conſobrinos legitima ſunt.

3.

Ad ſponſalia inter minorennes requiritur conſenſus parentum aut tutorum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXIV.

DE

SADDUCÆIS,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponit

HENRICUS SWALMIUS, s'Graveſand. Bat.

Ad diem 15. *Iunij, hora* 9. *matutina.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS
HOLLANDIÆ
ET
WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Vindicibus ſtrenuiſſimis,

Conſultiſſimo ac Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ

HARLEMENSIVM
REIPUBLICÆ
MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis omni honore proſequendis.

Se & hanc Diſputationem,

quam humillime offert,

HENRICVS SWALMIVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXIV.

DE

SADDUCÆIS.

Theſis I.

SAdducæi dicuntur ab auctore ſectæ ſuæ Sadoc nomine, quod nomen Helleniſtæ Ezech. 43.19. & 44. 15. & 48. 11. ſcribunt σαδδὼκ. Vixit Sadoc iſte ſub Antigono Sochæo, qui Simeoni Iuſto ſucceſſit. condiſcipulum ſub illo Magiſtro habuit quendam Baithos nomine; & ex his (ait Zachut in Iuchaſin) exierunt duæ familiæ malæ, Sadducæorum & Baithuſianorum.

II.

Vocantur Sadducæi מינים .i. *hæretici* voce communi, quod inter hæreticorum primos eſſent קראים q. *ſcripturarii*, (קרא enim dicitur ſcriptura, idem quod מקרא) quod legi ſcriptæ mordicus inhærentes, eam quæ ἄγραφον dicitur penitus rejicerent. אפיקורוסים *Epicuræi*, propter dogmata illorum opinionibus conſentanea. Notandum, licet antiquitus Caræi & Sadducæi iidem eſſent, hodiernos tamen Caræos non eſſe Sadducæos, confitentur enim præmium, & pœnam, & reſurrectionem, contra quam faciebant Sadducæi, ut mox videbimus.

III.

An vero ſolam legem Moſis receperint, rejectis prophetarum ſcriptis, ambiguum eſt. Affirmant Hieronymus, & Tertull. de præſcript. hæret. l. 1. & juvat hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

opinionem nonnihil Gorionides, cum ait c. 29. *Ecce Sadducæi dicunt, ne credamus, & ne audiamus ullam traditionem, aut ullam expoſitionem, niſi legem Moſeos ſolam.* Et hinc noſtri factum putant, ut Chriſtus, cum eorum errorem de reſurrectione refelleret, ex libb. Moſis petierit teſtimonium. Matth. 22. 31. v. ib. Hieron. Sed Hebræi veteres meminerunt tantum traditionum, quas negent. & unus eorum qui commentati ſunt ſuper Avoth ait eos inniti ſcripturæ, (quæ etiam prophetas complectitur) nec negligendum, quod dicantur teſtimonium citare contra reſurrectionem ex Jobo 7. 9. in Ilmedenu fol. 2. v. omnino Scal. Elench. Trihæreſ. p. 111. ſeqq.

IV.

Deum extra omnem mali *patrationem, inſpectionemque* conſtituunt. Joſeph. Belli Jud. l. 2. c. 13. prius illud ſi de malo culpæ intellexerunt, rectè, ſin de malo pœnæ, perperam. alterum vero peſſimè. Et huc facit, quod fatum omnino negabant, dicentes, *nihil fataliter evenire hominibus, & omnia in noſtra ipſorum poteſtate eſſe, ut tam felicitatis nobis ipſis auctores ſimus, quàm infortunii* &c. Antiq. l. 13. c. 9. per fatum eos providentiam intellexiſſe innuit Zachut in Iuchaſin: *Saducæi* (inquiens) *contraria ſentiunt Phariſæis: Negant enim Creatorem curare res humanas, & providentiam ſive Diſpoſitionem præponderare.* Hinc proclive eſt colligere, cur Epicuræi appellati ſint.

V.

Dicebant *non eſſe angelum neque Spiritum.* Act. 23. 8. Ubi per Spiritum quidam intelligunt Spiritum Sanctum. cui ſententiæ favete videtur ſequens verſus: *Si Spiritus locutus eſt ei, aut angelus.* ad quem locum Theophylactus:

phylactus: δῆλός ἐστιν, ἡ δὲ πνεῦμα ἁγίου, ἡ δὲ ἀγγέλου κατηχηθεὶς τοὺς ἀναστάσεως λόγους. ita & Epiph. hæreſi 14. πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασιν. ita & Æthiopica verſio apud Lud. de Dieu. Hoc ſequitur Serarius, Scaliger vero deteſtatur, tum quia non adeſt articulus (τὸ πνεῦμα) quod plerumque fit cum de Spiritu Sancto eſt ſermo, & hic ſine barbariſmo omitti non poterat, cum Spiritus Sanctus indefinite non poſſit accipi, ut Angelus, tum quia Spiritus Sanctus cum angelis quodam modo confunderetur, ob rationem quam mox afferemus.

VI.

Alii intelligunt *animam humanam*; vel quod eam negarent eſſe ſubſtantiam, eamque ſentirent eſſe tantum κρᾶσιν quandam, ſeu temperaturam humorum, ut Galenus (quod conjicit Beza) vel quod ejus immortalitatem non crederent, & hoc certum eſt. Ioſephus de bello Iud. l. 2. c. 12. ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν ἀναιροῦσι. Antiq. l. 18. c. 2. Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς συναφανίζει τοῖς σώμασι. & Abr. Zachut: *Ajunt animam mori cum corpore*. ſed an hoc voluerit Lucas, cum ait, eos negare *ſpiritum*, non ita clarum videtur nonnullis. Nos, licet eam ſententiam ſequuti ſimus Analect. cxii. theſ. 3. nunc tamen aliam ei adjungemus, quam re penitius expenſa illi præferendam arbitramur. eſtque hæc:

VII.

Illuſtriſſ. Scaliger Elencho Trihæreſii. p. 118. 119: *quemadmodum* ἄγγελος in textu *indefinite dictum pro omnibus angelis, ita* πνεῦμα *quoque indefinite accipiendum* cenſet. ἄγγελος, inquit, *ibi ſpecies eſt,* πνεῦμα *genus: quatenus ſub eo, tanquam genere continentur Angeli,* ἀρχοντικαὶ, καὶ ἀέριαι δυνάμεις, κοσμοκράτορες, δαιμόνια. ut ſenſus ſit, *tantum abeſt*

 ut an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ut angelum credant, ut ne Spiritum quidem ullum credant. Explicationem hanc probat ex voce ἀμφοτέρων. dicitur enim in textu: Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα. Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα. ubi ἐξ ἀμφοτέρων (.i. ex illis *ambobus*) prius eſt ἡ ἀνάστασις, poſterius ἄγγελος καὶ πνεῦμα. Angelus igitur & Spiritus una quodammodo eademque res.

VIII.

Quæ ſententia quominus ſcrupuli habeat, excutienda ſunt quæ in contrarium affert Beza. 1. inquit, dixiſſet Lucas ἢ πνεῦμα, non autem μήτε πνεῦμα. At reſponſio clara eſt è dictis. nam μήτε πνεῦμα, idem eſt, quod μήτε πνεῦμα ὁτιοῦν. 2. ait: *Sciendum eſt, (quod annotavit doctiſſ. Budæus) hoc vocabulum* ἀμφότερον *etiam de pluribus quam de duobus dici, ſed tum demum quum duo genera conſtituunt. Sic Cicero 2. in Catilinam, non de duobus civibus, ſed de duobus civium generibus diſſerens.* Utroſque, *inquit*, Quirites in eodem genere prædatorum direptorumque pono. *Sic igitur Lucas hoc etiam loco errores iſtos Sadducæorum in duo membra dividit. Nam quia ſimilis eſt, aut certe* παρόμοιος *angelorum ac animarum natura, unus error fuiſſe videtur, Angelorum & animarum* ὑπόστασιν *negare.* hæc ille.

IX.

Ubi primo conſiderandum, per ὑπόστασιν eum intelligere ſubſtantiam vel exiſtentiam, atque ita ſumere quod probandum erat. nuſquam enim dicitur Sadducæos negaſſe animarum vel ſubſtantiam vel exiſtentiam, (ut angelorum) ſed tantum διαμονὴν, permanſionem, ſeu perpetuitatem. Non ergo unus, aut etiam unius generis fuit error, negare exiſtentiam angelorum, & negare im-

mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mortalitatem animarum. quæ enim interitura ſunt præſupponitur exiſtere.

X.

Atque ita etiam refutatur ſententia illa quæ per Spiritum intelligit Spiritum Sanctnm, nam eum cum angelis, genere unum eſſe dictu eſt intolerabile. non poteſt ergo hic intelligi.

XI.

Supereſt quod afferri diximus ex v. 9. εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος. ſed occurrit ei difficultati Beza: *Hic* (inquiens) *videtur nomen angeli, ut magis uſitatum, additum eſſe ad explicandum Spiritus nomen.* confer quæ ex Scalig. ſupra citavimus. & quæ diximus Analect. 43. theſ. 9. pergamus in erroribus Sadducæorum:

XII.

Negabant reſurrectionem futuram. Act. 23. 8. *Sadducæi dicunt non eſſe reſurrectionem.* confer Matth. 22. 22, Marci 12. 18. Luc. 20. 27. ideoque cenſebant, poſt hanc vitam nihil hominibus repoſitum eſſe præmii aut pœnæ. Abr. Zachuth, & Orig. fragm. in Matth. errorem hunc hauſerunt ex male intellecto dicto præceptoris ſui Antigoni, quod habetur in Aboth c. 1. *Ne eſtote ſicut ſervi, qui miniſtrant principi ea conditione ut præmium ab eo accipiant; ſed eſtote ſicut qui miniſtrant principi ſuo hac conditione, ne accipiant præmium, & ſit Dei timor ſuper vos.* Ad quæ verba commentator quidam, *qui miniſtrat*, inquit, *principi ea conditione ut accipiat præmium, ſibi miniſtrat, non principi. Deinde, miniſterium iſtud conditionem habet: ſi dederit præmium. Quod ſi non dederit, non miniſtrabit*

ſtrabit ei. idem commentator diſtinguit inter פרס & שכר illud præmium corporis eſſe dicens, dum in hoc ſeculo verſatur, hoc autem, mercedem animæ quoque & ſeculi futuri. de illo, non de hoc locutum Antigonum ratus. ut ut eſt, ſenſum commodum habet dictum Antigoni, nec ad execrabile hoc Sadducæorum dogma trahendum fuit.

COROLLARIA.

1.

Peccat fidelis contrahens matrimonium cum infideli.

2.

Id tamen poſtquam contractum eſt, ratum ac legitimum eſt.

3.

Divortii duæ cauſæ ſunt, ſcortatio & malitioſa deſertio.

4.

Solutio conjugii per divortium legitimum, non eſt tantum quoad torum, ſed & quoad vinculum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXV.

DE
ESSENIS,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponi

HERMANNVS ab OTTEN,

Ad diem 19. *Iunij, hora* 9. *matutina.*

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C XLIX,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS,

Florentiſſimæ

REIPUBLICÆ

LVGDVNO-BATAVÆ

CONSVLIBVS,

D. SIMONI à BAERSDORP, I. V. D.

D. NICOLAO vander MEER,

D. FOYO van ZIIP,

D. ALBERTO ab HOOGEVEEN, I. V. D.

Dominis ac Mæcenatibus meis ſemper colendis.

UT ET

Reverendis, Pietate ac eruditione Conſpicuis Viris,

D. IOHANNI ab OTTEN, Myſteriorum Dei in Eccleſia quæ *Beetſæ* & *Oudendici* colligitur diſpenſatori fideliſſimo, filiali reverentia in æternum proſequendo,

D. HERMANNO URSINO, L.A.M. Theol. ſummo, & inclytæ Harlemianæ Scholæ Moderatori ſtrenuiſſimo, ſpectatiſſimo, Cognato meo amiciſſimo, de me ſtudiiſque meis plurimum merito,

Haſce Theologiæ primitias

ſubmiſſe offero,

HERMANNVS ab OTTEN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXV.

DE
ESSENIS.

THESIS I.

DE Eſſenorum etymo variæ conjecturæ ſunt, quibus non inhærebimus. Præ cæteris probabilitatem habent duæ derivationes Ioſephi Scaligeri. Is enim, quod Philo ἐσσαῖυς putarit dici quaſi ὁσιαῖυς detorta voce à græco ὅσιος, primo ſtatuit eſſe vocem Syram חסיא *pius*, *ſanctus*, à חסא *pium*, *ſanctum eſſe*. ſed tum propter alias rationes, tum quod obſtaret geminum σσ quod à ſimpli ס eſſe nequit, maluit ἐσσαῖυς eſſe חשאי ש enim interdum duplicatur ſine dageſch ut in μεσσίας, ἰεσσαὶ, ἐσσὴν à חשן.

II.

Appellatio autem illa, forte, inquit, eſt ab auctore inſtituti, cujus hoc nomen proprium fuerit, ideo fruſtra quæreretur origo. Rurſus חשאי ſignificat, qui ſeorſim à ſtrepitu degit. Hoc valde convenit illi generi hominum, qui aut vicatim ab aliis ſeorſim κοινόβιοι vivebant, aut in deſertis, μονάζοντες. חשאי enim ſignificat tranquillitatem. item ſilentium: quod & ipſum valde accommodum illis eſt, quibus ſilentium, ut Pythagoræis, maxime obſervatum fuit. præter hæc חשאי etiam ſignificat ςιβάδα, *ſtoream*. cui ἀσκήσεως ἕνεκα indormiebant. v. Scal. Elench. Trihæreſ. p.201.206.211.

III.

Atque hinc ſolvi poteſt dubium, cur Eſſenorum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Novo Teſt. nulla ſit mentio, ut Phariſæorum & Sadducæorum? Habitabant enim pagatim, ſive vicatim. Philo: οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον κωμηδὸν οἰκοῦσι, τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι, &c. unde nihil iis cum Chriſto συῤῥάξεως fuiſſe non eſt mirum.

IV.

Eſſenos, alii putant fuiſſe ſequaces Judæ Galilæi, alii Naziræos, alii Rechabitas, alii Zelotas ſicarios, quorum opiniones refellit Druſ. de Trib. ſect. p.190.203. 206.213. & Scal. quo ſup. p. 175. nos quale hominum genus fuerint, è dogmatibus eorum ac vivendi ratione facile æſtimabimus.

V.

Primo ergo, Deo univerſitatis regimen citra exceptionem aſſerunt, in fati poteſtate omnia eſſe affirmant, nec quicquam hominibus præter fatale decretum contingere. v. Joſeph. Antiq. l.13. c.9. lib.18. c. 2. quæ, prout fati nomen intellexerunt, in bonam vel malam partem poſſunt accipi.

VI.

Angelos quoſdam colebant, quos vocabant ἁγίους τοὺς ἀγγέλους τῆς προσευχῆς, unde eos qui ipſorum ſectæ nomen dabant, inter alia adjurabant τηρήσειν τὰ τῶν ἀγγέλων ὀνόματα. hoc eſt (ut clarius loquitur Zacutus) *honorare angelorum nomina, nota ordini*. Et huc reſpicere Apoſtolum Col. 2. 17.18. cenſet Scal. p.213. quem vide, nam quæcunque ibi Paulus vetat, Eſſenorum fuiſſe ait. pugnat hic eorum cultus cum primo legis præcepto. Confer Matth. 4.10. Apoc.19.10. & 22. 8.9.

VII.

Adorabundi circa auroram ad ſolem orientem ſe convertebant, eumque precabantur ut oriretur. Joſephus: Πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας

εἰς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. Philo: ἡλίου δὲ ἀνίσχοντος εὐημερείας αἰτούμενοι τῆς ὄντως εὐημερείαν. ubi duplex eorum peccatum eſt. 1. quod adverſus legem divinam verſus orientem adorarent. v. Ezech. 8. 16. Porta enim tabernaculi ſpectabant ſolem, Sancta ſanctorum illi oppoſita converſa erant ad occidentem. unde neceſſario ad occidentem adorabant. 2. quod ad ipſum ſolem vota emitterent, contra Deut. 4. 19. Iob. 31. 26. 27. 28. 2. Reg. 21. 3. & 23. 4. 5. 11. v. Scal. p. 151. ſeqq.

VIII.

Cuſtodiunt ſe ipſos à juramento. Zacutus. id pro eo habendum acſi dixiſſet, cavent diligenter, ne unquam jurent. Quin ipſum juramentum perjurio deterius exiſtimant, jam enim mendacii convictum arbitrantur, cui ſine Deo (.i. ſine juramento) non creditur. Ioſeph. de bello l. 2. c. 12. quanquam adjuratione circa eos quos in ſectam ſuam admittebant eos uſos eſſe ſupra vidimus. Hæc quoque ſuperſtitio legi repugnat. v. Exod. 22. 11. Deut. 6. 13. &c.

IX.

Sabbatum obſervant, eo rigore, ut (verba ſunt Ioſephi) οὐδὲ σκεῦός τι μετακινῆσαι θαῤῥῶσιν, οὐδὲ ἀποπαθεῖν .i. *neque vas aliquod transferre audeant, neque alvum exonerare.* ultimum hoc ſibi illicitum putabant, quia ſarculum ſive σκαλίδα geſtabant, qua ſcrobiculam deprimerent, in quam egererent, ex lege Deut. 23. 13. quare non poterant alvum levare niſi opus facerent. v. Druſ. p. 241. Scal. p. 230. & confer Matth. 12. 1. ſeqq. &c.

X.

Pentecoſten, quæ ſemel tantum à reliquis Iudæis obſervabatur, ſepties in anno inſtaurabant. hoc vocat

 Philo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Philo ἑβδωμάδων ἑβδομάδας agere. Scal. p. 243. confer legem Exod. 23. 16. Levit. 23. 9. Num. 28. 26. Deut. 16. 9.

XI.

Ad templum donaria mittentes, ſacrificia ibi tamen non faciunt, quod ſanctioribus (ut putant) utantur cæremoniis. Ioſeph. Ant. l. 18. c. 2. In quo duo hæretica erant, prius, quod alios ritus ab iis quos ſanxit Deus per Moſem, haberent: alterum, quod alibi, quam ubi Deus præcepit victimas ſuas immolarent. Itaque non mirum, ſi tanquam ἐξαγεῖς & piaculares aditu templi prohibebantur. v. Druſ. p. 248. Scal. p. 227.

XII.

Iudæos quos in ſuum cœtum accipiebant, tanquam gentiles & profanos, baptizabant. quod non fiebat niſi in ethnicis cum proſelyti eſſent faciendi. ut ſupra, cum de phariſæis ageremus, nobis obſervatum. v. Scal. pag. 228. In hoc non multum abludunt à noſtri temporis anabaptiſtis.

XIII.

Animas immortales credebant, & bonas corporibus ſolutas abire ultra Oceanum in paradiſum terreſtrem, quem ſub linea æquinoctiali eſſe imaginabantur, malas autem abire ad interitum, in terram tenebrarum & umbræ mortis. Zacuthus. v. & Ioſeph. de bello l. 2. c. 12. & confer Luc. 16. 22. 23. &c.

XIV.

Quod ad matrimonium attinet diviſi ſunt in duas ſectas; alij enim uxores ducunt, ſed per triennium prius explorata earum valetudine, & ſi apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Alij contra ab omni conjugio abſtinent, non alia de cauſa, quam quod nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nullam inveniri feminam putent, quæ viro fidem ſervet. v. Zacuthum. Ioſeph. de bell. l.2. c.12. confer Gen. 2.18. Matth. 19.11. 1.Cor.7.2. &c.

XV.

Boua omnia communia habent. legemque ſibi dixerunt, ut qui diſciplinam ſuam ſectari vellent, bona contubernio publicarent. Inde (ut & labore manuum ſuarum) aluntur, & ſufficienter præbetur eis cibus & veſtes. Inde quoque dant iis quibus volunt, ſed non citra veniam majorum. (exceptis egenis, nam in iis juvandis ſui juris ſunt) Ioſeph. de bell. l. 2. c. 12. Antiq. l. 18. c. 2. Zonaras, Zachutus &c. confer Act. 5. 4. ubi tale quid non coactè, ſed libere, & ad tempus in una quadam eccleſia ſine reliquarum præjudicio, à Chriſtianis obſervatum fuiſſe legitur. In hoc quoque non abſimiles habent Anabaptiſtas Moravos.

XVI.

Semper eadem veſte utuntur, quam non deponunt donec vel uſu vel tempore penitus detrita fuerit. idem de calceis proditum. Nec emunt, nec vendunt, ſed permutatione utuntur. Loquendi ordine alij aliis ita cedunt, ut ſilentium eorum extra tectum conſtitutis arcanum aliquod venerabile videatur habere.

XVII.

Ius dicturi, inter ſe congregantur centumviri, qui eos quos deprehenderint reos & improbos expellunt è cœtu ſuo. Qui autem ſectæ violatores ſunt, eos cibant herbis malis, donec attenuetur corpus eorum, & moriantur fame. Quandoque accidit, cum vident vicinos mor-

ti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ti, ut eos in gratiam recipiant, expiatum ſatis hoc modo peccatum exiſtimantes. Cæterum quicunque hunc morem ingreditur, non licet ei comedere ex manu aliorum. hæc Zacuthus, quæ in alium longe ſenſum narrantur à Ioſepho, nempe diris reos ab ipſis devoveri, atque ita devotos nec cibum ab aliis accipere poſſe, ſed gramina in beſtiarum morem decerpentes tabeſcere & intermori &c. quaſi id vi execrationum fieret, non ſupplicio actu irrogato. Si prius verum eſt, officium magiſtratus temere invaſerunt, poſterius fabulæ inſtar habet, ad deterrendos ſimpliciores, & ſanctitatis ac miraculorum opinionem ſibi conciliandam confictæ.

XVIII.

Ex hiſce patere arbitramur, Eſſenos non fuiſſe orthodoxos, quod aſſerit Genebrardus Chronographiæ l. 2. multo minus fuiſſe monachos Chriſtianos, quod ridicule confinxit Euſebius in Chronicis, ſed ſectam Iudaïcam omnium ſuperſtitioſiſſimam. quod ipſe Euſebius dicit lib. 8. Præparat. euang. ubi Eſſenorum meminit, non tanquam Chriſtianorum, ſed tanquam Iudæorum, & quidem antiquiſſimorum. unde mirum eſt ex unius hominis inconſtantiſſimi errore, antiquitatem monachiſmi inter Chriſtianos à pontificiis quibuſdam arceſſi. ſed hoc delirium confutatum vide à Scalig. Elencho Trihæreſii p. 231. ſeqq.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXVI.

DE

HERODIANIS,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponit

FELIX à SAMBIX, Delphenſis.

Ad diem 3. Iulij, hora 9. matutina.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Clariſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D.D. CURATORIBUS,

SCHOLÆ COLLEGIIQUE LITERARII DELPHICI, J. U. PERITISSIMIS,

Mæcenatibus ſuis, omni officiorum genere ſempiternum colendis.

UT ET

Præſtantiſſimo, ac Ornatiſſimo Viro,

D. JOANNI ELZEVIRIO, Cognato ſuo, multis ſibi nominibus obſtricto,

DENIQUE

D. DANIELI ELZEVIRIO, Amico ſuo intimo ac ſuaviſſimo,

S E,

Et Exercitium hocce Theologicum,

S. F.

FELIX à SAMBIX.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXVI.
DE

HERODIANIS.

THESIS I.

HErodiani in ſ. literis ter commemorantur. Primo, Matth. 22. 15. 16. 17. *Tunc profecti Phariſæi conſilium ceperunt ut illaquearent eum in ſermone. Itaque mittunt ad eum diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Præceptor, ſcimus &c. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet cenſum dare Cæſari an non?*

II.

Secundo, Marc. 3. 6. *Tunc egreſſi Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium inierunt adverſus eum, ut eum perderent.* Tertio, Marci 12. 13. *Et miſerunt ad eum quoſdam è Phariſæis & Herodianis, ut eum irretirent captum in ſermone.* ubi referuntur eadem quæ narrat Matthæus loco citato.

III.

Quibus quarto adjungi poteſt locus Marc. 8. 15. *Tunc dixit eis, videte, cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis.* ubi annotat Eraſmus, quoſdam codd. pro ἡρώδου, habere ἡρωδιανῶν. certè illos ibi intelligi valde eſt probabile. Scalig. in Euſeb. p. 150. *fermentum,* inquit, *Herodis nihil præter hæreſin Herodianorum ſignificat.* Variæ autem de hiſce ſunt opiniones:

IV.

Prima, quam quoad ſummam rei veram arbitramur, refertur à Druſio Præterit. l. 1. In lexico, inquit, juris Ebraïci, vocantur הורודוסיות Herodiani, de nomine Herodis, & דורסיות Dorſiani, à loco unde abducti fuerunt. Erant autem natione græci. Auctor Lexici qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Baal Aruch Ebræis, *Herodes rex adduxit Græcos è deſerto, & educavit eos in terra habitabili, feceruntque* תרבות. videtur hoc velle: *fecerunt certum ritum*. Quis ille ritus? Herodis qui eos aluerat Natalem celebrabant &c. hoc primum; deinde, credebant eum Meſſiam eſſe &c.

V.

Rem hanc illuſtrat Scalig. Animadv. Euſeb. p. 150. ad dictum Jacobi: *Non deficiet Princeps &c.* ἐκ τοῦ τούτου τοῦ ῥητοῦ ἀκολουθίας, inquit Epiphanius (hæreſ. 20.) quidam perſuaſum habebant Herodem Meſſiam eſſe. imo illis ita perſuaſum eſſe voluit Herodes ipſe. Unde Herodiani dicti ſunt, quæ non ſolum fuit hæreſis quædam hominum, ſed & corpus, inſtar earum ſocietatum, quæ vulgo Confratriæ vocantur.

VI.

Quod hanc opinionem velut, ἐξ ἀκολουθίας dicti Iacobi Gen. 49. 10. eos detorſiſſe dicit, eum ſenſum habet, quod primum Herodem ex alienigenis apud Iudæos dicerent regnaſſe. id autem prædictum fuiſſe delirabant iis verbis: *Non deſiſtet ſceptrum à Iuda &c. donec venerit Silo*. quaſi Iacobus ipſum alienigenam ſub quo Juda ſceptrum amitteret, Meſſiam fore ſignificaſſet. cum ſolum tempus ejus adventus illis verbis indicaretur. v. Bezam ad Matth. 22. 16.

VII.

Multa (addit Scal.) hi Herodiani ut in gratiam vivi, ſic in honorem mortui faciebant, & quotannis ejus Natalem ſacrificiis & divinis honoribus proſequebantur. Durabat adhuc ſub Nerone hoc genus. Perſius Satyra 5.

——— at cum
Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ

Tor-

Portantes violas, rubrumque amplexa catinum
Cauda notat thynni, tumet alba fidelia vino:
Labra moves tacitus, recutitaque ſabbata palles.

VIII.

Ad quæ verba Commentator vetus: *Herodes*, inquit, *apud Iudæos regnavit tempore Auguſti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem Natalem Herodis aſſervabant, ut etiam Sabbata, quo die lucernas accenſas & violis coronatas in feneſtris ponunt.* v. luculentam Perſiani loci explicationem apud Caſaub. in illum poëtam p. 460. & ſeqq.

IX.

Ex iis quibus diverſa eſt de Herodianis opinio, Hieronymus in Matth. 22. caſtigat eos qui opinarentur eos fuiſſe genus hominum, quibus perſuaſum eſſet Herodem Magnum Meſſiam fuiſſe: idque latinorum quorundam commentum eſſe dicit. In quo fugit eum ratio. Non enim latini id prodiderunt, ſed ex veteribus Græcis Epiphanius, Græcus & ipſe ſcriptor. Deinde ſibi pugnantia dicit: qui non meminerit ſe olim alia in ſententia fuiſſe. In dialogo in Luciferianos ita ſcribit: *Quod Herodiani Herodem recepere pro Chriſto*. Erant igitur Herodiani homines, qui non ſolum Herodem pro Meſſia habebant, ut Iſmaëlitæ Muhammedem pro ſummo propheta; ſed etiam qui ſocietatem coirent, & ſumtus ad ſacrificia in honorem Herodis obeunda, & ejus natalem colendum faciebant. hæc Scal.

X.

Adverſus quæ diſſerit vir Clar. Samuel Petitus Var. lect. l. 2. p. 84. ubi citatis Syro Interprete N. T. qui Herodianos interpretatur בית הורודוס *domum*, ſive *familiam Herodis*, & Hebræo interprete Matthæi, qui vertit עבדי הורודוס *ſervos Herodis*, *optime* (ait) *meo judicio: Nam Herodiani iſti fuerunt ſervi ſive liberti Herodis & Archelaï,*

ab Herode ita appellati, ut ſolenne eſt, qui tributis exigendis præerant: cum enim olim, Herode atque Archelao rerum in Iudæa potientibus, tributis præfuiſſent, poſtquam tota Archelai familia fiſco eſt adjudicata, tributis quoque præfuiſſe videntur exigendis: itaqae ubi de tributis exigendis agitur, & jure Romanorum, in conſilium advocantur à Phariſæis, ſi qua ratione poſſent Chriſtum in crimen adducere: eademque cauſa eſt, ut puto, quare capita conferunt Phariſæi & Herodiani Marc. 3. 6. hæc ille.

XI.

Quæ quidem mihi videntur ne ſpeciem quidem probabilitatis habere. quam enim bellè hæc cohærent: ſervi Herodis, eo & Archelao rerum potientibus, tributis præerant, ergo & poſtquam Archelai familia fiſco fuit adjudicata? item: Tota Archelai familia fiſco adjudicatur, & eadem familia tributis colligendis præficitur? item: Familia Herodis ob confiſcatum Archelaum Romanis hauddubio infenſiſſima, à Phariſæis in conſilium advocatur ubi de jure Romanorum defendendo agitur? item: Phariſæi capita conferunt & Chriſtum aggrediuntur una cum exactoribus tributorum, qui tamen Chriſto vitio vertebant quod cum publicanis familiariter converſaretur?

XII.

Similis notæ eſt explicatio quam accommodat dicto Chriſti Marc. 8. ubi jubet cavere à fermento Phariſæorum, & à fermento Herodis. hoc ita declarat: *Phariſæi quærebant à Chriſto ſignum.* Marc. 8. 11. *Herodes* quoque *quærebat eum videre.* Luc. 9. 9. *quia multa de eo audierat.* Luc. 23. 8. (addenda fuerant ſequentia: *Et ſperabat ſe ſignum aliquod viſurum ab eo fieri*) hæc (inquit Petitus) in Phariſæis & in Herode notat Dominus, itaque ſuos cavere jubet ab hujuſmodi affectu, qui præpoſterus eſt.

XII. Hæc

XIII.

Hæc quoque perquam frivola ſunt. Nuſquam enim 1. in eo ponitur fermentum Phariſæorum, quod ſignum quærerent, ſed in eorum doctrina Matth. 16. 12. & hypocriſi. Luc. 12. 1. 2. Nec niſi ridicule fermentum Herodis in eo ſtatui poteſt, quod hæſitabat quiſnam eſſet Chriſtus, & ſtudebat ipſum videre. Luc. 9. 7. 8. 9. Nec 3. quod ibi narratur ad Herodianos transferri poteſt, de quibus hic eſt quæſtio, ſed ad perſonam Herodis pertinent. ut clarum eſt è textu. Nec 3. niſi ineptiſſime huc trahi poteſt quod citatur è Luc. 23. 8. id enim longo demum poſt tempore factum eſt. ut eo digitum intendere Chriſtum in monendis diſcipulis, dictu abſurdum ſit. Nec 4. Chriſtus affectum Herodis jubet ὁρᾷν ϗ βλέπειν, qui in ſenſus non incurrit, ſed falſam doctrinam quam auribus, & larvam ſanctitatis quam oculis uſurpare poterant. harum vero neutra in perſona Herodis comparet, ſed religionis neglectus potius, & morum profanitas.

XIV.

Ad locum Perſii idem Petitus ait, Satyricum per dies Herodis intellexiſſe feſta Iudæorum in genere. Herodem autem illum fuiſſe Herodem Agrippam. Quæ ut mera conjectamenta ſunt, & violentæ verborum torturæ, iis quæ ab antiquo illius poëtæ interprete ut & ab Epiphanio Tertulliano, aliiſque conſtanter aſſerta ſunt, anteponi non merentur.

XV.

Caſaubonus, licet ſententiam noſtram de Herodianis veram eſſe non eat inficias, non putat tamen eos oraculum Iacobi ad Herodē detorſiſſe, quia eum è tribu Iuda & domo Davidis venturum ipſis conſtabat. quod argumentum nullius eſt pretij, cum adulandi ſtudium agni-

tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tam veritatem non raro ſuffocet. Exemplum vide in Ioſepho, qui vaticinium Ieſaiæ 2. 3. 4. repetitum Michæ 4. 2. *Nam Sione prodibit lex, & verbum Domini è Ieruſalem: Qui Iudicem agat inter gentes &c.* ad Veſpaſianum & Titum detorquere audet, de bello Iud. l. 7. c. 12. quibus ſimilia habet Sueton. in Veſpaſ. & Tacitus hiſt. l. 5. Nec verum eſt, quod cenſet Caſaub. Exercit. 1. in Baron. c. 5. Ioſephum & de Meſſia ex Iudæis orituro, & ſimul de Veſpaſiano locum accepiſſe, dicit enim diſerte, eos qui illud ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον judicio falſos fuiſſe. vocem ἅμα ex qua id colligit Caſaub. ipſe poſtea mutantandam cenſet in ἄρα. itaque nihil concludit. Perperam etiam arbitratur Ioſephum reſpexiſſe ad Michæ. 5. 1. cum ibi de Bethlehemo ſermo ſit, & de regimine populi Iſraël, at iis quos citavimus locis de Ieroſolymis, & regimine inter gentes, quod magis faciebat ad inſtitutum Ioſephi quam illud, ut conſideranti patet. Porro, utut gloſſema hoc in Suetonio & Tacito ferri fortaſſe poſſit, in Ioſepho excuſationem non habet. malè enim, & minime religioſe Deo λόγιον ἀμφίβολον (ut ipſe loquitur) attribuit. quod inſuper tale eſt, ut ad Veſpaſianum non referri clarum ſit. Ut enim τὸ *Exibit lex*, aliquid dubitationis habere poſſit, quomodo τὸ *prodit Verbum Domini* &c. ad Veſpaſianum referetur? An ille per verbum Domini gentes ſubegit? nihil falſius. Recte David Kimchi: *Nam è Sione exibit lex & præceptum omnibus populis, Doctor autem erit rex Meſſias.*

COROLLARIA.

1. *An iejunium Chriſti, Eliæ, Moſis, potuerit fieri naturaliter? Neg.*
2. *An uſura in univerſum ſit damnata? Neg.*
3. *An fœnus hodiernorum trapezitarum ſit licitum? Neg.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXVII.

DE

Secta Samaritanorum,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponit

LUCAS à NOORDT, Amſtel. Bat.

Ad diem Iulij, hora 8. matutina.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIϽ IϽ C XLIX,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Auguſtiſſimæ ac Florentiſſimæ

AMSTELODAMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſsimis, ſummo honore, debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis.

Reverendis, ac omni doctrinarum genere Conſpicuis Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, Coll. Theol. D. D. Ordin. Holland. & Weſt-Friſ. Regenti digniſſimo, Præſidi ſuo clariſſimo, doctiſſimo,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in inclyta Lugduno-Batava Academia, Ordinario Philoſophiæ Profeſſori facilè principi, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti ſapientiſſimo, meritiſſimo,

D. THEODORO SCHULIO, Linguæ ſanctæ peritiſſimo, Scholæ Lugdunenſis Pro-Rectori prudentiſſimo,

Studiorum ſuorum Fautoribus & promotoribus ſummis, obſervantia colendis.

DENIQUE

Ornatiſſimo, ac omni virtutum genere probatiſſimo Iuveni,

SIBRANDO VALKENIER, Philoſophiæ, Græcarum, Romanarumque Literarum Studioſo vigilantiſſimo, Amicitiæ, maximæque deſiderabilis familiaritatis vinculo ſibi conjunctiſſimo, ſocio amantiſſimo, dilectiſſimo,

Se cum hocce Exercitio Theologico, in grati animi ſymbolum,

ſubmiſſe offert,

LUCAS à NOORDT, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXVII.
DE

Secta Samaritanorum.

THESIS I.

SEctæ Samaritanorum origo prima fuit à deportatione decem tribuum, prout refertur 2.Reg. 17. 24. & ſeqq. *Et adduxit rex Aſſyriæ è Babele, & Cutha, & Hava, & Chamatha, & Sepharvaijm* colonos *quos collocavit in civitatibus Samariæ loco Iſraëlitarum &c. Fuit autem cum principio habitantes ibi non revererentur Iehovam, ut immitteret Iehova in illos leones, qui interficiebant eos. Itaque alloquuti ſunt regem Aſſyriæ, dicendo, gentes iſtæ quas deportans collocaſti in civitatibus Samariæ, ignorant ritum Dei regionis iſtius, ideo immiſit in eos leones &c. Præcepit vero rex Aſſyriæ, dicendo, ducite illuc unum ex iſtis ſacerdotibus quos deportaſtis inde, & abeuntes reſidento ibi: ut doceat eos ritum Dei illius regionis. Veniens itaque unus ex illis ſacerdotibus quos deportaverant è Samaria, conſedit Beth-Ele: & docebat eos quomodo reverituri eſſent Iehovam. Attamen faciebant quæque gens deos ſuos, quos collocabant in æde excelſorum, quæ fecerant Samaritani quæque gens in civitatibus ſuis, ubi habitabant.* (Et poſtquam varios variorum deos enumeravit) *Sic reverebantur* (inquit) *Iehovam, & faciebant ſibi è numero ſuo ſacerdotes excelſorum, qui ſacra faciebant eis in æde excelſorum. Iehovam reverebantur, & deos ſuos colebant, ex ritu gentium quas deportaverant inde &c.* v. reliqua uſque ad finem capitis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

II.

Fuit ergo prima eorum religio miſcella quædam ex cultu Dei & idolorum, qua ratione dicitur v. 34. *Non reverentur Iohovam, neque faciunt ſecundum ſtatuta ipſorum* &c.

III.

Progreſſus eorum & additamentum fuit poſt reductionem populi è captivitate, idque hac ratione: Nehemias cum uxores Iudæorum peregrinas lata lege ab eis ſepararet, è poſteris Joiadæ filii Eliaſib ſacerdotis ſummi, generum Sanballethi Horonitæ à ſe fugavit. ut ipſe refert. libri ſui c. 13. 28.

IV.

Ioſephus Antiq. l. 11. 7. ita illam hiſtoriam attingit,ut dicat Ieroſolymorum ſeniores ſtatuiſſe atque præcepiſſe Manaſſi fratri ſummi pontificis Iaddi, ut à ſe amandaret conjugem alienigenam .i. Samaritanam, filiam Sanballathi Cuthæi, ſeu Samaritani, Satrapæ inſtituti Samaritanæ genti à Dario : vel ab altari arceretur : quod & factum eſt ab ejus fratre Iaddo, quem ait ſuccenſuiſſe populo eo nomine, quamvis etiam Seniorum decretum ipſe ſit executus.

V.

Manaſſes ille ſacris ac altari excluſus, cum Sanballathus ſocer ejus ab Alexandro Magno obtinuiſſet jus templi & ſacerdotij apud montem Garizim erigendi, Manaſſes, inquam, ille templi hujus ſupremus pontifex factus eſt, quo Apoſtatas quos poterat, undique, ex ipſis etiam

etiam Ieroſolymitanis ad ſe pellexit. Ioſeph. ib. Per hos idololatrici cultus inter Samaritanos cœperunt exoleſcere, ſchiſmate nihilominus inter eos & legitimi cultus divini aſſertores conſtituto.

VI.

Quo conſiderato, ut & quod quibus poterant calumniis, inſidiis, & peſſimis artibus Iudæos ex captivitate Babylonica reduces impedirent quominus urbem templumque inſtaurarent, viſum eſt Iudæis illis reducibus, ſolenni excommunicatione Samaritanorum conſortio ſuis interdicere. Ejus excommunicationis ritus & fragmenta quædam extant in comment. R. Simeonis in Nehemiam, paulo poſt explicatum verſum 68. c. 7.

VII.

Et huc ſpectat Sirach c. 50. 26. 27. *Duabus gentibus offenditur anima mea, etiam tertia non eſt gens: Qui reſident in monte Samariæ, & viri habitantes Philiſtæam, & populus ſtultus Sichemi habitans.* ubi per ultimos hoſce intelligit apoſtatas Iudæorum ad Manaſſem & Samaritanos. eos enim Sicimis habitaſſe Ioſephus auctor eſt. unde eos Sirach peculiaris gentis nomine indignos eſſe pronunciat.

VIII.

Non contendiſſe eos cum Iudæis de eo quod in religione potiſſimum eſt, ſed tantum de loco cultus divini, patet ex lite quam ſuper ea re habuerunt coram Ptolemæo Philometore. de quà Ioſephus l. 13. c. 6. *In Alexandria Iudæos, & Samaritas qui templum tempore Alexandri in monte Garizin conſtructum, venerabantur, conti-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

git in ſe mutuo exurgere, & ſuper templis coram ipſo Ptolomæo certare: Iudæis quidem dicentibus, ſecundum Moſis leges ædificatum fuiſſe templum, quod erat Ieroſolymis, Samaritas autem, quod in Garizin. Hujus cauſæ cognitione de partium conſenſu regi Ptolemæo delata, vicerunt in judicio Iudæi, & cauſa cciderunt Samaritæ.

IX.

Tempore tamen Chriſti eadem controverſia durabat, & idem ſchiſma. Ioh. 4. 7. *Venit mulier Samaritana, ut hauriret aquam: dicit ei Ieſus, Da mihi potum.* v. 9. *Dicit ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu, Iudæus cum ſis, potum à me poſcis quæ ſum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samnritanis.* Controverſiam tangit eadem mulier v. 19. 20. *Domine, video te prophetam eſſe. Patres noſtri in hoc monte adoraverunt: & vos dicitis Ieroſolymis eſſe locum iilum ubi oporteat adorare.*

X.

Quod diximus apparet etiam Luc. 9. 52. 53. *ingreſſi ſunt in vicum Samaritanorum, ut pararent ei hoſpitium. Sed illi non receperunt eum, quod facies ejus eſſet proficiſcentis Ieroſolymam.* ubi idem diſſidium & eadem cauſa notatur.

XI.

Chriſtus ipſe ante reſurrectionem eos pro alienis ab eccleſia Iſraëlitica habuit, neque diſcipulos ſuos eos adire permiſit. Matth. 10. 5. 6. *In viam gentium ne abieritis, & in urbem Samaritanorum ne ingredimini: Sed proficiſcimini potius ad oves perditas domus Iſraëlis.*

XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XII.

Quanquam, ut ad nonnullos gentiles, Matth. 15. 21. &c. ita & ad Samaritas, ſtricturas quaſdam ſuæ gratiæ jam tum pervenire voluit. v. Ioh. 4. 39. 40. 41. 42.

XIII.

Poſt reſurrectionem autem ſuam Chriſtus illis quoque euangelium prædicari juſſit. Act. 1. 8. *Eritis mihi teſtes & Ieroſolymis, & in tota Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimas terras.* cujus rei complementum v. Act. 8. 1. 5. ſeqq. c. 9. 31. & 15. 3.

XIV.

Noſtro tempore ſecta Samaritanorum nondum eſt collapſa. vocantur כותיים· Eſtque gens ea (ut docet Scal. de Emend. temp. l. 7. p. 620.) ſupra Iudaîcam totius vetuſtatis, etiam quæ ad ipſos pertinet, ignariſſima. In monte Garizim conſtitutas ſedes & ſacrarium religionis habent. unde ipſi ſe vocari volunt *pertinentes ad montem benedictum.* neque à tempore Exodi ſe unquam inde expulſos fuiſſe, aut aliunde quam ex Ægypto cum Moſe huc immigraſſe credunt. Reges veteres Samariæ, defectionem decem tribuum impulſore Ieroboamo, ne fando quidem acceperunt. Nomina Samſonis, Samuelis, Davidis & aliorum obiter perſtricta habent in Chronico, qui liber Ioſue ab illis dicitur (quia videlicet à geſtis Ioſuæ incipit.) ne omnia exſcribamus, hæc de iis nota: Habere eos pentateuchum deſcriptum iiſdem ferè quibus Hebræi verbis, licet diverſis characteribus, quos vere Moſaïcos eſſe (ut eos quos Iudæi habent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bent Babylonios) ſunt qui credant. Quod montem Gerizim elegerint, inde ortum, ſeu potius colorem habet, quod ſcriptum ſit, Deut. 11. 29. *Edes benedictionem hanc in monte Gerizim*. Habent ſacerdotes ex poſteritate, ut putant Aaronis, qui cum nullis aliis connubia jungunt, niſi cum familiæ ſuæ viris aut feminis, ut genus impermiſtum conſervent, faciunt ſacrificia & incendunt holocauſta in ſynagoga quam habent in monte Gerizim, ſuper aram ibidem ex lapidibus, ut ajunt, conſtructam quos Iſraelitæ ex Iordane ſuſtulerunt. Ioſ. 4. 1. ſeqq. Advenas colloquio ſuo arcent, quod omnes præ ſe profanos exiſtiment. huic ſiquis iis ſeſe applicet, clamant, *Ne attingas*. videatur locus Scaligeri, &, ejus quem citat, Benjaminis Tudelenſis, Itinerarii (prout editum eſt à Clariſſ. l'Empereur) p. 38. & ſeqq. Atque hæc fere ſunt quæ de hac ſecta nobis ex rei veritate innotuerunt. Quæ enim de iis alia ſcripſit Epiphanius hæreſ. 9. non ita certa ſunt, quæ vero Iudæi præter ea quæ attulimus, merè ſycophantica & falſa.

COROLLARIA.

1. *An ullum mendacium ſit licitum? Neg.*
2. *An omnis ſimulatio ſit illicita? Neg.*
3. *An Ieſuitarum æquivocationes & mentales reſervationes ſint probandæ? Neg.*
4. *An Sacra Scriptura autoritatem ſuam habeat ab Eccleſia? Neg.*
5. *An Patri, Filio, Spiritui Sancto conveniant nomina, proprietates, opera, honor & cultus veri Dei, & per conſequens ſint verus Deus? Aff.*
6. *An omnes homines in Chriſto ſalvabuntur? Neg.*
7. *An bona opera ſint cauſa juſtificationis, an vero ſola fides in Chriſtum? Reſp. Poſter.*
8. *An Infantes & liberi Chriſtianorum fidelium ſint baptizandi? Aff.*
9. *An nullo modo neque per Deum, neque per angelos & creaturas jurare liceat? Neg. ſecundum memb. prius.*

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXVIII.
DE

ABROGATIONE LEGIS,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

HUBERTUS LOORIUS.

Ad diem Iulij, hora 8. matutina.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

Dominis & Fautoribus meis ſummis.

NEC NON

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IOHANNI SPILJARDO, Verbi divini in Eccleſiâ Gorinchemenſi Præconi diſertiſſimo, ſtudiorum meorum Fautori ac Promotori ſummo, eoque nomine æternum mihi venerando,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, Collegii Theol. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti doctiſſimo, Præſidi meo honorando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in inclyta Lugduno-Batava Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti digniſſimo, de me ſtudiiſque meis optimè merito indieſque merenti,

D. NICOLAO ENTENIO, Vineæ Dei quæ Woudrichemii colligitur Cultori vigilantiſſimo, ſtudiis meis addictiſſimo,

D. IOHANNI CUPERO, Gregis Chriſti qui eſt in Sleeuwijck Paſtori fideliſſimo, ſtudiorum meorum Fautori inſigni,

UT ET

Piè doctis, ac doctè piis Iuvenibus,

D. JOSIÆ SPILJARDO,
D. ELIZÆO SPILJARDO, } Huic in Haſten, illi in Rijſwijck Paſtoribus vigilantiſſimis, Amicis meis intimè dilectis,

Haſce Theologiæ meæ primitias, in debita gratitudinis ac obſervantiæ τεκμήριον,

humillimè offero & inſcribo

HUBERTUS LOORIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXVIII.

DE

Abrogatione legis.

THESIS I.

I. QUæritur, an dicto Chriſti, Matth. 5. 17. *Ne exiſtimate me veniſſe ut diſſolvam legem aut prophetas, non veni ut diſſolvam, ſed ut impleam*, repugnet dictum ejus alterum, Matth. 11. 13. *omnee prophetæ, & ipſa lex uſque ad Ioannem prophetarunt.* Reſp. Neg. nam

II.

Aliud longe eſt dicere, legem & prophetas *propheteſſa* uſque ad Ioannem, aliud ſublatos vel *ſolutos* eſſe tempore Ioannis, in illis enim eſt comparatio duntaxat V. Teſtamenti, in quo Chriſtus tanquam venturus prædictus, & obſcure adumbratus fuit, cum Novo, in quo is præſens à Ioanne fuit deſignatus. Confer Luc. 16. 16. ubi τὸ προεφήτευσαν (quod hic habetur, & ibi ſubaudiendum eſt) opponitur τὸ εὐαγγελίζεται. nihil ergo hoc ad legis abolitionem.

III.

An eidem dicto Chriſti repugnet quod ait Ioannes c. 1. 17. *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum præſtita eſt?* videtur enim negare, legem per Chriſtum datam eſſe, quum id Moſi tantum aſſcribit. nec levis nota inuritur legi, cum ei gratia & veritas adimitur. Reſp. Neg. nam

IV.

1. In danda lege, Moſes Chriſto opponendus non eſt, ſed ſubordinandus, ut cauſa inſtrumentalis principali. *à Chriſto* lex data eſt, *per Moſen*, .i. illius miniſterio. 2. Gratia meritò adimitur legi qua legi .i. oppoſitè ad euangelium. illa enim præcipit tantum, non promittit; jubet, non juvat: exigit, non dat. euangelium vero facit hæc omnia. Miniſterium inſuper Vet. Teſtam. quod & ipſum legis nomine venit, conjunctum erat cum menſurâ exiguâ Spiritus, in miniſterio euangelii .i. Novi Teſt. Deus dat gratiam pro gratiâ. Joh. 1. 16. 3. *Veritas* interdum opponitur *falſitati*, interdum *typo* & umbris: priori ſignificato veritas tam eſt in lege quam in euangelio, poſteriori in euangelio tantum. 4. licet *gratia* & *veritas* à Moſe ſint prædicata, non tamen ſunt *præſtita*, .i. exhibita, ἐγένετο. id enim ſoli Chriſto proprium eſt.

V.

3. An eidem dicto adverſetur, quod Chriſtus ait Matth. 9. 13. & 12. 7. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium?* qui enim ſacrificium non vult bonam partem legis ſolvit. Reſp. Neg. nam

VI.

1. Eadem verba reperiuntur in Vet. Teſt. Hoſ. 6. 6. quo tamen tempore lex ſoluta non fuit. 2. non abſolutè, ſed comparatè ſunt accipienda. ut patet in ſeqq. *& cognitionem Dei MAGIS quam holocauſta.* confer Ier. 7. 22. ubi eadem phraſis, idem ſenſus. 3. Habita ratione non temporis Hoſeæ, ſed Chriſti, verba illa innuunt abrogationem ceremoniarum, cum Matth. 5. 17. agatur de lege morali. ideoque nihil ad rem facit iſte locus.

VII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VII.

4. An eidem contraveniat Chriſtus, non condemnando adulteram. Ioh. 8. 11. ? contra Lev. 20. 10. Deut. 22. 22. Reſp. Neg. nam 1. non dicit illam non eſſe condemnandam, ſed negat *ſe* hoc facere, qui politicus judex non erat. confer Luc. 12. 13. 14. 2. condemnatio eſt vel moralis, vel forenſis, illa eſt facti improbatio, hæc reſpectum habet ad pœnam externam. poſteriori tantum modo negat Chriſtus ſe mulierem illam condemnare, non priori. confer Matth. 5. 28. & hoc ipſo loco verſ. 11. *vade, & ne amplius pecces*. 3. abſolutio vel eſt in ſore civili, vel in foro conſcientiæ: hoc, non illo reſpectu mulierem abſolvit Dominus. 4. De lege morali agit Chriſtus Matth. 5. 17. hoc vero exemplum legem forenſem ſpectat, ideo & ipſum eſt ἀπροσδιόνυσον.

VIII.

5. An qui *ſolvit ſabbatum*, quod Chriſtus fecit, non *ſolvat legem*, quod à ſe removet Chriſtus. Matth. 5. 17. ? Reſp. Neg. nam

IX.

1. Chriſtum ſolviſſe Sabbatum, non ex Ioannis, ſed ex Iudæorum perſonâ dicitur, qui id Chriſto impingebant, ideoque eum trucidare volebant. 2. non ſolvebatur ſabbatum, etiam in Vet. Teſt. niſi per opera ſervilia & non neceſſaria, minime autem per opera pietatis & charitatis, nedum per divina, quale Chriſtus ediderat. 3. Sabbatum Iudaïcum ad ceremonias pertinebat, non ad legem moralem, de qua Chriſtus agebat Matth. 5. 17. itaque perperam eo detorquetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

6. An non lex ſolvatur Act. 15. 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, impoſito jugo cervici diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* & an hæc non vergant in legis contumeliam? Reſp. Neg. nam agitur hic de jugo ceremoniarum, de quibus verſ. 5. mota erat quæſtio. v. g. de circumciſione & ſimilibus. illæ autem jam à Domino erant abrogatæ, & ideo abrogatæ quia impletæ. Sin verba illa ad totam legem referantur (prout circumciſio, ut à Chriſtianis illis Iudaizantibus urgebatur, totius legis obſervationem poſt ſe trahebat Gal. 5. 3. & hic ea *fidei* v. 9. & *gratiæ* v. 11. opponitur) id tantum docetur, ſalutem non eſſe quærendam in lege, non quidem legis vitio, ſed hominum qui eam præſtare non poterant.

XI.

Nec verba illa contumelioſa ſunt in legem 1. non quatenus ea vocatur *jugum*, quia idem reperitur Thren. 3. 27. nec 2. quatenus *importabile*, eo enim docetur ſumma legis perfectio, ſumma imperfectio hominum. nec 3. quatenus *vita* & *ſalus* removentur ab ea, defectus enim hujus cauſa non eſt lex, ſed hominis imbecillitas, qui eam non obſervat.

XII.

7. Annon Eph. 2. 15. ubi dicitur *Lex mandatorum à Chriſto abolita*. Col. 2. 20. ubi dicuntur *Mortui cum Chriſto liberati eſſe ab elementis mundi?* Reſp. Neg. quia utrobique de ceremoniis agitur.

XIII.

8. An Rom. 3. 21. *Nunc vero abſque lege juſtitia Dei*

mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

manifeſta facta eſt? Reſp. Neg. nam 1. aliud eſt, juſtitiam Dei patefactam eſſe abſque lege, aliud legem per eam ſolvi. 2. non agit de juſtitia Dei in genere, ſed de ea quæ eſt *per fidem Ieſu Chriſti.* v. ſeq. ea vero non in lege prout ea eſt merum pactum operum, ſed in euangelio docetur. 3. quamvis eadem *comprobetur teſtimonio legis & prophetarum,* prout lex ſumitur pro doctrina V.T. quæ in ſe euangelium quoque comprehendit.

XIV.

9. An Rom. 4. 15. *Nam lex iram efficit?* Neg. quia peccatur paralogiſmo accidentis. lex enim per ſe *vitam* operatur, per accidens vero *iram* & mortem, non *qua data,* ſed *qua non ſervata,* non *ſuo vitio,* ſed *noſtro.*

XV.

An Rom. 5. 20. *Lex introiit ut amplificaretur offenſa?* Neg. nam 1. vocula ἵνα, *ut,* non *finem* & ſcopum ibi notat, ſed *eventum.* ut recte Chryſoſt. Hom. 10. 2. eventus ille ex lege non eſt *per ſe* ſed *per accidens,* augetur enim per illam peccatum 1. ratione clarioris patefactionis. 2. ratione irritationis hominis irregeniti (nitentis in vetitum) ad magis peccandum. 3. ratione reatus, qui major fit lege cognita apud illos qui peccant. ſic *lex peccati vis eſt.* 1. Cor. 15. 56. ſed per accidens tantum.

XVI.

An Rom. 6. 14. *Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia?* Rom. 7. 4. *Vos quoque mortificati eſtis legi?* Neg. neque enim hæc ἁπλῶς intelligenda, quaſi ab *obſervatione* legis eſſemus liberati, ſed κατάτι prout non ſumus ſub federe

ope-

operum, ut juſtitiam in lege quæramus, item prout liberi ſumus à rigore, coactione, & maledictione legis.

XVII.

An 2.Cor.3.6.7. *Litera occidit, Spiritus autem vivificat. Quod ſi mortis miniſterium, in literis poſitum & informatum in lapidibus* &c. ubi lex vocatur litera occidens, & miniſterium mortis? Reſp. Neg. Nam 1. lex ibi ſumitur contradiſtinctè ab euangelio, pro mero pacto operum. 2. reſpectu eorum qui per eam ut talis eſt ſervari cupiunt, abſque Chriſto & Spiritu gratiæ. ita enim eſt litera tantum, non Spiritus, & occidit, ac miniſterium mortis eſt, non vitæ. idem ſenſus eſt locorum Gal. 3. 10. & 5. 4.

XVIII.

An 1. Tim. 1. 9. *Legem juſto poſitam non eſſe*? Neg. iis enim ſignificatur, *juſtos* juſtitiâ tum *imputativà*, tum *inchoativâ*, non per *minas* & *maledictiones* legis, ſed ſponte & virtutis amore ad ejus obſequium ferri. minime autem ejus *obſervationem* ad tales non pertinere.

COROLLARIUM.

An concupiſcentia ſit peccatum proprie dictum? Aff.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXIX.

DE

ABROGATIONE LEGIS,

ALTERA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

PETRUS MUS, Amſtel. Batav.

Ad diem 15. *Iulij, horæ* 8. *matutinæ.*

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Spectatiſſimis Viris,

D. ANTHONIO OETGENS à WAVEREN, Domino in *Waveren, Botſhol, Rugewillis*, &c.

D. ANDREÆ BIKKER, J. V. D. Equiti, Domino in *Amſterveen, Slooten, Slooterdijck*, &c. ad Suecorum ac Danorum Regna Legato graviſſimo, prudentiſſimo,

D. PETRO HASSELAER,

D. GERBRANDO à PANCKRAS,

Florentiſſimæ Amſtelodamenſium Reipublicæ Conſulibus ac Senatoribus,

NEC NON

D. CORNELIO de GRAEF, Iuris utriuſque peritiſſimo, Domino in *Polsbroeck,*

D. CORNELIO BIKKER, Domino in *Swieten,*

Ærarii Amſtelodamenſis curam fideliſſimè ſuſtinentibus.

Dominis ac Mæcenatibus ſuis omni debitæ obſervantiæ genere in perpetuum proſequendis.

Se & Diſputationem hanc Theologicam, in grati animi teſtimonium,

ſubnixè offert,

PETRUS MUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C XIX.
DE

Abrogatione legis, altera.

THESIS I.

SAmoſateniani & anabaptiſtæ legem Moſis à Chriſto, ut contrariam doctrinæ ipſius, correctam aſſerunt. primo ratione generali ex Matth. 5. 21.22. *Audiſtis dictum fuiſſe veteribus* &c. *Ego autem dico vobis* &c. ubi antitheſis evidens videtur poni inter Moſen & Chriſtum.

II.

Nos legem Moſis correctam à Chriſto negamus, ſed vindicatam tantum à corruptelis & gloſſis perverſis Iudaïcis aſſerimus. rationes hæ ſunt:

III.

1. Chriſtus hic de immutabilitate legis diſſerit, ac negat ſe veniſſe ut eam ſolvat. Matth. 5.17. teſtatur uſque dum præterierit cœlum & terra, nec jota nec apicem ejus præteriturum. v. 18. Illum minimum vocandum in regno cœlorum qui vel unum ex præceptis minimis ſolverit. v. 19. Hæc vero cum opinione adverſariorum minime poſſunt conſiſtere.

IV.

2. Chriſtus non opponit juſtitiam quam in ſuis exigit juſtitiæ à Moſe propoſitæ, ſed juſtitiæ duntaxat Scribarum & Phariſæorum. v. 20. 3. Quæ hic à Chriſto urgentur in lege ipſa Moſis continentur. ut liquebit è ſequentibus. 4. Verba quædam à Chriſto citantur, quibus ſua opponit, quæ non ſunt Moſis, ſed gloſſatorum. ut, *damnas erit judicii.* v. 21. *odio habebis inimicum tuum.* v.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

43. quod ultimum non fuit imperatum à Moſe, ſed prohibitum potius. Exod. 23. 4.

V.

Quod ad verba illa: *Audiſtis dictum fuiſſe veteribus* &c. *Ego autem dico vobis* &c. indagandum 1. quomodo illa ſint conſtruenda. 2. quinam ſint *veteres* illi. quibus intellectis omnibus difficultas erit ſublata.

VI.

Primum quod attinet, ſunt qui verba illa: ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, æquipollere dicant illis: ἐῤῥέθη ὑπὸ τῶν ἀρχαίων *dictum eſt ab antiquis*. alii illis: ἐῤῥέθη πρὸς τοὺς ἀρχαίους. *dictum eſt ad antiquos*. prior ſententia eſt Bezæ & Piſcatoris, altera aliorum plerorumque, quam veriſiliorem arbitramur. non ſolum quia prior conſtructio durior, ellipſi præpoſitionis ſine evidenti neceſſitate introducta, verum

VII.

Quia poſterior nititur conſtanti & perpetuo uſu locorum parallelorum, ut Rom. 9. 12. ἐῤῥέθη αὐτῇ, *dictum eſt ei*, v. 26. *Et erit in loco* οὗ ἐῤῥέθη αὐτοῖς *ubi dictum fuerat eis*. Gal. 3. 16. τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐῤῥέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, *Abrahamo vero dictæ ſunt promiſſiones*. Apoc. 6. 11. ἐῤῥέθη αὐτοῖς, *dictum eſt eis*. c. 9. 4. καὶ ἐῤῥέθη αὐταῖς. *Et dictum eſt ipſis &c.*

VIII.

Veteres ergo illi, de quibus loquitur Chriſtus, iidem ſunt qui alibi vocantur οἱ πατέρες Matth. 23. 30. &c. hoc eſt, Iudæi qui pridem ante Chriſti tempora vixerant, quibus verba iſta jam olim præcepta fuiſſe docebant Iudæorum Magiſtri, partim ea adducentes ex lege, ut *Non occides* &c. *Quiſquis dimiſerit* &c. *Non peierabis* &c. *Oculum pro oculo* &c. *Diliges proximum tuum*. partim ex gloſſatorum laciniis, ut, *odio habebis inimicum*. &c. è quorum corrupta interpretatione ipſa etiam verba legis in ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

in ſenſum craſſum & carnalem detorquebant. Et hæc ad rationem adverſariorum generalem. ſpeciales variæ ſunt:

IX.

Prima: Divortia per legem licita fuere. Deut. 24. 1. 2. 3. 4. ea vero in N. T. fuerunt ſublata. Matth. 5, 31. 32. & 19. 7. 8. lex ergo aliqua in re fuit correcta & ſoluta. Argumentũ hoc auctorem habet Fauſtum Manichæum. v. Aug. lib. contra eundem 19. c. 26. cui reſpondetur:

X.

1. Peccari μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος. quæritur enim de lege morali, argumentum affertur ex lege forenſi. 2. Neg. divortia Iudæis licita fuiſſe ex præcepto, licet conceſſa fuerint ſingulari diſpenſatione. Neque enim dicitur in lege, uxores licitè dimitti, ſed ſi quis hoc faceret (caſus narratur, factum non probatur. confer Matth. 18. 15. 16. 17.) dandum illi eſſe libellum repudii. unde Chriſtus Matth. 19. 8. *Moſes*, inquit, *pro duritià cordis veſtri permiſit* (ἐπέτρεψεν) *vobis dimittere uxores veſtras*. ſimulque revocat Phariſæos ad originem & inſtitutionem matrimonii, *à principio* (inquiens) *non fuit ſic*. quæ origo utique traditur ab ipſo etiam Moſe. Nulla igitur hic revocatio legis, ſed abolitio abuſus ad tempus tolerati in populo *duri cordis*, ne carnificinæ perpetuæ obnoxiæ eſſent mulieres.

XI.

Nec permiſſio illa (ut diximus) *approbatio* fuit facti, ſed ejus *tantum toleratio*. nec à *culpa* liberabat (v. Deut. 24. 4. ubi mulier ita dimiſſa per ſecundum matrimonium dicitur *pollui*) ſed *à pœna duntaxat civili*. limitabatur autem modus dimiſſionis, ne ea fieret clam & ſine libello repudii, 1. ut conſuleretur innocuæ mulieris ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

iſtimationi ac libertati. 2. ne ſi nudis verbis mulier è domo mariti educeretur, quævis mulier inde ſe proripere poſſit, & dicere ſe repudiatam eſſe, neve, cum ſcortaretur, ipſa & adulter dicerent, quod eſſet repudiata. Dandum itaque fuiſſe libellum repudii, in quo hujus rei teſtimonium extaret. ut rectè Majemonides, More Nevochim part. 3. c. 49.

XII.

Secunda: Polygamia in vet. Teſt. licita fuit, in novo illicita eſt. correcta ergo hac in parte & ſoluta lex fuit. Antecedens quoad priorem partem probatur ex Deut. 21. 15. *Si fuerint alicui duæ uxores, una dilecta & altera exoſa, pepererintque ei filios dilecta & exoſa, fuerit autem filius primogenitus ejus quæ exoſa eſt &c. eum qui primogenitus eſt filium exoſæ agnoſcito.* Reſp. etiam hic diſtinguendum eſt id quod licet in foro civili, ab eo quod licet in foro conſcientiæ. prius de polygamia V. T. concedimus, poſterius neg. ad locum Deut. notanda eſt propoſitio hypothetica, in qua tantum eſt caſus narratio, non facti approbatio. (confer ejuſdem cap. v. 18.) quanquam hic toleratio quædam hauddubie fuerit.

XIII.

Imo, ajunt, præcipitur polygamia in lege, non tantum ad eam connivetur. ut in caſu qui habetur Deut. 25. 5. ubi Leviti jubentur ducere fratrias in uxores, cui legi non potuit ſatisfieri à fratribus *conjugatis* ſine polygamia. Reſp. Nec ad fratres *conjugatos* ea lex pertinebat, ſed ad *ſimul habitantes*, ut eſt in textu, id eſt, ad eos qui nondum diſtinctas & ſeparatas familias habebant. Iudæos ipſos legem ita intelligere docet inter alios Buxtorf. Synagog. Iud. c. 30. cujus etiam rei exemplum habemus in Booz qui cœlebs erat, nullum autem in homine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mine uxorato. quanquam ſi & ad illos legem extendamus, non ſequitur ex polygamia in unico & certo caſu, ad polygamiam ordinariam & promiſcuam. ſcitum eſt: legem ſpecialem derogare generali, & extraordinaria in exemplum non eſſe trahenda.

XIV.

Objiciunt locum 2. Sam. 12. 8. ubi Deus ipſe polygamiæ auctor & approbator videtur conſtitui. dicit enim per Nathanem ſe tradidiſſe Davidi non *domum* tantum, ſed & *uxores* Domini ſui *in ſinum* .i. ad uſum conjugii. Reſp. Neg. explicatio illa. nam *in ſinum* tam ad domos, quam ad uxores refertur. ideoque ſimpliciter ſignificat *in poteſtatem*. nec uſquam legitur Davidem Saulis conjuges pro uxoribus habuiſſe, in quo & inceſtus fuiſſet commiſſus, cum Saulis gener eſſet, & Saul ei eſſet tanquam *pater*. 1. Sam. 24. 12. & 26. 17. confer legem Lev. 18. 8. *Potuit* ergo David ejus uxores ducere *ſine impedimento humano*, non *licuit* id ei *ſine offenſa divina*.

XV.

Urgent &, quod Paulus 1. Tim. 3. 2. ab epiſcopatu *tantum*, non vero ab eccleſia arceat polygamos. unde non videtur cæteris vetita eſſe polygamia. Reſp. 1. Neg. illud *tantum*. nulla enim excluſiva apud Paulum. 2. ſi cæteris licita fuit polygamia, quia nominatim epiſcopis interdicitur, ſequetur & reliquis licitum fuiſſe ut eſſent *vinoſi*, *turpis lucri cupidi*, *percuſſores*, hæc enim & ipſa ſpeciatim epiſcopis ibidem interdicuntur. Ideo autem epiſcoporum hic præ reliquis mentio, quia eorum vitia graviora habentur, & non ipſis tantum ſed & aliis exemplo nocent. V. Gal. 2. 14.

XVI.

Interim obſervatu dignum, in eccleſiâ primitiva aliam ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rationem fuiſſe polygamiæ *antecedentis converſionem*, aliam *ſubſequentis*. Illam ab apoſtolis toleratam probabile eſt, hanc minime. eadem fere ratione qua conjugium fidelis cum infideli contractum ante converſionem non erat abrumpendum, 1. Cor. 7. 12. nondum vero contractum non erat contrahendum. 2. Cor. 6. 14. Eos ergo qui polygami jam erant ab eccleſia in teneris illis initiis Chriſtianiſmi non arcet Paulus, licet noluerit ex eis deſumi epiſcopos ob cauſam jam dictam.

XVII.

Gravius eſt, quod negant ullam legem extare adverſus polygamiam. Reſp. contrarium liquet ex deſcriptione creationis conjugum, Gen. 1. 27. & ex verbis Adami Gen. 2. 24. *Idcirco relicturus eſt VIR patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebat VXORI ſuæ, eruntque* (ſcil. *vir* & *uxor* non autem *uxores*,) *in carnem unam*. Hiſce verbis vim legis & ſanctionis ineſſe docet Chriſtus Matth. 19. 4. 5. 6. & Paulus 1. Cor. 6. 16. de duorum autem tantum conjugio ea Chriſtus accipit, cum ait: *& erunt* οἱ δύο, *DVO ILLI in carnem unam*, prout & Samaritani legunt in Geneſi והיה משניהם לבשר אחד *Et erit ex duobus illis in carnem unam*, .i. caro una. & Græci interpretes eiſdem quibus Chriſtus utuntur verbis: καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ionathani quoque paraphraſis interjicit τὸ תרויהון *duo illi*. & R. Selomo ad eundem locum utitur voce שניהם. & interpres Matthæi hebraicus τὸ שנים *duo* ſibi retinendum putavit. confer Malach. 2. 15. Sunt qui legem Levit. 18. 18. huc ſpectare contendant, quod non ita certum putamus.

COROLLARIA.

1. *Theologia omnium ſcientiarum maxime neceſſaria eſt.*
2. *Vt & omnium nobiliſsima.*
3. *Non ſolnm noëtica, ſed & dianoëtica ſive argumentativa eſt.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXX.

DE

ABROGATIONE LEGIS,

TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

IACOBUS AMPZINGIUS, Harlemenſis.

Ad diem 17. Iulij, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac celeberrimæ

HARLEMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis venerandis.

UT ET

Clariſſimis, Doctiſſimis Viris.

D. PETRO LEUPENIO, Eccleſiæ Amſtelodamenſis Paſtori vigilantiſſimo, Cognato meo in æternum venerando,

D. NICOLAO MARTINI, in Eccleſia Lugdunodamenſi,

D. IACOBO HOVIO, in Wormariana Eccleſia,

Præconibus fideliſſimis, digniſſimis, ſtudiorum meorum Promotoribus ſummis.

Hoc Exercitium Theologicum,

S. Facio

JAC. AMPZINGIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXX.

DE

Abrogatione legis, tertia.

THESIS I.

TErtia ratio ſpecialis, qua Samoſateniani & anabaptiſtæ probare conantur legem Moſis à Chriſto ſolutam correctamve eſſe, talis eſt: Legem de juramento Chriſtus correxit. ergo. antecedens probant 1. quia Moſes permiſit jurare, imo præcepit: Chriſtus vetuit, Matth. 5. 33. 34. 2. Moſes prohibuit perjuria tantum, Chriſtus juramenta etiam levia & temeraria. 3. apud Moſen & alios V. T. ſcriptores licuit jurare per creaturas. v. Gen. 24. 2. & 31. 53. & 42. 16. Deut. 4. 26. & 30. 19. 1. Sam. 20. 3. Cant. 2. 7. id vero ne fiat Chriſtus vetuit. Matth. 5. 34. 35. 36.

II.

Reſp. ad primum 1. peccari elencho diviſionis. verba enim, *Ne jurate omnino* non ſunt ſeparanda ab immediate ſequentibus: *neque per cœlum* &c. *neque per terram* &c. 2. quod additur v. 37. *Sit ſermo veſter etiam, etiam, non non,* ſumendum de conſuetudine & praxi ordinaria, in qua ſufficere debet affirmatio & negatio ſimplex, non de caſu urgentis neceſſitatis, in quo Chriſtus ipſe, angelis, apoſtoli jurarunt, ut alibi demonſtratum. verba annexa: *quod ſupra hoc redundat ex malo eſt,* cum eadem diſtinctione accipienda. nam in gravi cauſa juramentum non *redundat.* verba Iacobi c. 5. 12. quia è verbis Domini ſunt derivata, eodem etiam modo ſunt explicanda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ad 2. Neg. Moſen tantum perjuria prohibuiſſe, non autem juramenta levia & temeraria. Vetat enim nomen Dei ſumi לשוא. *in vanum*, nec verum eſt, quod affirmant Samoſateniani, שוא ſemper *mendacium* ſignificare, licet id interdum fieri non negemus, ut Exod. 23. 1. Deut. 5. 26. cum quando nomen eſt ſæpius notet rem vanam ac futilem, v. Iob. 7. 3. & 15. 31. Ieſ. 1. 13. & 30. 28. Ier. 18. 15. quando autem adverbiaſcit idem ſit quod *temerè, fruſtra, nullo utili fine*. v. Pſal. 89. 48. & 127. 1. 2. Ier. 2. 30. & 4. 30. & 6. 29. & 46. 11. &c. Helleniſtæ diſtinguunt לשקר quod invenitur Levit. 19. 12. à לשוא quod Exod. 20. 7. dum illud vertunt ἐπ' ἀδίκῳ, hoc ἐπὶ ματαίῳ. nos utrumque tertio præcepto prohiberi arbitramur, cum לשוא utrumque ſignificet. quod ad rem ipſam attinet. v. Lev. 5. 4. 1. Sam. 25. 22. 34. Matth. 14. 7. Marci 6. 23.

IV.

Ad 3. In V. Teſt. licitum fuiſſe jurare per creaturas neg. v. Deut. 6. 13. & 10. 20. Ieſ. 65, 16. Ierem. 5. 7. Nec loca in contrarium allata ad rem faciunt. Non Gen. 24. 2. 3. nec enim vel ſervus jubetur jurare per femur Abrahæ, vel Abraham adjurat ſervum per femur ſuum, ſed per *Iehovam Deum cœli & terræ*. ſuppoſitio autem manus ſub femore adjurantis (quicquid tandem illa ſignificarit) ceremonia tunc fuit in jurando uſitata, qualis nunc eſt clevatio digitorum, per quos jurari nemo ſanus dixerit. Ioſeph. l. 1. Antiq. c. 16. γίνονται δὲ, inquit, (αἱ πίστεις) αὗται τοῦτον τὸν τρόπον· ὑπὸ τοὺς μηροὺς ἀλλήλοις τὰς χεῖρας ἐπαγαγόντες, ἐπικαλοῦνται τὸν Θεὸν μάρτυρα τῶν ἐσομένων.

V.

Non Gen. 31. 53. ubi Jacob dicitur *juraſſe per pavo-*

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rem Iſaaci patris ſui. *pavor* enim ibi pro *objecto pavoris*, .i. Deo quem Iſaac pavebat accipitur. ſic ſponſus & ſponſa vocantur *amor*. Cant. 2. 7. & 3. 5. *fides* ponitur pro re credita vel credenda. Gal. 1. 23. *ſpes* pro re ſperata vel ſperanda. Tit. 2. 13.

VI.

Non Gen. 42: 16. nam 1. ibi exemplum eſt, regula non eſt. 2. neg. fuiſſe juramentum. aſſeverationem fuiſſe concedimus, hoc ſenſu: *quam verè vivit Pharao*, aut votum, hoc ſenſu: *Vtinam ita vivat ſemper & valeat Pharao!* juramentum fuiſſe neg. quod tamen facile concedent, qui per *vitam Pharaonis* auctorem vitæ ejus *Deum* intelligendum cenſent, ut ante per *pavorem Iſaaci* &c. ſed hoc longius petitum. Dicimus hic tantum comparationem eſſe rei, quam certo credi volebat Ioſeph, cum re alia quæ certa erat apud omnes, ſine ulla invocatione Pharaonis tanquam teſtis & judicis juramenti.

VII.

Non Deut. 4. 26. nec 30. 19. quia ibi non eſt locutio propria, ſed ſymbolica & figurata, nec juramenti ulla ſpecies, ſed exaggeratio tantum veritatis & certitudinis dictorum per προσωποποιίαν, qua creaturæ inanimatæ compellantur, acſi audirent ea ad quæ populus pervicax velut obſurduerat. q. d. ſi quis ſenſus ineſſet rebus illis, melius aures accommodarent creatori ſuo loquenti &c. Eo etiam ſenſu cœlo ac terræ rebus non caducis ſed ſtabilibus ac inſuper continuo in oculos incurrentibus teſtimonium denunciat, ut quotieſcunque ea aſpiciunt, eos verborum ſuorum memores eſſe velit. item ut ſciant ea judicio divino in ipſos conſpiratura ſi in inobedientia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

perſeverent. confer Deuter. 32. 1. Pſal. 50. 4. Ieſ. 1. 2. Michæ 1. 2.

VIII.

Non 1. Sam. 20. 3. quia 1. *factum* ibi narratur, *jus* non abſtruitur. 2. nec juramentum in poſteriore membro, ſed rei quam certam haberi vult, comparatione ejus quæ manifeſto certa erat confirmatio. hoc ſenſu: *quam verè vivit anima tua, quaſi paſſus eſt* &c. aliam porro rationem eſſe verborum *vivit Dominus*, aliam ſequentium *vivit anima tua*, punctorum diſcrimen non obſcure innuit, quod ubique obſervatur cum Dei & creaturæ alicujus in talibus conjuncta mentio eſt. porro verbum נשבע quod eſt initio verſus ad primum tantum membrum proprie cenſemus pertinere.

IX.

Non Cant. 2. 7. & 3. 5. nam non ibi juramentum proprie dictum eſt, ſed allegorica obteſtatio per res chariſſimas, quales ſunt paſtoribus capreæ & hinnuli. ſic uſitate ſine juramento obteſtamur hominem per ea quæ illi ſunt chara vel pretioſa, per liberos, famam, ſalutem, ut hoc vel illo facto abſtineat &c. latius ergo hic accipienda vox השבעתי. prout נשבע paſſim in Targum vertitur per קים *confirmare*. à Paulo etiam per ἐξμολογεῖν *profiteri*. Rom. 14. 11. niſi ſequens ſenſus magis placeat (ut eſt certè concinnus) eſt autem talis: *Adjurat*, i. obteſtatur, ſponſus ſponſæ ſuæ amicas, ne ejus ſomnum turbent, *per capreas & hinnulos*, i. ut tam ſollicitæ ſint hac de re, quam ſolicitæ ſunt cervæ & capreæ, ne hinnuli quos habent in ſuis luſtris, excitentur, & eorum quies interrumpatur: itaque ne id fiat, perpetuo ſunt in excubiis. v. Xenophontem lib. κυνηγετικῷ ubi agit de venatu

cerv-

cervarum & hinnulorum, & Sam. Petitum Variar, lect. lib. 1. p. 70.

X.

Quarta Samoſatenianorum & anabaptiſtarum ratio ſpecialis eſt hujuſcemodi: Lex vindictam & talionem concedit, Chriſtus tollit. v. Matth. 5. 38. ſeqq. ergo Chriſtus legem correxit &c. Reſp. 1. laborat argumentum ignoratione elenchi. quæritur enim de correctione legis moralis, & concluditur de lege forenſi, ad quam ſpectabat talio. 2. Neg. anteced. quoad poſterius membrum. neque enim Chriſtus legem talionis magiſtratui, ſed privatis ademit, quibus ea non à Moſe, ſed ab ejus malis interpretibus permittebatur. x. Levit. 19. 18.

XI.

Quinta: Moſes judicia & tribunalia inſtituit, Chriſtus evertit. Matth. 5. 40. & 6. 14. 15. & 7. 1. Reſp. Neg. Antec. quoad membrum poſterius. tantum enim Chriſtus his & ſimilibus locis animos ſuorum ad patientiam componit, magiſtratui autem jus ſuum non adimit, v. Matth. 26. 52. Rom. 13. 1. 1. Pet. 2. 13. 17. &c.

XII.

Sexta: Uſuræ à Moſe ſunt conceſſæ, Deut. 23. 20. à Chriſto vetitæ Luc. 6. 35. Matth. 5. 42. Reſp. Neg. poſterius membrum. loca autem allegata tantum de uſura quæ pauperi imponitur, & cum morſu exigitur intelligenda. quomodo & in V. T. fuit illicita.

XIII.

Septima: in N. T. perfectior exigitur charitas quam in ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

in veteri. illic enim 1. tantum extenditur ad proximum, hic ad quemvis, etiam inimicum. illic 2. jubemur proximum diligere ut nos ipſos, hic magis quam nos ipſos. Joh. 15. 13. 1. Joh. 3. 16. hinc 3. novum hoc mandatum vocatur. Ioh. 13. 34. 1. Ioh. 2. 8. Reſp. Neg. & ad probationes, prima laborat falſa interpretatione vocis *proximi*, nam ea & in V. T. Exod. 11. 2. Iud. 14. 12. 21. & in Novo, Luc. 10. 27. 28. 33. 36. 37. pro quovis homine uſurpatur. ſecunda falſum ſumit, nam ut in novo, ita & in V. T. jubemur quoad actum ſive exercitium, in gravi videlicet neceſſitate, proximū magis diligere quam nos ipſos. confer cum locis citatis, præceptum Moſis Exod. 23. 5. quoad affectum vero, manet proportionis æquilibrium, nam & ipſi nobiſcum ita agi vellemus, ſi eſſemus in eadem neceſſitate conſtituti. Ad tertiam, obſervandum, mandatum hoc & novum & vetus dici 1. Io. 2. 7. 8. novum, quia innovatum, poſtquam à falſis doctoribus penè fuiſſet ſuppreſſum, vetus, quia fuerat à principio.

COROLLARIA.

1.

Sacra Scriptura eſt unica regula fidei & vitæ.

2.

Et quidem totalis, non partialis.

3.

Auctoritatem habet à ſolo Deo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXI.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

GUILIELMUS ACKERS-DIICK, Lierâ-Batav.

Ad diem Septemb. horis locoque ſolitis.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Spectatiſſimis, Conſultiſſimiſque

VIRIS,

D. JACOBO SCHAGEN HOOGHLANDT, Reipublicæ Alcmarianæ Conſuli digniſſimo, & Collegii Indici ad Occidentem Directori ſummo,

D. CORNELIO à TEYLINGEN, J. U. peritiſſimo, ac Reipubl. Alcmarianæ Conſuli ſpectatiſſimo,

Extremæ Voluntatis Nobiliſſimi, Reique militaris experti ſſimi Centurionis, D. FLORENTII JUTPHAAS, Executoribus venerandis,

Dominis meis munificentiſſimis.

UT ET

Celeberrimis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. JACOBO TRIGLANDIO, S. S. Theol. Doct. ejuſdemque Facultatis in alma Acad. Bat. Profeſſori primario, & Eccleſiæ Dei Paſtori indefeſſo,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct., Theol. Collegii D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſ. Moderatori vigilantiſſimo, Præſidi meo ſuſpiciendo,

Debitæ gratitudinis teſtandæ ergo,

Me unà cum Exercitio hoc Theologico,

Sacrum facio,

GVILIELMVS ACKERS-DIICK.

Reſp.

DISPUTATIO CXXI.

DE

Satisfactione Chriſti,

PRIMA.

THESIS I.

SAtisfactionis Chriſti natura è cauſis ejus, efficiente, materiâ, formâ fine plenè intelligitur.

II.

Efficiens ejus vel prima eſt, vel proxima, utrique reſpondent ſuæ impulſivæ.

III.

Efficiens prima eſt Deus. Ieſ. 53. 6. 10. Ioh. 3. 16. Rom. 8. 3. & 32. 2. Cor. 5. 18. 19. 21.

IV.

Impulſiva reſpectu Dei duplex eſt, interior, exterior. *Interior* itidem gemina, *Miſericordia, juſtitia*. Ab illa eſt, quod Deus nos liberatos voluit ab exitio. Io. 3. 16. Rom. 5. 8. 1. Io. 4. 10. quodque, poſtquam *fœdere legali* omnes obnoxii eramus condemnationi Rom. 3. 19. *fœdus gratiæ* nobiſcum pepigit. Heb. 10. 14. 15. 16. 17. *ſponſorem* Heb. 7. 22. ipſe *dederit*, Io. 3. 16. ejuſque vadimonium & debiti exolutionem pro nobis *acceptaverit*. 1. Tim. 2. 3. 4. 5. 6. ac nobis per fidem *imputet*. Rom. 4. 5. 24. 25. 2. Cor. 5. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

V.

Ab hac eſt, quod Deus ſatisfactionem poſtulavit pro peccatis noſtris, & legis impletionem, ut miſericordia exerceri poſſet, eſt enim utriuſque hic temperamentum. v. Rom. 1. 17. & 3. 25. 26. 31. & 10. 6. Phil. 3. 9.

VI.

Juſtitiam hanc intelligimus *vindicatricem* illam, ſeu *punitivam*. quam ſcriptura Deo attribuit. 2. Chron. 12. 5. 6. Nehem. 9. 33. Pſal. 9. 5. 6. & 11. 6. 7. & 129. 4. Thren. 1. 18. Dan. 9. 14. Luc. 21. 22. Act. 17. 31. & 28. 4. Rom. 1. 32. & 2. 5. & 3. 5. 6. 8. & 12. 19. & 13. 4. 1. Theſſ. 4. 6. 2. Theſſ. 1. 8. 9. Hebr. 10. 30. 1. Pet. 2. 14. Iudæ 7. Apoc. 16. 5. 6. 7. & 19. 2. 11.

VII.

Cauſa impulſiva exterior eſt duplex. **1.** *miſeria* noſtra, quæ Dei *miſericordiam* movit. v. Rom. 11. 32. Ezech. 16. 3. 4. 5.

VIII.

2. *Peccata* noſtra, pœnam commerentia, quæ moverunt *juſtitiam* ejus punitivam, licet non contra nos ipſos ſaltem contra ſponſorem noſtrum nobis conjunctiſſimum. quod variis argumentorum claſſibus confirmatur:

IX.

Primum eſt, quod Chriſtus dicitur traditus διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν. Rom. 4. 25. Præpoſitio διὰ cum accuſativo, tum alias non raro eſt cauſæ impulſivæ nota, tum vel maxime quoties τὸ *propter peccata* jungitur *perpeſſionibus*.

bus. tunc enim alium ſenſum non recipit. v. Levit. 26. 18.28. Deut.18.12. 2.Reg.23.26. Ier.13.22. & alibi.

X.

Alterum argumentum: Idem valet altera phraſis *pro peccatis* quoties & ipſa *perpeſſionibus* adhæret. v. Ieſ.30. 12.13.Ier.3.3.& 50.7.Hoſ.8.1. Ioël 3.19. Amos 5.11. Rom.12.17. 1.Theſſ.5.15. At Chriſtus mortuus eſt ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν. 1. Cor. 15. 3. paſſus eſt περὶ ἁμαρτιῶν. 1.Pet.3.18. v. & Gal. 1. 4. Heb.10, 12. ergo peccata noſtra paſſionis & mortis ejus fuerunt cauſa impulſiva.

XI.

Tertium argumentum: Particula מן perpeſſionibus addita apud Hebræos cauſam antecedentem impulſivam denotare ſolet. v. Pſalm.38.9. unde cum Chriſtus dicitur dolore affectus *à defectionibus* noſtris, attritus *ab iniquitatibus* noſtris. Ieſ.53.5. idem eſt acſi diceretur, *ob defectiones* noſtras, *ob iniquitates* noſtras.& indicatur cauſa impulſiva.

XII.

Quartum argumentum: Chriſtus τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανε. Rom. 6. 10. quod nullum alium ſanum ſenſum habere poteſt, quam, mortuus eſt *ob peccatum*. intelligitur ergo cauſa impulſiva.

XIII.

Peccata noſtra, quæ impulerunt Deum ad juſtitiam punitivam, diximus *pœnam mereri*, id verum eſſe inde patet, quod hiſce ſublatis, illa per regulas juſtitiæ locum non habet. v.Gen.18.25. cauſa ergo hæc impulſiva non

alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

alia hic quam meritoria intelligenda eſt.

XIV.

Unde falſo Socinus l. 3. c. 10. negat præter Dei & Chriſti voluntatem, antecedentem aliquam legitimam cauſam mortis Chriſti poſſe reperiri. directe adverſus Paulum Gal. 2. 21. *Si per legem eſt juſtitia, Chriſtus δωρεὰν eſt mortuus.* δωρεὰν deſcendit à voce δωρεὰ, talem dationem ſignificante, quæ cauſam juſtam antecedentem non habet. Sic nſurpatur hebraïca vox חנם Pſal. 35. 19. quæ græce exprimitur δωρεάν. Io. 15. 25. de defectu cauſarum odii.

XV.

Actum eſt de cauſâ efficiente prima, & impulſivis ei reſpondentibus. *Proxima* eſt Chriſtus quatenus Mediator, & quidem volens. v. Pſal. 40. 7. 8. 9. collat. cum Heb. 10. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ieſ. 53. 7. 10. 12. Luc. 22. 42. Io. 10. 15. 18. Gal. 2. 20. Eph. 5. 2. 25. Phil. 2. 7. 8.

XVI.

In qua cauſâ conſideranda venit ſumma ejus aptitudo ad perficiendam ſatisfactione ſua liberationem noſtram: cum & Deitate eſſet digniſſima, & humanitate atque officio nobis conjunctiſſima, & perfectè innocens ac ſancta. ratione duorum priorum membrorum *vocatur nomen ejus Immanuel, quod eſt, ſi interpreteris, nobiſcum Deus.* Matth. 1. 23. Etenim

XVII.

Servator & Mediator noſter Deus eſſe debuit, ut nos ſatiſ-

ſatisfactione ſua ab æterno maledicto liberare poſſet. ſiquidem Sacerdos, ſacrificium, & interceſſio dignitatis ac meriti immenſi intervenire debuit, ad abolendum reatum contractum peccato infiniti demeriti. Act. 20. 28. Heb. 9. 14. 1. Ioh. 1. 7. aliiſque de cauſis, quas v. Diſp. noſtr. 37. theſ. 8.

XVIII.

Idem homo eſſe debuit, ut nobis per omnia ſimilis, & arctiſſimâ quadam unione conjunctus eſſet, utpote *frater* Hebr. 2. 11.---18. *caput*, Eph. 5. 23. 25. & *mediator* noſter *homo* Ieſus Chriſtus. 1. Tim. 2. 5. confer ea quæ recenſuimus dicta Diſp. theſ. 10.

XIX.

Quod ad ultimum membrum, homo ſanctiſſimus eſſe debuit, ut *ſe ipſum per Spiritum æternum offerret INCVLPABILEM Deo.* Heb. 9. 14. ut *ſanguis ejus* PRETIOSVS eſſet, utpote *agni inculpati & incontaminati.* 1. Pet. 1. 19. quo & iſta pertinent: *IVSTIFICABIT ſervus meus IVSTVS multos.* Ieſ. 53, 11. *Fecit enim, ut qui NON NOVIT PECCATVM, pro nobis peccatum eſſet, ut nos efficeremur IVSTITIA Dei in eo.* 2. Cor. 5. 21. *Chriſtus ſemel pro peccatis paſſus* eſt, *IVSTVS pro injuſtis, ut nos ad Deum adduceret.* 1. Pet. 3. 18. è quibus apparet, in ſatisfactionis Chriſti æſtimationem etiam venire perfectiſſimam ejus innocentiam & ſanctitatem.

XX.

Requiſita hæc in Chriſto reperiri demonſtravimus Diſp. citata theſ. 13. 14. 15. 16. & Diſp. 46. theſ. 2. 3. unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

unde aptitudo ejus ad perficiendam ſatisfactione ſua liberationem noſtram abunde ſtabilita eſt.

XXI.

Cauſa impulſiva interior quæ *Chriſtum* ad hoc opus permovit, fuit ineffabilis ejus amor erga ſuos, quos dedit ei Pater. Ioh. 15. 13. Gal. 2. 20. Epheſ. 5. 2. 25. Apoc. 1. 5.

XXII.

Cauſæ impulſivæ exteriores reſpectu Chriſti non ſunt aliæ ab iis quas Deum moviſſe diximus, ut è theſibus 7. 8. &c. facile attentus lector colliget. Et hæc de cauſâ ſatisfactionis efficiente.

COROLLARIA.

1.

Eſſe Deum, tum natura per inſitam, tum ratio per acquiſitam notitiam, omnes homines docet, ſufficienter ad hoc ut ſint inexcuſabiles.

2.

Scriptura vero, & eſſe eum, & quicquid de eo fide tenendum eſt, docet ſufficienter ad ſalutem.

3.

Attributa Dei, non re ipſa, ſed noſtro tantum concipiendi modo imperfecto & inadæquato, ab ejus eſſentia, & à ſe invicem differunt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C XXII.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam propono

HERMANNUS ab OTTEN,

Ad diem Octob. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Celeberrimis, Conſultiſſimis

DOMINIS,

D.D. PRÆTORI, CONSVLIBVS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIIS, cæteriſque auguſtiſſimæ Leydenſium Reip. Senatoribus,

Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Reverendis, Ampliſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IACOBO REVIO, S.S. Theol. Doctori, Collegii D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo. Præſidi meo honorando,

D. THEODORO CHRISTIANI BESTEN, Vineæ Dei quæ in Groſthuyſen & Avenhorn colligitur Cultori fideliſſimo, doctiſſimo,

Me unà cum hoc exercitio Theologico, in debitæ obſervantiæ σημεῖον nec non gratitudinis ἀῤῥαβῶνα,

offero

HERMANNUS ab OTTEN.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C XXII.

DE

Satisfactione Chriſti,

SECUNDA.

THESIS I.

MAteriam ſatisfactionis Chriſti conſtituunt, paſſio ejus & obedientia; quibus accedit interceſſio pro nobis in cœlo.

II.

Paſſio, tum in cruciatibus mortem prægreſſis, tum in ipſa morte conſideratur. illi ab ipſa quidem nativitate per totam ejus vitam diffuſi, ſub vitæ tamen finem graviſſimi fuerunt. vocantur emphaticè, *tumex*. Ieſ. 53. 5. *livor*. 1. Pet. 2. 24. *crux*. Eph. 2. 16. Col. 1. 20. &c.

III.

Nec corporis tantum fuere, verum etiam animæ; nam *laboravit anima ejus* Ieſ. 5. 3. 11. *cœpit contriſtari, & graviſſime angi*. Matth. 26. 37. *expaveſcere*. Marci 14. 33. *turbata fuit anima ejus*. Ioh. 12. 27. & *undiquaque triſtis fuit uſque ad mortem*. Matth. 26. 38. Cumque *conſtitutus eſſet in angore, erat ſudor ejus quaſi grumi ſanguinis deſcendentes in terram*. Luc. 22. 44. *Exclamavit* in cruce: *Deus mi, Deus mi, cur deſeruiſti me?* Matth. 27. 46.

IV.

Altera paſſionum Chriſti pars eſt *mors* ipſius. quæ celebratur Ioh. 10. 15. 18. Rom. 4. 25. & 5. 6. 7. 8. 10. Col. 1. 22. Hebr. 9. 15.

V.

Conſideratur ea 1. ut *violènta* & *cruenta*, quod ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

primitur voce *ſanguinis.* Matth. 26. 28. Luc. 22. 20. Heb. 9. 12. 22. & 12, 24. 1. Pet. 1. 2. 1. Ioh. 1. 7. Apoc. 1. 5.

VI.

2. Ut ignominioſa & maledicta, quod denotatur tum ipſo *crucis* vocabulo. Gal. 3. 13. & 5. 11. Phil. 2. 8. Col. 1. 20. Hebr. 12, 2. tum *contemtus*. Ieſ. 53. 3. Pſal. 22. 7.

VII.

Obſerva autem, profiteri Apoſtolum, ſe nihil *prædicaſſe*, imo nihil *ſcire ſtatuiſſe* in eccleſia, *niſi Jeſum Chriſtum, eumque crucifixum*. 1. Cor. 1. 23. & 2. 2. euangelium ab eo vocari *ſermonem crucis*. 1. Cor. 1. 18. Chriſtum S. cœnam, non propriè ad vitæ aut reſurrectionis, ſed ad *mortis* fuſique ſanguinis memoriam inſtituiſſe. 1. Cor. 11. 26. quæ ſole clarius evincunt proprium aliquem ac peculiarem effectum huic morti & ſanguini eſſe tribuendum.

VIII.

Obedientia Chriſti conſiſtit in perfecta innocentia & ſanctitate ejus, Ieſ. 53. 9. Dan. 9. 24. Act. 3. 14. & 7. 52. 2. Cor. 5. 21. Heb. 7. 26. 27. 1. Pet. 1. 19. & 3. 18. eaque tum habituali, ſive originali, *naturæ*, Luc. 1. 35. tum actuali, *vitæ*. Ieſ. 53. 9. Obedientia ipſius celebratur Rom. 5. 19. eâdemque nos *juſti* dicimur *conſtitui*. ibidem. unde Chriſtus dicitur *Iehova juſtitia noſtra*. Ier. 23. 6. *rex juſtitiæ*. Heb. 7. 2. 3. 15. *factus nobis juſtitia*. 1. Cor. 1. 30. in quo *invenimur habentes juſtitiam quæ eſt per fidem Chriſti*. Phil. 3. 9.

IX.

Hiſce duobus prior actus ſacerdotalis Chriſti abſolvitur, ut qui ſe *ipſum per ſpiritum æternum obtulit inculpabilem Deo*. Heb. 9. 14. quibus accedit 1. actus ſacerdotalis

talis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

talis alter, videlicet *interceſſio* ipſius pro nobis in cœlo, qua ſe ipſum exhibet, & voluntatem ſuam, ut ſalus nobis applicetur, repræſentat; tanquam qui peccatum paſſione ſua expiaverit, & vitám æternam obedientiâ ſuâ nobis meritus ſit. v. Rom.8.34. Heb.7.25. & 9.12,24. Hæc interceſſio præfigurata fuit in ſummo ſacerdote, qui quotannis ſanguinem ſacrificii à ſe peracti inferebat in Sancta Sanctorum, & ibidem ſe cum ſanguine iſto Deo præſentabat. Heb.9.7.

X.

Quo etiam 2. pertinet, quod Chriſtus *per Spiritum ſuum in cordibus electorum gemitibus inenarrabilibus interpellet*. Rom.8.26. & preces noſtras, ac gratiarum actiones Deo offerat acceptaſque reddat. Apoc.8.3.4. ubi per angelum Chriſtus intelligitur. quia dicitur habere thuribulum aureum in manu ſuâ, indens ſuffitus &c. ſimiliter typo. Exod.30.7. 2.Chron.26.16. collat. cum Pſal. 141. 2. At præter Chriſtum nullum habemus ſacerdotem. ad eum ergo, & quidem ad ſacerdotale ejus officium hoc ſpectat.

XI.

Formam conſtituunt 1. ſatisfactio pro culpâ noſtrâ, reſpondens paſſionibus Chriſti. 2. meritum vitæ æternæ pro nobis, reſpondens perfectiſſimæ ipſius juſtitiæ. 3. propior efficacia ad applicationem utriuſque, reſpondens interceſſioni.

XII.

Satisfacere in genere eſt, tantum facere quantum vel *poſtulanti*, vel *expoſtulanti* ſatis eſt. dicitur græcè τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι. Marc.15.15. Ad legem Dei cum refertur, 1. in

ea conſideratur *execratio*, cui ea tranſgreſſores ſubjicit, adeoque nos omnes ſubjecti eramus. Rom. 3. 19. à qua Chriſtus nos liberavit, factus pro nobis execratio. Gal. 3. 13. 2. *mandatum* ipſum, ſub cujus præſtandi conditione vita æterna promittitur: hanc conditionem Chriſtus pro nobis implevit, & nos per ejus obedientiam juſti conſtituimur. Rom. 5. 19. Cum *ſatisfactionem* Chriſti pro culpâ noſtrâ dicimus, prius membrum intelligimus. quod nobis vi argumentorum firmandum eſt.

XIII.

Primum argumentum petimus ex 1. Pet. 2. 24. *Qui peccata noſtra ipſemet ſurſum tulit in corpore ſuo ſuper lignum illud, ut peccatis mortui juſtitiæ viveremus: cujus vibicibus ſanati eſtis. Ferre peccatum*, Hebræis idem eſt quod pœnas pendere. Exod. 28. ult. Lev. 5. 1. 17. & 20. 17. 20. & 24. 15. Ita ſacerdotes, aut victimæ expiatoriæ dicuntur *portare iniquitates* offerentium. Lev. 10. 17. quia ſanguis iſtarum eſt pro anima humana. Lev. 17. 11. eodem ſenſu dicitur *ſupervenire* alicui *peccatum* .i. peccati pœna. 2. Reg. 7. 7. *Ferre ob peccata*. Ezech. 18. 20. *Portare judicium*. Gal. 5. 10. & *onus ſuum* (in judicio) Gal. 6. 5. Hujus generis autem phraſes ſæpenumero de Chriſto uſurpantur.

XIV.

Secundum, eſt Ieſ. 53. 11. *Iuſtificabit ſervus meus juſtus multos, & iniquitates ipſorum bajulabit*. Hebræum עון *iniquitatem* denotat, atque etiam iniquitatis *pœnam*. ut 2. Reg. 7. 7. סבל autem eſt *ſuſtinere, bajulare*. Quod quoties jungitur vocabulo *peccati*, nihil aliud eſt quam *pœ-*

nas

nas ferre. Diſertè ergo hic Chriſtus dicitur laturus pœnas eorum qui juſtificantur. ſimilis loquendi modus eſt v. 4. & 12.

XV.

Tertium eſt eodem cap. v. 6. 7. *Dominus occurrere fecit in eum iniquitatem omnium noſtrum. Exigitur, & ipſe affligitur.* ubi notandum τὸ נגש in Niphal duobus modis poſſe verti. 1. per *arctatur*, ſive *premitur* (exigendo videlicet) & ſic ad *Chriſtum* referri, 2. per *exigitur*, & ſic referri ad *iniquitatem* .i. pœnam iniquitati noſtræ debitam. utrovis modo ſumas, eodem res redit. Nam Chriſtum arctatum fuiſſe exigendo, & pœnam ab ipſo exactam fuiſſe, nihil differunt quoad ſententiam. Pœna exacta eſt à Chriſto, Chriſtus eſt preſſus exigendo; delicta autem noſtra quæ Dominus in eum incurrere fecit, in cauſâ fuerunt.

XVI.

Quartum eſt ib. v. 5. *Caſtigatio pacificationum noſtrarum ſuper eum, & in livore ejus medicatum eſt nobis.* מוסר caſtigatio ſignificat afflictionem cum reſpectu ad culpam; talis eſt vel παραδειγματικὴ, vel νυθετικὴ, poſterior in Chriſto locum non habet, relinquitur ergo prior, quæ eſt afflictio proprie *pœnalis*. Dicitur autem *caſtigatio pacificationum noſtrarum fuiſſe ſuper Chriſtum*, quia nos ipſi caſtigari merueramus, at Chriſtus onus illud in ſe recepit, & nos liberavit *pace per ſanguinem crucis ſuæ factâ*. Col. 1. 20.

Quïntum eſt ib. v. 10. *Poſuit PECCATVM animam ſuam*. & 2. Cor. 5. 21. *Eum qui peccatum non noverat, Deus pro nobis PECCATVM fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in eo*. Sicut autem *peccatum* pro pœnâ uſurpant Hebræi, ita & eum qui pœnam luit, *peccatum* iidem vocant per metalepſin; ut & latini *piaculum* tum pro crimine ſumunt, tum pro eo qui criminis pœnas pendit. Sic hoſtia piacularis pro peccato *peccatum* dicitur Lev. 4. 29. & 5. 6. quæ denominatio quum Chriſto tribuatur locis citatis, eum peccatorum noſtrorum pœnas luiſſe eſt manifeſtum.

COROLLARIA.

1.

Deus eſt abſolutè ſimplex.

2.

Abſolute perfectus.

3.

Abſolute infinitus.

4.

Abſolute immutabilis.

FINIS.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C XXIII.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI,

TERTIA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponit

RICHARDUS WOODWARD, Delpho-Bat.

Ad diem Octob. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Reverendis, Spectatiſſimis Viris,

D. D. CVRATORIBVS

Scholæ Collegiique Literarii Delphici, Veris Muſarum patronis, I. V. peritiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis.

Clariſſimo, Doctiſſimo Viro,

D. IACOBO CRVCIO, Literatori eximio, Theologo graviſſimo, Scholæ Collegiique Delphici Rectori prudentiſſimo, plurimum de ſe & ſtudiis ſuis merito,

Se & haſce Theſes, in gratitudinis Symbolum

conſecrat

RICHARDVS WOODVVARD.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO C XXIII.

DE

Satisfactione Chriſti,

TERTIA.

THESIS I.

SExtum argumentum, ſatisfactionem Chriſti pro culpa noſtra demonſtrans, reperitur Gal. 3. 13. 14. *Chriſtus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus eſt execratio. Scriptum eſt enim: Execrabilis eſt quiſquis pendet in ligno. Vt ad gentes benedictio illa Abrahami perveniret in Chriſto Ieſu, & promiſſum illum Spiritum acciperemus per fidem.*

II.

Ubi cum Chriſtus dicitur factus eſſe κατάρα *execratio*, Apoſtolo interprete, ex ipſo Moſe, intelligitur ἐπικατάρατος. *Execrabilis* .i. is qui eſt ὑπὸ κατάραν. v. 10. *Execratio* à qua nos redemit eſt execrationis pœna .i. mors æterna, fatente Socino l. 2. c. 1. confer Matth. 25. 41. 2. Pet. 2. 14. Hanc execrationem in Chriſto fuiſſe ipſam crucem fatetur ibidem Socinus. crux ergo Chriſti pœnæ rationem habuit.

III.

Mortem ſpeciatim, quatenus à Deo infligitur, ſemper aliquam pœnæ rationem habere, probatur primo ex Gen. 2. 17. *Si comederis moriendo morieris*. Ipſum ergo mori non erat eventurum homini niſi peccaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

2. Ex Rom. 6. 23. *Stipendia peccati mors*, ubi per *ſtipendia*, *pœnam* intelligi eſt evidens.

V.

3. Ex Rom. 5. 12. *Per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pervaſit.* & 1. Cor. 15. 21. 22. *Per hominem mors; per hominem quoque reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adamo omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* Utrobique agitur de morte quæ eſt communis Adami poſteris, ex qua iidem per Chriſtum etiam reſurgent. Agiturque de Adamo ut *peccatore*. quod enim 1. Cor. 15. dicit *per hominem*, hoc Rom. 5. dicit *per peccatum*.

VI.

4. Ex Rom. 8. 10. 11. *Porro ſi Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus autem vita eſt propter juſtitiam. Sed ſi Spiritus ejus qui ſuſcitavit Ieſum ex mortuis, habitat in vobis, is qui excitavit Chriſtum ex mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora veſtra per inhabitantem ipſius Spiritum in vobis.* Hic dicuntur corpora noſtra & *mortua* & (quod illud explicat) *mortalia* propter peccatum.

VII.

5. Ex Pſalmo 90. 7. 8. *Quando conſumimur* (.i. morimur) *ira tua, & tuo æſtu conturbamur. Proponis iniquitates noſtras tibi, occulta noſtra lumini faciei tuæ.* Agitur quidem iſtic de ſingulari Dei judicio in Iſraëlitas: ſed omnium

hominum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hominum hic eadem ſortem eſſe apparet ex v. 3. 4. 5. 10. 12.

VIII.

In morte Chriſti fuiſſe ſurrogationem, & conſequenter veram ſatisfactionem, evincitur 1. ex præpoſitione ἀντὶ, quæ reperitur Matth. 20. 28. & Marc. 10. 45. quæ nuſquam ſignificat *utilitatem* nudam, ſed vel contrarietatem (quæ hic aliena eſt) vel *commutationem*, requirit: atque ita de *rebus* uſurpatur Matth. 5. 38. Luc. 11. 11. Rom. 12. 17. 1. Cor. 11. 15. Heb. 12. 16. 1. Pet. 3. 9. *Perſonis* vero applicata ſignificat alterum ſucceſſiſſe *in locum ſive vicem* alterius v. Matth. 2. 22.

IX.

Unde etiam 2. manifeſtus eſt, ſenſus præpoſitionis ὑπὲρ quæ in hac re uſurpatur Io. 11. 50. Rom. 5. 7. 8. 2. Cor. 5. 15. 2. Tim. 2. 6. Tit. 2. 14. Heb. 2. 9. 1. Pet. 2. 21. & 3. 18. & 4. 1. Licet enim ea non ſemper, ſæpe tamen idem valet quod ἀντί. ſic Rom. 9. 3. Apoſtolus optat ἀνάθεμα eſſe ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, .i. *vice* Iudæorum, qui niſi converterentur ἀνάθεμα futuri erant. 2. Cor. 5. 20. Apoſtoli dicuntur πρεσβεύειν ὑπὲρ Χριστοῦ, .i. legatione fungi ipſius Chriſti *vice*. cum ergo indiſcriminatim in hoc argumento uſurpentur voculæ ἀντὶ & ὑπὲρ, eandem utriſque ſignificationem eſſe oportet. quæ & evidenter elucet in loco 2. Cor. 5. 15. ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον, .i. perinde eſt acſi omnes fuiſſent mortui. ita & judicandum de reliquis, ob rationem jam dictam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Redemtionis vocem, aliaſque ſimiles in ſacris literis aptari ad liberationem noſtri à pœna commerita, apparet Rom. 3. 24. Gal. 3. 13. Eph. 1. 7. Col. 1. 14. Similiter ab iniquitate & vana converſatione dicimur redemti. Tit. 2. 14. 1. Pet. 1. 18. *peccatum* enim pro *peccati pœna* tritum eſt poni. Nec poteſt quis liberari ex miſerrima iſta ſervitute, niſi ſublato reatu quo iſti ſervituti erat obnoxius. eatenus enim ipſa peccata pœnæ rationem habent. Idque in loco ad Titum addita vox *mundandi* ſive *expiandi*, καθαρίζειν, & apud Petrum *agni*, .i. victimæ mentio Chriſto adaptata, evincunt.

XI.

Duplex porro circa hoc locutio occurrit, altera quæ *delictorum* redemtionem nominat, altera quæ *noſtram*. Prior eſt Heb. 9. 15. ubi Chriſti mors dicitur peracta εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν παραβάσεων. Hac autem phraſi ἀπολυτρῶν τὰς παραβάσεις, non tantum ſignificari cauſam quamcunque moventem ad liberandum, ſed talem quæ *compenſationem* aut *ſatisfactionem* includat, ex vocum natura manifeſtum eſt, & fatetur ipſe Socinus. l. 2. c. 3.

XII.

Altera locutio, quæ perſonam redemtam indicat, noſtro negocio accommodata invenitur Rom. 3. 24. Eph. 1. 7. Col. 1. 14. Tit. 2. 14. Heb. 9. 12. ἀπολύτρωσιν definit Socinus: *liberationem captivi è manu detinentis, pretio detinenti dato*, quæ definitio rei de qua agimus aptari poteſt, ex Ieſ. 52. 2. Eph. 4. 8. ubi vinculorum & captivitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vitatis diſerta mentio. ac porro, ex vero *pretio* colligitur vera ſatisfactio. ſed addimus:

XIII.

λύειν *ſolvëre*, utüt primo vinculorum relaxationem notare videri poſſit, ut ſit contrarium τοῦ δέειν *ligare*, extendi tamen ad liberationem à quocunque incommodo. ſic dicimus λύειν τὸ κακότητος. λύειν τὴν ἀπορίαν, &c. Quod autem impenditur ad impetrandam illam remiſſionem λύτρον vocatur q. d. pretium pro redemtione. ut διδακτρον pretium pro doctrina. Inde λυτρόω, ἀπολυτρόω. Ergo ἀπολύτρωσις *redemtio* proprie eſt *liberatio alicujus ab incommodo intercedente pretio pro impetranda iſta liberatione.* improprie vero liberationem etiam notare ſolet cui pretium non intercedit.

XIV.

Nos propriam ſignificationem hic retinendam cenſemus. 1. quia nulla ratio eſt cur ad impropriam deflectamus. 2. quia redemtio, ſive emtio hæc *pretio* facta eſſe aſſeritnr, vocibus λύτρου. Matth. 20.28. Marc. 10.45. λυτρώσεως. Luc. 1.68. & 2.38. Heb. 9.12. λυτροῦσθαι. Tit. 2.14. 1. Pet. 1.18. ἀντιλύτρου. 1. Tim. 2.6. ἀπολυτρώσεως. Rom. 3.24. 1. Cor. 1.30. &c. τιμῆς. 1. Cor. 6.20. & 7.23.

XV.

Et eodem ſenſu Chriſtus dicitur *Mediator*, .i. non tantum qua *interpres* Dei, ſed vel maximè, qua *redemtor*. Sic 1. Tim. 2.5.6. dicitur unus *mediator* Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus, qui ſe dederit ἀντίλυτρον pro

omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

omnibus. & Heb. 9. 15. novi federis *mediator*, ut morte intercedente ad *redemtionem* tranſgreſſionum, vocati vitam æternam adipiſcerentur. & Heb. 12. 24. Novi pacti *mediatori* Ieſu, tribuitur *ſanguis* aſperſionis, meliora loquens quam loquatur Abel. & Hebr. 8. 6. tanto præſtantior functio *ſacerdotalis* Chriſto tribuitur, quanto præſtantioris pacti eſt *mediator*. Et hoc quidem modo Chriſtus eſt *unus* mediator, ut ſciamus Moſis, quem Socinus objicit ex Gal. 3. 19. hic aliam rationem eſſe.

COROLLARIA.

1.

Datur in Deo ſcientia ſimplicis intelligentiæ, & ſcientia viſionis.

2.

Tertium genus, quod ſcientiam mediam vocant, non agnoſcimus.

3.

Omniſcientia Dei nulli creaturæ communicabilis eſt.

4.

Ne humanæ quidem Chriſti naturæ.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXIV.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI,

QUARTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Ventilandam proponit

IOANNES CROLLIUS, Gorinchemenſis.

Ad diem Octob. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Nobiliſſimis, Ampliſſimis,

D. D. EQVITIBVS HOLLAND. & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, & antiquæ libertatis defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis.

DEINDE;

Doctiſſimis, Clariſſimiſque Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi ſuo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in Inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori ordinario, ejuſdemque Colleg. Theolog. Pro-Regenti vigilantiſſimo.

DENIQUE

Ornatiſſimis Juvenibus,

D. NICOLAO BELLARDO,
D. REINERO BRANDOLPHO,
D. GOVERARDO CROES,
D. HUBERTO LOORIO,

Sacro-ſanctæ Theol. ſtudioſis, amicis ſuis familiariſsimis.

Hanc Diſputationem Theologicam

offert

IOANNES CROLLIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXIV.

DE

Satisfactione Christi,

QUARTA.

THESIS I.

VT oſtendatur, Deum nobis per mortem Chriſti placatum eſſe, vocum quarundam vis conſideranda. Conſtat ergo, *iram alicujus vertere*, Græcis dici ἱλάσκεσθαι, εἰρηνοποιεῖν, καταλλάσσειν, ἀποκαταλλάσσειν, latinis *placare*, *pacare*, *conciliare* aut *reconciliare*, & *propitiare*. Itemque, tum actum ipſum, tum id quo actus peragitur, græcis ἱλασμὸν, q. d. *placamen* appellari.

II.

Iram porro, quam Deo ἀνθρωποπαθῶς attribuimus, nihil aliud in eo eſſe quam *voluntatem puniendi*. quam Apoſtolus Rom. 1. 18. ait *revelari cœlitus in omnem impietatem atque injuſtitiam hominum*. id quod inde ad c. 3. v. 24. omnibus extra ſtatum gratiæ conſtitutis applicat, nemine excepto, ut & Eph. 2. 3. omnes natura *iræ* filios appellat .i. iræ divinæ obnoxios. Ira hæc ſuper quoſdam *manet*, Ioh. 3. 36. ſuper quoſdam non manet, ſed ab iis per mortem Chriſti, ut cauſam meritoriam & impetrantem avertitur; ideoque *placamen* ea rectiſſimè vocatur.

III.

Id quod perſpicue docetur 1. Ioh. 2. 2. *Siquis peccavit, Advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt* ἱλασμὸς *pro peccatis noſtris &c.* c. 4. 10. *In eo ſita eſt dilectio, non quod nos Deum dilexerimus, ſed*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quod ipſe dilexerit nos, & Filium ſuum miſerit ἱλασμὸν *pro peccatis noſtris.* Rom. 3. 25. *Iuſtificamur gratis per redemtionem in Chriſto Ieſu, quem Deus propoſuit* ἱλαστήριον *per fidem in ſanguine ipſius.* quæ omnia, & ſimilia, nihil aliud aſſerunt, quam id ipſum quod negat Socinus, *placatum à Chriſto Deum.*

IV.

Ἱλάσκειν enim, vel ἱλάσκεσθαι apud Græcos ſcriptores omnes eſt *placare.* ſoletque conſtrui cum accuſativo, deſignante perſonam cujus ira avertitur. atque ita uſurpatur Luc. 18. 13. &c. Quod autem Heb. 2. 17. Chriſtus miſericors pontifex factus dicatur εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ, in eo eſt enallage ex Hebraïſmo petita, cum uſitate dici debuerit. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι θεὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν. ſignificat ergo ibi quidem *expiationem*, ſed quæ fit *placando.* alioqui hic vocis uſus nihil haberet commune cum naturali ac propria ſignificatione ejus. quæ & paſſim retinetur apud LXX interpretes v. Lev. 1. 4. & 14. 29. Num. 5. 8. & 28. 22. Pſal. 78. 38. & 79. 9. & 130. 4. Dan. 9. 9.

V.

Quod ad καταλλάσσειν & ἀποκαταλλάσσειν *conciliare*, ſive *reconciliare*, eæ voces, cum relationem, & quidem æquiparantiæ, ut vocari ſolet, denotent, ob reciprocationem relatorum, promiſcue utrivis parti, tum quæ offenſa eſt, tum quæ offendit, modo dativum, modo accuſativum aſſignant, Matth. 5. 24. Chriſtus jubet illum, cujus frater aliquid habet contra ipſum, *reconciliari* διαλλαγῆναι fratri ſuo. quod non impedit quo minus illa διαλλαγὴ ſit utriuſque, atque ita dicimus idem valere, *nos Deo, & Deum nobis reconciliari.*

VI.

VI.

Quo pertinet dictum Pauli Rom. 5. ubi quod v. 6. & 8. dixerat, *pro impiis & peccatoribus mortuum eſſe Chriſtum*, id v. 10. ita enunciat: *cum hoſtes eſſemus, reconciliatos nos Deo, per mortem Filii ipſius.* unde concludit v. 9. 10. *multo magis nunc juſtificati per ipſum ab ira ſervabimur in vitâ ipſius.* q.d. Si tam tam bonus erga nos adhuc inimicos Deus fuit, quis futurus erga amicos? Apoſtolo eadem, aut quam maxime affinia ſunt *juſtificari*, & *reconciliari.* cum igitur juſtificari ſit remiſſionem peccatorum conſequi, ſatis evidens eſt, reconciliari nihil aliud eſſe quam in gratiam reſtitui.

VII.

Ut & dictum 2. Cor. 5. ubi duplicis reconciliationis mentio eſt, prioris, *quia Deus mundum ſibi reconciliavit per Chriſtum*, & quidem *non imputando eis offenſas eorum.* v. 18. 19. Poſterioris, ad quam Apoſtoli, ut miniſtri quibus mandatus eſt *ſermo reconciliationis*, homines ipſos adhortantur Dei et Chriſti nomine: v. 18. 19. 20. notatque oblatæ benevolentiæ acceptionem, quam cum altera illa præcedat, in ipſa hominis converſione, quod placet Socino, non poteſt conſiſtere.

VIII.

Et Eph. 2. 16. *ut utroſque* (Iudæos & gentes) *in uno corpore reconciliaret DEO per crucem.* Hic dativus τῷ Θεῷ non poteſt regi niſi à verbo ἀποκαταλλάξῃ. reconciliamur ergo Deo per Chriſtum.

IX.

Et Col. 1. 20. *Ut pace per ſanguinem crucis ejus facta per eum, reconciliaret omnia SIBI, per eum, inquam, tum quæ in terra, tum quæ in cœlo ſunt.* ubi εἰς αὐτὸν omnino eſt *in*

ſeſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſeſe, hoc eſt, *ſibi*. prout à Syro vertitur לה. Neque novum eſt, præpoſitionen *In* cum accuſativo poni voce dativi; cum apud Hebræos frequens ſit permutatio præfixorum ב & ל. Quin etiam, fatente Socino, uſitata eſt apud græcos phraſis καταλάττεσθαί τινα πρὸς ἕτερον. at εἰς in N. T. ſæpe ponitur pro πρός. v. Matth. 15.24. & confer Act. 16.40. Eph. 3.19. quod & in prophanis auctoribus non raro occurrit.

X.

Col. 1.21.22. *Itaque vos, cum eſſetis quondam abalienati, & hoſtes, mente operibus malis* intenta, *nunc ſane reconciliavit, In corpore carnis ſuæ, per mortem, ut ſiſtat vos ſanctos &c.* ubi ex oppoſitione *reconciliationis* & *alienationis* ac *hoſtilitatis*, patet per illam nihil aliud intelligi, quam reſtitutionem in talem ſtatum, quo ad Deum reducimur, ac amici ejus conſtituimur. cujus reſtitutionis finis eſt, *ut ſiſtamur ſancti*, non autem ſanctificatio eſt ipſa reconciliatio, ut perperam Socinus ſentit.

XI.

Diligenter quoque notandum, *corporis Chriſti* hic fieri mentionem, quod *pro nobis fractum eſſe in remiſſionem peccatorum* dicitur Matth. 26.28. 1. Cor. 11. 24. & *mortis*, cui idem effectum tribui ſupra vidimus. Itaque hæc reconciliatio talem pacis cum Deo inſtaurationem notat, quæ peracta eſt impetratione *remiſſionis peccatorum* per *mortem* Chriſti, & fractione *corporis* ipſius pro nobis .i. per veram ſatisfactionem pro peccatis noſtris.

XII.

Atque hæc nos manu ducunt ad aliam rationem, eſtque hæc: Mors Chriſti eſt ſacrificium expiatorium, ſive victima pro peccato, ut ſ. literæ frequenter inculcant, clare imprimis & copioſè in epiſt. ad Hebr. præſertim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

c. 9. Expiationis porro effectus primo & proprie verſatur circa peccata tanquam præterita, & primaria actio eſt circa Deum, ut ipſe ad remittendum moveatur.

XIII.

Liquet hoc è naturâ ſacerdotij: ſacerdos enim *pro hominibus conſtituitur in iis quæ apud Deum* agenda ſunt. Heb. 5. 1. non autem *pro Deo in iis quæ apud homines*, quod eſt proprium prophetæ. Cum autem ſacrificium, præſertim expiatorium, ſit actus ſacerdotis, quâ talis, conſtituti *ut afferat victimas pro peccatis*. Heb. 5. 1. & 8. 3. ſequitur ſacrificium propriè ſpectare peccata ut præterita, & eſſe eorum quæ fiunt pro homine apud Deum.

XIV.

Confirmatur Heb. 12. 24. ubi *ſanguis aſperſionis Ieſu, novi pacti mediatoris, potiora* dicitur *loqui quam Abel*. Sanguis Abel clamabat ad Deum pro vindicta: ſanguis Chriſti clamat ad Deum pro remiſſione.

XV.

Quæ hac in parte vis fuerit tum ſacrificiorum legis Veteris, tum ſacrificii Chriſti, ex utriuſque collatione eluceſcet: Lex vetus dupliciter ſpectatur, aut carnaliter, aut ſpiritualiter. Carnaliter, quatenus inſtrumentum fuit politiæ Iudaicæ, & cultus ſub eâ præſcripti. Spiritualiter, quatenus *umbram habet futurorum*. Heb. 10. 1. Quod priorem conſiderationem attinet, ſacrificia legis expiatoria *ſanctificabant ad carnis puritatem*. Heb. 9. 13. ita ut in quibuſdam delictis, ſacrificium oblatum expiaret peccatum, & per modum ſatisfactionis reatum auferret: jamque immunis à pœna eſſet, quantum ad ſtatum carnalem & politicum, qui illud ſecundum legem obtuliſſet.

XVI. Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVI.

Sic temere jurans non habebatur inſons per legem. Exod.20.7. ſed per victimam expiari poterat. Lev.5.4. 5. 13. Qui fidem depoſiti aut ſocietatis fefelliſſet, aut dolo quempiam decepiſſet, aut furatus quippiam eſſet, reus erat, Exo.20.15. Lev.5.21.22.23. ſed idem, præter damni reſtitutionem, ad quam tenebatur læſo, victimâ datâ expiabatur, & remittebatur ei quod fecerat. Lev. 5. 16. Et paſſim conjunguntur expiatio atque remiſſio. ut Num. 15.28. Lev.4.20. & 5.13.16.18 unde liquet peccatorem à pœnâ aliàs conſtitutâ liberatum fuiſſe per vicarium ſibi ſacrificium expiatorium. quæ huc plura ſpectant in ſequentibus enodabimus.

COROLLARIA.

1. *Deus ſe ipſum vult neceſſario.*

2. *Bona creabilia liberè.*

3. *Mala non aliter quam ut habent aliquam rationem boni.*

4. *Voluntas Dei eſt abſoluta ab omni cauſa impellente externa, & conditione prærequiſita ad volendi actum.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXV.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI;

QUINTA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctori & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICVS SWALMIVS, Graveſandenſis.

Ad diem Octob. horis locoque ſolitis.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis venerandis.

UT ET

Doctiſſimis, Clariſſimiſque Viris,

D. HENRICO SWALMIO, Harlemianæ Eccleſiæ anteceſſori graviſſimo, perpetuo, ejuſdemque Scholæ Curatori vigilantiſſimo, Avunculo ſuo,

D. BERNARDO WIINGAERDEN, S. S. Theol. Doct.

D. NICOLAO BALBIAEN, M. D.

Eccleſiæ Leydenſis Paſtoribus fideliſſimis, diſertiſſimis, ſtudiorum ſuorum Promotoribus, Præceptoribus.

Hanc de Satisfactione Chriſti *Diſputationem,*

eo quo par eſt animo,

D. D. D.

H. SWALMIVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXV.

DE

Satisfactione Chriſti,

QUINTA.

THESIS I.

MOrtem pecudis in expiatione morti hominis ſubrogatam fuiſſe, manifeſtum eſt ex Lev. 16. 11. *Anima cujuſque carnis in ſanguine eſt; ego vero deſtinavi vobis eum in altari ad expiationem faciendam pro animabus veſtris: nam ſanguis eſt, qui pro anima expiationem facit.* ſic c. 10. 17. ſacerdos quatenus victimas offert, dicitur *reorum iniquitates portare.* Deut. 21. 8. conſtituitur, ut homicidâ non reperto, populus *expietur* pecude cæſa. expiandi autem vox ita explicatur: *Expia populum tuum Iſraëlem, quem redemiſti, Iehova, & ne impone reatum ſanguinis innoxii in medio populi tui Iſraëlis: ſic expiabitur illis reatus illius ſanguinis.* Lev. 1. 9. 13. 17. ſacrificia dicuntur *oblatio ignita odoris quietis Iehovæ.* q. d. odori illi acquieſcere & per eum placari. v. 4. reus jubetur *manu ſua niti ſuper caput holocauſti ut eſſet acceptum pro eo, ad expiandum ipſum.* quâ ceremonia tranſlatio reatus in pecudem notabatur. vid. Lev. 16. 21. 22. ubi ſummus pontifex *confiteri* jubetur *omnia populi peccata, iniquitates, prævaricationes, eaque imponere capiti hirci qui ea portet ſuper ſe in regionem in habitabilem &c.* eodem ſenſu.

II.

Carnalis, quam tetigimus, ſacrificiorum expiatio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſpiritualem, quæ in ſolo Chriſto ut in re typo præfigurata reperitur, deſignabat. Heb.915. Atque hic inſtitui poteſt collatio: 1. Utriſque commune eſt, quod *ſine ſanguinis effuſione non fiat remiſſio*. Heb.9.22. ſeqq. Hanc impetrationem remiſſionis per ſanguinem Apoſtolus appellat ἁγιασμὸν. v. 13. καθαρισμὸν. v. 14. 22. 23.

III.

2. Inter utraque hoc occurrit diſcrimen, 1. quod in vet. lege victimæ erant pecudes v. 12. in hoc noſtro, Chriſtus ipſe, idem ſacerdos & victima. verſ. 14. & 24. 2. Legalis illa expiatio hujus cœleſtis ſive ſpiritualis erat ὑπόδειγμα v. 23. & ἀντίτυπον. v. 24. Quia ſcilicet illa præſtabat carni mundiciem. v. 13. (.i. reatus ablationem) non autem ſpiritui ſeu conſcientiæ. v. 9. & cap. 10. 4. Hæc autem ipſi conſcientiæ. cap. 9. 14. Nam quod carnaliter erat mors temporalis, id ſpiritualiter eſt mors æterna. c. 10. 28. 29. Ac proinde illic liberatio erat temporalis, hic vero *æterna redemtio*. c. 9. 12.

IV.

Ibi & argumentum inſtituitur à minori ad majus: v. 13. 14. *Nam ſi ſanguis taurorum &c. ſanctificat ad carnis puritatem: Quanto magis ſanguis Chriſti &c. emundabit conſcientiam veſtram &c.* quibus inſiſtentes veſtigiis, hoc modo ratiocinamur: Victima carnalis reatum carnalem ſuſtulit Deum movendo ad remiſſionem; ergo multo magis victima per ſpiritum oblata reatum ſpiritualem tollit, Deum ad remiſſionem movendo.

V.

Huc etiam pertinent loca quibus Chriſtus *agnus* appellatur. vt Ioh. 1. 29. 36. 1. Pet. 1. 19. 20. Apoc. 5. 6. 12. 13.

12. 13. & 13. 8. & 14. 1. & 17. 14. ubi *agnus* potius quam aries aut caper nominatur (licet hi ordinarie *pro peccato* immolarentur) 1. ut innocentia victimæ exprimeretur. ideo Petrus addit, ἀμώμου καὶ ἀσπίλου. potuitque ſimul reſpici. ad Ieſ. 53.7. in cujus interpretatione græca erat vox ἀμνοῦ. Act. 8. 32.

VI.

Nec uſquequaque verum eſt, quod negat Socinus agnum fuiſſe immolatum pro peccato: fuit enim ejus uſus 1. in expiandis *contaminationibus*. Lev. 12.6. & 14. 12. quæ *peccati* nomen gerunt. Num. 6, 11. unde & agnus ille in *reatum* ſive *delictum* offerri dicitur Lev. 14. 12. & Num. 6. 11.

VII.

2. Juge ſacrificium agnis pro holocauſto peragebatur. Num. 28. 3. Holocauſta autem expiatoria fuiſſe patet Lev. 1. 4. 13. 17. & 16. 24.

VIII.

3. Paſchalis victima (quam parvam pecudem ex ovibus, vel capris fuiſſe conſtat Exod. 12. 5.) in prima inſtitutione habebat aliquid expiatorii. quum Deus, reſpiciens ad ejus ſanguinem, averterit ab Hebræis exitium quod eis commune fuiſſet cum Ægyptiis, quorum imitatione ſe contaminaverant. Exod. 12. 13. Heb. 11. 28.

IX.

4. Pro peccato privati agna oblata fuit. Lev. 4. 32. & pro temerario juramento. Lev. 5. 4. 6. unde agni hic commemorandi proclivis eſt occaſio. Eaque appellatione deſignari Chriſti ſacrificium docet Petrus, redemtos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tos nos eſſe dicens *ſanguine* agni 1. Epiſt. 1. 18. 19. & Ioannes, *mactatum* eum tradens, & quidem *pro peccato*, ſive *in redemtionem*. Apoc. 5. 6. 9. 12. & 13. 8.

X.

Unde 5. elucescit. Ioh. 1. 29. ubi Chriſtus dicitur *agnus qui aufert peccata mundi*, agi primò & præcipue de peccatis tanquam præteritis, ut remittantur, non tanquam de futuris, ut per converſionem præveniantur: deque auferendo reatu per impetrationem remiſſionis apud Deum, non autem per fideï ingenerationem & converſionem ab impia vita, niſi conſequenter. Agni enim, aliaque ſacrificia propitiatoria peccata *auferebant* ea *ferendo*, ſanguinem fundendo, & moriendo, ut remitterentur delinquentibus: quod ſpiritualiter in Chriſto conſummatum eſt.

XI.

Atque hinc etiam ſolvitur quæſtio, ubi & quando ſacrificium ſuum expiatorium Chriſtus conſummarit. reſpondemus enim, in cruce id factum ac morte Chriſti. Ioh. 19. 30. prout ſcriptura paſſim τὴν ἀπολύτρωσιν, τὸν καθαρισμὸν, τὸν ἁγιασμὸν, τὴν ἀθέτησιν τῆς ἁμαρτίας morti attribuit, eâque ipsâ peracta indicat.

XII.

Sicque concidit figmentum Socini, negantis expiationem in cruce fuiſſe conſummatam, ſed eam in cœlo demum perfectam affirmantis. quemadmodum in anniverſario legis ſacrificio ſacerdos dicebatur expiare, non cum pecudem mactaret, ſed cum ſanguinem in adyta illatum ſpargeret. iis autem (inquit) quæ in ſanctuario, facie-

faciebat pontifex proprie reſpondent ea quæ Chriſtus facit in cœlis. Heb.9.23. ſeqq. hæc ille:

XIII.

In quibus falſum eſt quod aſſumit. Nam expiatio etiam tribuitur iis quæ ingreſſum in ſanctuarium præceſſerunt, & cum mactatione conjungitur. Levit. 16. 6. *Et offeret Aaron juvencum illum peccati, qui fuerit pro ſe, & expiationem faciet pro ſe & pro familiâ ſuâ*, & v. 11. *Cum autem offerens Aaron juvencum illum peccati, qui fuerit pro ſe, expiationem faciet pro ſe & familiâ ſuâ: jugulabit juvencum illum peccati, qui erit pro ſe*. In ſanctuario autem non memoratur expiatio niſi ratione ſanguinis eo delati ſparſique. v. 18. 27. Deinde etiam *extra ſanctuarium* debuit *holocauſtis* expiationem facere pro ſe & pro populo. v. 24. Denique paſſim quoque expïatio tribuitur illis victimis quorum ſanguis non inferebatur in ſanctuarium, ſed ſpargebatur ſuper altare ad portam tentorii conventus.

XIV.

Unde conficitur, etiam Chriſtum, unica oblatione in cruce peractâ expiationem peccatorum noſtrorum *proprie* conſummaſſe: in cœlo autem non alia ratione offerre, quam *præſentando* virtutem oblationis in cruce factæ, atque iſta ratione pro nobis *interpellare*. Rom. 8. 34. quæ quidem interpellatio fundatur in propitiatione jam dicta, neque expiatoria eſt, niſi, quatenus vim mortis perpetuo repræſentat.

XV.

Quanquam ergo Chriſtus ejuſmodi eſt pontifex, qui non in terra manere, ut ſacerdotes Levitici, Heb. 8. 4. ſed cœlum penetrans ipſo celſior debuit evadere, Heb. 4. 14. idque ratione interceſſionis, quæ altera ejus ſacerdotii

cerdotii functio erat, verus tamen ſacerdos, & vera victima fuit jam tum, cum in terris morti ſe traderet. Ideo dicitur *ingreſſus mundum ut voluntatem Dei faceret.* Heb. 10.7. & 9. id eſt ut *corpus à Deo ſibi aptatum,* v. 5. *Deo offerret.* v. 10. *pro peccatis.* v. 8. & 12.

XVI.

Quod & fecit, cum nos *ſanctificavit oblatione ſua* SEMEL. Heb. 10. 10. confer c. 7. 27. & 9. 28. In cœlo autem non *ſemel*, ſed SEMPER *interpellat.* Rom. 8. 34. Heb. 7. 25. 1. Io. 2. 1. Ita ut hic non interpellatio, ſed mactatio ſit intelligenda.

COROLLARIA.

1. *An in Deo formaliter ac proprie ſit juſtitia commutativa? Neg.*

2. *An diſtributiva? Neg.*

3. *An juſtitia altioris gradus, quæ utramque illam, ſeclusis imperfectionibus, eminenter comprehendit? Aff.*

4. *An ea ſimpliciter poſſit diſtribui in remunerantem, & punientem? Aff.*

5. *An repugnet ejus juſtitiæ, affligere creaturam innocentem? Aff.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXVI.

DE

SATISFACTIONE CHRISTI,

SEXTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICUS ALUTARIUS, Roterodamenſis.

Ad diem Octob. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. D. PRÆTORI, CONSVLIBVS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, Cæteriſque inclytæ ac Florentiſſimæ Reipub. Roterodamenſis Senatoribus,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis ſummâ reverentiâ colendis.

NEC NON

Graviſſimis, Spectatiſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. MICHAëLI PALUDANO, J. U. D. Illuſtriſſ. Conſilii Rerum Maritimarum quod eſt Roterodami, Senatori & Fiſci Advocato, de ſe ſtudiiſque ſuis plurimum merito, indieſque merenti,

D. LEONARDO PALUDANO, Quæſtori ſolertiſſimo, in perpetuum mihi colendo,

UT ET

Prudentiſſimo atque integerrimo Iuveni-Viro,

D. PHILIPPO PALUDANO, J. U. D. Schielandiæ Scabino æquiſſimo, ſumma obſervantiâ proſequendo,

Se & haſce Theſes, obſervantiæ & affectus cauſa,

L. M. Q. D. D. D.

HENRICUS ALUTARIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXXVI.

DE

Satisfactione Chriſti,

SEXTA.

THESIS I.

CHriſtum eſſe proprie dictum ſacerdotem, & hoc ejus munus à Regio & prophetico eſſentialiter diſtinctum, Sociniàni, qui hæc omnia confundunt, detrectant agnoſcere. nos id ſequentibus rationibus evictum dabimus:

II.

1. Definitio veri & proprie dicti pontificis occurrit Heb.5.1. Ad eam conſtituendam requiritur *electio, ut præſit hominibus in iis quæ apud Deum* agenda ſunt. Hæcque Chriſto mox applicatur, ut qui ſit ex hominibus à Deo electus ad eam dignitatem. v.5. ut præeſſet populo in iis quæ apud Deum agenda erant, & ſe ipſum in victimam & ſacrificium pro iis offerret. v. 7. 8. 9.

III.

2. Dicitur Chriſtus ſacerdos ſecundum ordinem Melchizedec, oppoſitè ad ordinem Aaronis. & quidem jurejurando ordinatus. Pſalm. 110.4. Heb. 7. 21. Sacerdos autem ſecundum ordinem veri ſacerdotis eſt verus ſacerdos. Levitici ad ſuum ordinem referuntur, fideles autem (qui metaphoricè ſacerdotes vocantur) ad nullum. metaphorica ſimilitudo etiam intercedit inter ſacerdotium Chriſti & Aaronicum. Heb.9.6. à quo tamen illud quoad ordinem diſtinguitur. non ergo talis hic intelligenda.

IV.

3. Metaphoricus ſacerdos in ratione ſacerdotii non poteſt eſſe perfectior vero ſacerdote, cum minus habeat de ſacerdotio quam verus. poteſt quidem aliunde eſſe perfectior, ſed non in eſſentialibus ſacerdotii. Atqui Chriſtus in ratione ſacerdotij eſt longe præſtantior ſacerdotibus legalibus, ut docetur. Hebr. à cap. 7. ad 10. verum ergo hauddubie ſacerdotem eſſe oportet.

V.

4. Lex ceremonialis *umbram* continuit, in Chriſto habemus *corpus*, Col. 2. 17. illic *typi* fuerunt, hic gratia & *veritas*. quomodo hæc χέσις ſalva eſſe poteſt, ſi ſacerdotium Chriſti non ſit verum?

VI.

5. *Omnis pontifex ad offerenda dona & victimas conſtituitur; unde neceſſe fuit, hunc quoque habere quod offerret.* argumentum eſt Pauli Heb. 8. 3. quod nullam vim haberet, niſi Chriſtus verè ſacerdos eſſet. ad ſacerdotem enim metaphoricum non requiritur victima offerenda, cujus ſanguis effundatur ad expianda peccata (de tali autem loquitur Apoſtolus) ſufficit ab eo præſtari quævis officia Deo grata. non eſt ergo Chriſtus metaphoricus, ſed proprie dictus pontifex.

VII.

Finis liberationis per ſatisfactionem Chriſti, eſt vel Cui (ut loquimur) vel Cuius. finis Cui eſt *populus ejus*. Matth. 1. 21. *oves ejus*. Io. 10. 11. 15. 16. 27. 28. 29. *electi ejus*. Rom. 8. 33. 34. Non autem ii *quos Chriſtus nunquam novit* .i. reprobi. Matth. 7. 23. non *mundus* oppoſitus iis quos Pater Chriſto dedit. Io. 17. 9.

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

Sub populo illos & ovibus illis &c. non tantum fideles Novi, ſed & Veteris Teſtamenti comprehenduntur. *mors* enim Chriſti *ad redemtionem earum tranſgreſſionum interceſſit, quæ fuerant ſub priore pacto.* ut diſertè Paulus Hebr. 9. 15.

IX.

Ibidem v. 25. *Neque ut ſæpe offerat ſe ipſum, ſicut pontifex ingreditur in ſanctuarium quotannis cum ſanguine alieno: Alioquin oportuiſſet eum ſæpe paſſum fuiſſe à jacto mundi fundamento.* quæ ultima evincunt, vim mortis Chriſti ſeſe extendere ad omnia peccata, quæ ab ipſa mundi origine hominibus unquam remiſſa fuerunt.

X.

Ib. v. 22. 23. *Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio:* & propterea *cœleſtia* (.i. homines cæleſte ſanctuarium ingreſſuri) *potioribus victimis* (quam fuerunt Leviticæ) *expiari debuerunt.* At fideles V. T. *remiſſionem* peccatorum conſecuti, & *cœlum* ingreſſi ſunt: Ergo interceſſit ſanguinis effuſio, non victimarum legalium, ſed *potioris* .i. ipſius Chriſti.

XI.

Heb. 13. 8. *Jeſus Christus heri & hodie idem* eſt, *& in ſecula.* Ubi per *heri* non debet intellige ſpatium temporis exiguum, priuſquam Apoſtolus hanc epiſtolam ſcriberet: quam enim id proportionem haberet ad *hodie* & *in æternum?* Neque debet accipi de prædeſtinatione Chriſti: neque enim eo modo de illa uſquam loquitur ſcriptura. Sed indicatur, in Chriſto ſolo omnia ſalutis

 ſubſidia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſubſidia, illis qui fuerunt, qui ſunt, quive unquam futuri ſunt, eſſe repoſita.

XII.

Quo ſpectat quod v. ſeq. *Bonum*, inquit, *eſt, gratiâ ſtabiliri cor, non cibis, unde nullam perceperunt utilitatem, qui in iis ambularunt. Habemus altare ex quo edendi non habent jus qui tabernaculo cultum præſtant.* quibus verbis Hebræos à ceremoniis ad Chriſtum revocat, quia ab illis utilitas nulla ad ſalutem, ſed à Chriſto ſolo ejuſque gratiâ ad fideles V. T. redierit.

XIII.

Rom. 3. 25. *Quem præſtituit Deus*, ut eſſet *placamentum per fidem in ſangnine ipſius, ad demonſtrationem juſtitiæ, propter diſſimulationem peccatorum, quæ auteceſſerunt, Deo illa tolerante.* Temporibus ante Chriſtum tribuitur πάρεσις peccatorum .i. præteritio, tranſmiſſio, & ἀνοχὴ .i. toleratio, quia antequam Chriſtus pateretur, non ſatis apparebat Dei τὸ ἀποδοτικόν. Huic opponitur plena demonſtratio juſtitiæ divinæ in tempus paſſionis Chriſti dilata, ob quam peccata illa fidelium V. T. tolerata fuerant. ad illos ergo etiam pertinet Chriſti ſatisfactio.

XIV.

Io. 8. 56. *Abraham cupivit videre diem meum, & vidit, & gaviſus eſt.* Oportet ergo fructum aliquem redundaſſe ad Abrahamum, & cæteros ejuſdem fidei participes.

XV.

Pſalm. 110. 1. David Chriſtum vocat *Dominum ſuum*, & qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

& quidem in tertia perſona de ipſo loquens, agnovit ergo ſe Chriſto ſubditum ut *Deo*. Matth. 22.43.44. item ut regi ſimul & ſacerdoti. Pſal. eod. v. 2.4.

XVI.

1. Cor. 10.4. *Petra erat Chriſtus* (Iſraëlitis in deſerto) .i. ſymbolum gratiæ Dei in Chriſto. ea erga & ad illos pertinebat.

XVII.

Ib. v. 9. Ex Iſraëlitis quidam *tentarunt Chriſtum*. quod eis interdictum fuerat Exod. 23.20.21. confer Eſ. 63.9. quibus locis *Angelus in quo eſt nomen Dei*, item *Angelus facierum Dei* appellatur. quod pertinet ad munus ejus mediatorium. id ergo & ad illos reſpectum habebat.

XVIII.

Act. 15. 11. *Per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus nos* (fideles Novi Teſtamenti) *ſervatum iri, quemadmodum & illos* (Patres Vet. Teſt. de quibus immediate ante locutus fuerat. v. 10.) ergo ad illos Chriſti gratia jam olim pertigerat.

XIX.

Apoc. 13. 8. Chriſtus dicitur *Agnus mactatus à jacto mundi fundamento*. quatenus videlicet ejus oblatio in plenitudine temporis futura, jam tum reſpectu fidelium virtutem ſuam exeruit.

XX.

Huc faciunt illa ſcripturæ loca, qui *ſine ullo temporis diſcrimine* dicunt Chriſtum pro *omnibus* (.i. quibuſvis cujuſvis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

cujuſvis loci, temporis, ſtatus &c.) mortem guſtaſſe. 1. Tim. 2. 6. Heb. 2. 9. *omnes* per eum juſtificari. Rom. 3. 23. per eum unum in *omnes* veniſſe juſtitia. Rom. 5. 12. 15. 17. 18. 19. negatur in ullo alio .i. per ullum alium ſalus eſſe, Art. 4. 12. Io. 14. 6. (ergo, niſi patres iſti à ſalute excludantur, per Chriſtum eam habuerunt) confer Eph. 1. 10. Col. 1. 20. Apoc. 5. 8. 9.

COROLLARIA.

1.

Potentia Dei eſt infinita.

2.

Primo, natura ſua, & quaſi intenſive, quia eſt ipſa Dei eſſentia.

3.

Deinde extenſive, reſpectu objectorum, quæ in infinitum multiplicari poſſunt.

4.

Nec paſſiva eſt, nec objectiva, ſed tantum activa.

5.

Extenditur ad omnia poſſibilia, talia autem non ſunt quæ involvunt contradictionem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXVII.
DE
SATISFACTIONE CHRISTI,
SEPTIMA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

LUCAS à NOORDT, Amſtelo-Bat.

Ad diem 3. Novemb. horis locoque ſolitis.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Auguſtiſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac totius Hollandiæ celeberrimæ

AMSTELODAMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore, debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis.

UT ET

Reverendis, Doctiſſimis, Pietate, ac omni virtutum genere Conſpicuis, Probatiſſimiſque Viris,

D. D. PASTORIBUS

frequentiſſimæ Amſtelodamenſium Reformatorum Eccleſiæ diſertiſſimis, indefeſſis, Theologis eximiis,

Se cum hocce Exercitio Theologico, in gratitudinis, debitæque obſervantiæ ſymbolum,

Submiſſe offert,

LUCAS à NOORDT.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXVII.
DE
Satisfactione Chriſti,
SEPTIMA.

THESIS I.

DE fine liberationis noſtræ per ſatisfactionem Chriſti agere exorſi, eam diſtributionem ſuperiori Diſputatione adhibuimus, qua finis dicitur eſſe vel *cujus* vel *cui*. Finis *cujus*, appellatur, cujus adipiſcendi gratiâ movetur quis vel operatur, ut eſt ſanitas in curatione. finis *cui*, nominari ſolet ille cui alter finis procuratur, ut eſt homo in intentione ſanitatis. De poſteriori hoc egimus, prior jam in conſiderationem veniat.

II.

Eſt autem in re de qua agitur duplex, unus ſummus, alter propinquus. *Summus* eſt demonſtratio glorioſæ miſericordiæ & juſtitiæ divinæ. de *miſericordiâ*. v. Eph. 1. 6. 7. 8. *Ad laudem glorioſæ gratiæ ſuæ, quâ nos gratis ſibi acceptos fecit in illo dilecto: in quo habemus redemtionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem inquam offenſarum, prout eſt dives ipſius gratia, quâ exundavit in nos omni ſapientiâ & prudentiâ.* ſimilia habentur 1. Ioh. 3. 16. & 4. 9. 10.

III.

De juſtitiâ Rom. 3. 25. *quem præſtituit Deus, ut eſſet placamentum per fidem in ſanguine ipſius, ad demonſtrationem juſtitiæ ſuæ propter diſſimulationem peccatorum quæ antecesserunt, Deo illa tolerante: ad demonſtrationem juſtitiæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſuæ præſenti tempore, ut ſit ipſe juſtus, & juſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu.

IV.

Demonſtratur hæc juſtitiæ tum in *pœnæ exactione*, tum in *obedientiâ*. illa vel imperſonaliter ſumi poteſt, vel perſonaliter. *Imperſonaliter*, cum quæritur, cur Deus puniverit peccata noſtra? & reſpondetur, finem eſſe, *juſtitiæ punitivæ* demonſtrationem. *Perſonaliter*, cum quæritur, cur Chriſtus punitus ſit? & reſpondetur, finem eſſe, ut nos impunitatem conſequeremur. prius ad finem ſummum, poſterius ad propinquum pertinet.

V.

Nec diſpar eſt ratio in eo quod Chriſtus legi fuerit ſubjectus, & *obedientiam* abſolutiſſimam præſtare debuerit. nempe demonſtratio *juſtitiæ remunerativæ*, & jus vitæ æternæ nobis impetrandum.

VI.

Finis propinquus (ut & illum ſeorſim indicemus) eſt noſtra ſalus. Ad hanc pertinent duo beneficiorum parra: 1. *Impunitas* noſtra, & *jus vitæ æternæ*. 2. *peccati mortificatio*, & *reſuſcitatio ad vitam novam*. Ita ut Servator noſter nos liberet à malo *triſti* & *turpi*, & contra nobis conferet bonum *jucundum* & *honeſtum*.

VII.

Impunitas noſtra oſtenditur Rom.5.9. *Iuſtificati igitur nunc ejus ſanguine, ſervabimur multo magis per eum ab irâ illâ.* Ira illa vel voluntatem *puniendi* notat, ut Ioh.3. 36. Rom.1.18. vel *pœnam* ipſam. Mich. 7.9. Rom.4.

15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

15. & 3.5. & 13. 4. 5. *Impunitas*, vero *pœnæ* ſive *punitioni* opponitur, ita ut hac ſublatâ, illa neceſſario inferatur.

VIII.

Hinc Chriſtus dicitur deſtruxiſſe eum qui *mortis* habebat poteſtatem. atque ita liberaſſe nos à mortis *metu*. Heb.2.14.15. eruere nos ab *irâ* ventura. 1.Theſſ. 1. 10. dicuntur nobis *peccata* per mortem ejus *remiſſa eſſe*. Matth. 26. 28. Eph. 1. 7. Col. 1. 14. Rom. 3. 23. ſeqq. dicimur *juſtificati* eſſe ejus *ſanguine*. Rom. 5. 9. & *abluti*. 1. Ioh. 1. 7. 1. Pet. 1. 2. Apoc. 1. 5. ubi Socinus fatetur, τὸ καθαείζειν, quod ſanguini tribuitur, rectius liberationem à pœnâ, quam animi emundationem intelligi. quo & ſenſu *Caſtigatio pacis noſtræ ei imponitur, & tumice ejus ſit curatio nobis*. Ieſ. 53. 5.

IX.

Ius vitæ æternæ indicatur Rom. 5. 19. ubi *per obedientiam Chriſti juſti* dicimur *conſtitui*. atque ita *regnaturi in vita per unum Ieſum Chriſtum*. v. 17. & *gratia regnare per juſtitiam ad vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum*. v. 21. v. & Rom. 8. 2. 4. c. 10. 4. 1. Cor. 1. 30. Gal. 3. 27. & 4. 4. 5. Phil. 3. 9. Col. 2. 10.

X.

Cum autem, hiſce rejectis, alios omnino fines hic ſomnient Sociniani, operæ pretium erit eos obiter eventilari. primum finem ita explicant: *Ideo Chriſtum eſſe mortuum, ut novum fœdus promiſſaque divina in eo compre-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

benſa confirmaret ac ſanciret, atque adeo, quæ ſanctionis vis eſt, jus quoddam ad eo obtinenda nobis daret. id eſt, ut ipſi paſſim explicant, *teſtaretur.*

XI.

Ubi animadvertendum eſt: 1. Si finis mortis Chriſti eſt teſtimonium de promiſſionibus in novo federe à Deo factis, earumque confirmatio *quoad nos*, videlicet remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ, jam mors Chriſti magis erit effectus remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ, quam ejus cauſa. nam res eſt cauſa teſtimonii, non contra. At ſcriptura dicit, nos *remiſſionem conſequi per ſanguinem illius*. Eph. 1. 7. Col. 1. 14. *ſanguinem Chriſti emundare peccata noſtra*, 1. Ioh. 1. 7. Nos *juſtificari ejus ſanguine*. Rom. 5. 9. & τὴν αἱματεκχυσίαν eſſe aliquid antecedens, *ſine quo non fiat remiſſio*. Heb. 9. 22.

XII.

2. Conſiderandum, ſanguinem etiam martyrum fuſum eſſe in confirmationem euangelii. unde *martyrii* .i. *teſtimonii* nomen. neque tamen unquam remiſſio peccatorum ei tribuitur. *Num Paulus crucifixus eſt pro vobis?* quærit emphaticé ipſe Paulus. q. d. minime. 1. Corint. 1. 13.

XIII.

3. Teſtatio de doctrinâ non minus, imo etiam magis per miracula Chriſti facta eſt quam per mortem. v. Matth. 9. 6. 7. 8. At miraculis nuſquam tribuitur hic effectus, quod per ea habeamus remiſſionem peccatorum.

XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

4. Eadem confirmatio multo etiam melius ex reſurrectione Chriſti, & glorioſa in cœlum aſcenſione colligi poſſet. At paſſim, cum de remiſſione peccatorum agitur, mortis, crucis, aut ſanguinis mentio adjicitur. Apoſtoli profitentur, ſe nihil noſſe aut docere, niſi Chriſtum, & quidem *Crucifixum*. 1. Cor. 1. 23. & 2. 2. Euangelium vocatur ſermo *crucis*. 1. Cor. 1. 18. Baptizamur in *mortem* Chriſti. Rom. 6. 3. Cœna ad *mortis* fuſique *ſanguinis* memoriam refertur. 1. Cor. 11. 26. *proprius* ergo aliquis & *peculiaris* effectus huic morti & ſanguini per hæc omnia attribuitur, non communis ille *teſtandi*.

XV.

5. Mors Chriſti per ſe ſpectata (prout ei diſtinctè remiſſionem & ſalutem noſtram paſſim tribui videmus) non eſt idonea obſignandæ iſti promiſſioni. quid enim magis à vero alienum eſt, quam mortem hominis innocentis cruentam & ignominioſam per ſe cuiquam perſuadere poſſe, ſanctè viventibus peccata ſua remiſſum iri, & æterna gaudia illis à Deo parata eſſe?

XVI.

6. Imo tantum abeſt, ut mors innocentis Chriſti per ſe apta ſit fidem iſtam ingenerare, ut contra, homines maximè à fide abſterreat: ideoque Apoſtoli ignominiæ crucis & miſeriæ mortis reſurrectionem glorioſam ſemper opponunt.

XVII.

7. Ioh. 3. 16. Chriſtus dicitur *datus* (in mortem videlicet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

delicet) *ut credentes non pereant, ſed habeant vitam æternam* Alius ergo & proprius eſt mortis Chriſti fuis, quam ut credamus.

IX.

8. Socinus de Servat. l. 1. c.3. docet Chriſtum nobis Deum ad federis promiſſa præſtanda quodammodo devinxiſſe. Sed nunquam explicabunt, quomodo hoc ſanguine ſuo fuſo fecerit, ſi Deus ob fuſionem ſanguinis nihil promiſit.

COROLLARIA.

1.

In una divina eſſentia tres ſunt perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.

2.

Nec eſſentia eſſentiam gignit, nec eſſentia perſonam, nec relatio relationem, ſed perſona perſonam.

3.

Generari Filium à Patre per actum intellectus, probari non poteſt.

4.

Vt nec, Spiritum Sanctum procedere per actum voluntatis.

5.

Multo minus, dilectionem qua Deum & proximum nos diligimus, eſſe ipſam Spiritus S. perſonam, qui error Lombardi fuit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXVIII.
DE
SATISFACTIONE CHRISTI,
OCTAVA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN, Enchuſâ-Bat.

Ad diem 6. Novemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis Propugnatoribns ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis colendis.

UT ET

Doctiſsimis, Celeberrimis Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theolog. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſsimo, Præſidi meo honorando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in Inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theolog. Pro-Regenti vigilantiſsimo,

NEC NON

Reverendis, piis, ac Spectatis Viris,

D. D. PASTORIBUS, Theologis eximiis, & Civitatis Enchuſanæ Orthodoxæ Religionis defenſoribus ſpectatiſsimis, fideliſsimis,

D. IOANNI NIEUWENHUYSEN, Eccleſiæ, quæ Ieſu Christo (in Aelſmeer) colligitur, Paſtori vigilantiſsimo, ſtudiorum meorum Fautori ſummo, ideoque mihi ſemper venerando,

D. CORNELIO ab EGMONT, D. IOANNI TRANQUILLIO, D. GUILIELMO BUYSERIO, } Iſti Rectori Scholæ Enchuſanæ, Huic Con-Rectori, Illi Hypodidaſculo, Viris ſpectatiſsimis, ſtudiiſque meis addictiſsimis,

D. EVERHARDO HIDDINGH, Chirurgo ſolertiſsimo.

DENIQUE

Docto, & Conſpicuo Iuveni,

D. NICOLAO TEENGS, Iuriſprudentiæ ſtudioſo, amico ſingulari.

Haſce primitias Theologicas, eo quo par eſt animo,

D. D. D.

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO C XXVIII.

DE

Satisfactione Chriſti,

OCTAVA.

THESIS I.

SEcundum finem mortis Chriſti Sociniani eſſe dicunt, ut omnes homines ad conditiones novo fœderi inſertas amplectendas & exequendas adducerentur. Conditiones autem iſtæ comprehenduntur fidei nomine, quæ tum ſpem divinorum promiſſorum, tum obedientiam mandatorum complectitur de ſpe in primo fine dictum, ad obedientiam nos excitari per mortem Chriſti ajunt. 1. quia ea religionem Chriſtianam & ſalutis viam confirmat, 2. quia amor Dei in ea elucens, nos ad eum viciſſim amandum impellit. 3. quia virtutes Chriſti in ea fulgentes, nos ad eas imitandas movent. 4. quia odium Dei adverſus peccata nobis demonſtrat, atque ita ab illis nos abſterret.

II.

Reſpondemus 1. Fidem obedientiæ manda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

torum divinorum contradiſtingui ut cauſam effecto, non hanc illa comprehendi. 1. Cor. 13.13. Act.15.9. Gal.5.6. Tit.1.15. Rom.14.23.

III.

2. Spem divinorum promiſſorum mors Chriſti, ſtante adverſariorum opinione, nullam facit. ut liquebit conſideranti Diſp. præced. theſ. 13. 14.

IV.

3. Neque ea Chriſtianam religionem & ſalutis viam magis confirmat quam ſanguis martyrum, miracula, reſurrectio & aſcenſio Chriſti. v. ib. th. 10. 11. 12.

V.

4. Neque in morte Chriſti magna apparet Dei charitas, ſi nihil per eam nobis revera acquiſitum eſt.

VI.

5. Neque ea exemplum virtutum præbuit magis, quam univerſæ Chriſti vitæ ſanctimonia.

VII.

6. Neque exemplum illud ad peccatorum remiſſionem & jus vitæ æternæ vel minimum pertinet, quæ tamen morti Chriſti paſſim in ſ. literis tribuuntur.

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

7. Nec odium Dei adverſus peccata apparet in morte, citra ullum peccati demeritum Chriſto impoſita. Imo potius inde videretur, nullam peccatorum in ejuſmodi malis haberi rationem.

IX.

Tertius finis mortis Chriſti Socinianis eſt, ut Chriſtus hoc pacto miſericors pontifex effectus, ſupremamque in omnia poteſtatem adeptus, peccata noſtra expiaret, tentatis opem promtè ferret, & promiſſa federis, conditiones ejus ſervantibus re ipſa exhiberet. Fuit nempe mors Chriſti conditio quædam ipſi à Deo impoſita, qua interveniente, ut illi gloria ita nobis remiſſio peccatorum & ſalus æterna parta eſt &c.

X.

Reſp. 1. Hæc ipſe Socinus l. 2. c. 4. penitus evertit. dicit enim, *Chriſtum auctoritate ſibi à Patre tradita hominibus reſipiſcentibus & ſibi fidem habentibus, peccata ipſa condonaſſe, imo quacunque ratione illi placuit, & cuicunque voluit, veniam delictorum, dum in terris fuit, pleniſſimam in hac vitâ dediſſe.* Stultè ergo nunc à morte demum poteſtatem illam adeptus eſſe fingitur. quod enim meum eſt, id amplius meum fieri non poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XI.

Hunc ſcopulum ut evadat Crellius, ait Socinum per poteſtatem remittendi peccata in hac vita, intellexiſſe poteſtatem pœnas auferendi temporarias, non autem tollendi æternas, ſed de futura earum ablatione teſtandi. peccatorum noſtrorum remiſſionem tum demum abſolvi cum mors extincta fuerit, cujus rei poteſtatem tum demum Chriſtus acceperit, cum ad dexteram Dei collocatus eſt &c.

XII.

At hæc falſiſſima ſunt. 1. quia Chriſtus jus habuit remittendi peccata *in terrâ*. Matth. 9.6. Marc. 2. 10. Luc. 5.24.

XIII.

2. Remittere peccata eſt diſſolvere reatum peccatorum, qui cum hominem obliget ad pœnas temporales & æternas, abſolutio etiam ab utriſque intelligenda eſt. quam abſurde enim peccata remiſſa eſſe dicuntur, ubi maximus reatus remanet!

XIV.

3. Fideles ſub V. T. juſtitiam & vitam æternam per Chriſtum adepti fuerunt. (ut oſtenſum ſupra) unde ſequitur, eum (ratione ſacrificii ſuo tempore offerendi) ſemper poteſtatem habuiſſe re ipſa, & cum effectu remittendi peccata, non autem

de re-

de remiſſione ut futura, duntaxat teſtandi.

XV.

4. Chriſtus locis allegatis prius peccata remittit paralytico, quam paralyſin, pœnam temporalem, tollit: & apertè utrumque jus diſtinguens, alterum per alterum probat, inviſibile per viſibile. v. Matth. 9. 2. 5. 6. &c.

XVI.

Adjiciamus aliquid quod ad omnes hoſce fines ex æquo pertinet: Dicit Paulus Galat. 2. 21. *Non irritam facio gratiam Dei. Nam ſi per legem eſt juſtitia, igitur Chriſtus ſine cauſa mortuus eſt.* At hoc falſum eſt in ſententia adverſariorum. Si enim ex lege eſſet juſtitia, æqualis cauſa foret cur Chriſtus moreretur, atque nunc eſt, ſi veri ſunt fines ab illis poſiti. Nam Chriſtus tunc legalis federis mediator & ſponſor, ideo mori potuiſſet, 1. ut fedus legale, promiſſaque divina in ea comprehenſa, quorum potiſſimum eſſet vita æterna, confirmaret ac ſanciret. 2. ut omnes homines ad conditiones iſti federi inſertas amplectendas & exequendas adduceret. 3. ut hoc pacto miſericors pontifex effectus, ſupremamque in omnia poteſtatem adeptus, infirmitates naturæ noſtræ expiaret, ac promiſſa federis, conditiones ejus ſervantibus, re ipſâ præſtaret.

XVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVII.

Objici poteſt, eos inter fines mortis Chriſti numerare teſtimonium remiſſionis peccatorum &c. quæ tunc non habuiſſet locum. ſed obſervandum: ſicut illi Chriſtum pro ſe ipſo .i. pro ſuis infirmitatibus & mortalitate obtuliſſe ſtatuunt, ita etiam tunc pro infirmitatibus corporis noſtri animalis & mortalitate naturali offerre potuiſſe, & cur non etiam debuiſſe? Hæc omnia abſurditatem hujus ſententiæ luce lucidius demonſtrant.

COROLLARIA.

1.

Deus ab æterno liberè apud ſe conſtituit, ut fierent quæcunque facta ſunt, quæcunque fiunt, & adhuc fient.

2.

Ea ſingula ordinavit in bonum finem, ut & media per quæ ad eum finem pervenitur, una cum omnibus circumſtantiis.

3.

Providentia Dei juxta internum & immanentem actum, & præcognitionem futurorum, & proſpiciendi voluntatem complectitur.

4.

Iuxta externum, eſt ipſe proſpiciendi actus, tranſiens in creaturas.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXIX.
DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, prima.

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

LUDOVICUS SUGGERAET, Hagâ-Batav.

Ad diem 10. *Novemb. horis locoque ſolitis.*

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

POTENTISSIMIS,

HOLLANDIÆ
ET
WEST-FRISIÆ

D.D. ORDINIBUS,

UT ET
Splendidiſſimæ,

HAGIENSIS
REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis
in æternum colendis,

*Diſputationem hanc anti-Socinianam
ſtudii ſui Theologici primitias,*

quam humillimè offert,

LUDOVICUS SUGGERAET

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXIX.
DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, prima.

Thesis I.

REſurrectionem Chriſti primum ejus exaltationis & glorificationis gradum fuiſſe, ac proinde reſurrexiſſe eum in corpore glorioſo, æterno, incorruptibili, impatibili, immortali, omnibuſque infirmitatibus ſoluto, contra Socinianos probamus è ſequentibus:

II.

1. Quia ei tribuitur σῶμα τῆς δόξης, .i. ἔνδοξον *glorioſum.* Phil. 3, 21. cui corpus noſtrum *conforme* redditurus dicitur. ib.

III.

Idque non vi aſſumtionis in cœlum demum, ſed vi reſurrectionis. teſte Luca c. 20. 34. 35. 36. *Filii hujus ævi ducunt uxores & nuptum dantur; Qui vero digni habiti fuerint qui ævum illud conſequantur, & RESVRRECTIONEM ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dantur: NEC enim MORI AMPLIVS POSSVNT: pares enim angelis ſunt, & filii Dei ſunt, cum ſint filii RESVRRECTIONIS.*

IV.

Quod ſi verum eſt de fidelibus .i. membris Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quanto magis de Chriſto ipſorum capite, à cujus reſurrectione beata eorum reſurrectio derivatur, & cum ea conformatur? v. 1.Cor. 15. 12. 13. 15. 16. &c.

V.

Id quod & diſertis verbis ei attribuit Paulus Rom. 6. 9. 10. *Vt qui ſciamus Chriſtum SVSCITATVM ex mortuis NON AMPLIVS MORI: mortem, inquam, ei non amplius dominari. Nam quod mortuus eſt, peccato mortuus eſt SEMEL, quod autem vivit, vivit Deo.*

VI.

Et quomodo poſt reſurrectionem corpus Chriſti fuiſſet mortale, quum in ipſa ſepultura, (quæ præparatio quædam fuit ad ejus exaltationem) fuerit incorruptibile? Pſal. 16. 10. Act. 2. 24. 27. 31.

VII.

Idem patet è propriis corpori glorificato quæ Chriſto tribuuntur. quale eſt, ſe ipſum de loco in locum velociſſime transferre, momento citius apparere hominibus, & momento citius ſe oculis eorum ſubducere &c. Matth. 28. 9. 10. 16. 17. 18. Marc. 16. 9. 12. 14. Luc. 24. 15. 31. 34. 36. 37. Ioh. 20. 14. 19. 26. & 21. 1. 4.

VIII.

Tale eſt &, ab omni neceſſitate edendi ac bibendi immunem eſſe. quo ſpectat illud Matth. 26. 29. *Dico autem vobis: Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, uſque ad diem illum quum ipſum bibam vobiſcum novum, in regno Patris mei.*

IX.

IX.

Quod enim ſemel legitur *ediſſe partem piſcis aſſati, & de favo apiario*. Luc. 24. 41. 42. 43. id non neceſſitatem, ſed diſcipulorum incredulitatem pro cauſa habuit. ut patet ex ipſo textu. neque toto reliquo tempore denuo factum eſſe probari poteſt.

X.

Non ex Luc. 24. 30. ibi enim *diſcubuiſſe* quidem, *ſumto pani benedixiſſe*, *& fractum dediſſe eis* legitur, ſed ipſe de eo ediſſe non legitur, ſed ablatus fuiſſe ex eorum conſpectu.

XI.

Non ex Ioh. 21. 13. ibi enim dicitur *accepiſſe panem & dediſſe eis*, *& piſcem ſimiliter*. at ipſe ediſſe non dicitur.

XII.

Non ex Act. 10.41. ubi dicuntur Apoſtoli *ediſſe ac bibiſſe una cum Chriſto*, *poſtquam reſurrexit à mortuis*. inde enim nihil aliud ſolidè poteſt elici, quam ipſo præſente eos ediſſe ac bibiſſe. non autem Chriſtum idem feciſſe.

XIII.

Quod ſi tamen plus vice ſimplici factum eſſet (id quod non liquet) nulla ex eo ſequeretur edendi & bibendi neceſſitas, ſed ad eandem cauſam, quam retulimus theſ. 9. referri æquum foret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Atque hic conſideranda detorſio ejus textus quem allegavimus theſ. 8. ubi negat Chriſtus ſe bibiturum è fructu vitis, uſque ad diem quo novum bibiturus eſſet in regno Patris ſui. ibi enim (ſi Sociniano credimus) prædixit Chriſtus, ſe cum Apoſtolis poſt reſurrectionem comeſturum, ac proinde, non ſolum actum, ſed neceſſitatem edendi ponere videtur.

XV.

Quibus verbis 1. ſumit, ſed non probat, tempus quadraginta dierum poſt reſurrectionem Chriſti vocari *Regnum Patris* ipſius. 2. eo dato, non conceſſo, abſurdiſſimè ponit in regno illo edendi ac bibendi actum & neceſſitatem, cum in eo ἰσάγγελοι ſint futuri, nec animalibus functionibus obnoxii. niſi illud Luc. 22. 30. *ut edatis & bibatis in menſa mea, in regno meo*, de corporali paſtu intelligat, quo nihil inſulſius.

XVI.

Per regnum ergo Patris ſui, Chriſtus intelligit vitam æternam, quod paſſim κατ᾽ ἀλληγορίαν convivio comparatur. Matth. 8. 11. Apoc. 19. 9. &c.

XVII.

Quod porro glorificationem corporis Chriſti ad aſcenſionem demum referant, in qua corporea ejus natura, caro, ſanguis (quæ cœlum ingredi non poſſint) &c. ſint abſorpta, & in ſpiritum mutata, in eo inextricabilibus ſe erroribus involvunt. etenim

XVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVIII.

1. Ponunt corporis glorificationem abſque ſubjecto glorificationis .i. abſque corpore. quod contradictionem involvit.

XIX.

2. Ponunt glorificatum hominem componi, non amplius ex corpore & anima, ſed è duobus ſpiritibus, anima, & eo ſpiritu qui corpori ſucceſſit.

XX.

3. Si eis ita abſonum videtur, corpus carne & oſſibus conſtans in cœlum poſt reſurrectionem aſcendere, ſive apud Deum eſſe, cum jam ab eo omnis ſublata ſit carnis infirmitas, quomodo commentum Socini defendent, de Chriſti ante mortem ſuam viſibili & corporali in cœlum aſcenſu, & commoratione apud Deum?

XXI.

4. Si in die judicii omnis oculus eum videbit, etiam ii qui transfixerunt eum, Zach. 12. 10. Apoc. 1. 7. quomodo quæſo eum intueri, & illum ipſum eſſe cognoſcere poterunt, ſi nec carnem nec oſſa habebit? Non enim ſatis eſt, eos gloriam videre, ſed ipſum Chriſtum hominem, corpore & anima præditum, & (quod ex citato loco fit probabile) vulnera ſua oſtentantem, videre oportet, ut convincantur & plangant ii præſertim qui ipſum transfixerant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXII.

5. Quomodo unuſquiſque reportaturus eſt coram tribunali Chriſti in corpore ſuo quæ fecerit, congruenter ad id quod fecerit, ſive bonum ſive malum. 2. Cor. 5. 10. ſi nullum futurum eſt corpus?

COROLLARIA.

I.

Decretum Dei eſt vel efficiendi, vel permittendi.

2.

Illud ad omne bonum extenditur, naturale, morale, ſpirituale.

3.

Hoc ad malum culpæ, ſive in genere moris.

4.

Neutrum eſt exemtum decreto gubernandi ad bonum finem.

5.

Peccatum non eſt propriè à decreto, licet ſit ſecundum decretum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXX.
DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, ſecunda:

QUAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,
D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,
Publicè defendet
DAVID TIMMERMAN, Benſcopienſis.
Ad diem 13. Novemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis antiſtitibus & propugnatoribus acerrimis,

NEC NON

Ampliſſimo, Spectatiſſimo, Conſultiſſimo

INCLYTÆ

VETRAQVINENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis in æternum colendis.

UT ET

Doctiſſimis & Strenuiſſimis Viris,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Illuſt. D. D. Ordin. Holland. & West-Friſiæ Regenti prudentiſſimo, Præſidi ſuo colendo,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. Logices & Ethices in celeberrima Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti ſubtiliſſimo,

Has ſtudii Theologici primitias,

ſubmiſsè offert

DAVID TIMMERMAN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXX.
DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, ſecunda.

THESIS I.

CHriſti corpus non ſtatim à reſurrectione, ſed poſt aſcenſionem demum immortale & glorioſum factum fuiſſe contendunt Socinus de ſtatu primi hominis c. 8. Oſtorod. Inſt. c. 40. & 41. Smalcius Diſp. 3. contra Franzium, & de divin. Chriſti c. 14. Probationem, inter alias, inde ſumunt, quod Chriſtus poſt reſurrectionem cibum ſumſit, id quod corpori glorioſo non conveniat.

II.

Reſpondent noſtri, manducationem aliam eſſe ex naturæ neceſſitate & indigentia, aliam ex libera oeconomia ad demonſtrandam veritatem reſurrectionis: illam Socinianos de Chriſto reſuſcitato demonſtrare non poſſe, hanc à corpore glorificato alienam non eſſe.

III.

Ad quam diſtinctionem reſpeximus Diſp. ſuperioris theſ. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & argumentum quod ex eo compegimus firmum eſt, ſive hanc, ſive illam manducationis rationem ſeligant Sociniani.

IV.

Quia tamen certi ſumus eos primam ſtatuere (neque aliter argumentum eorum ullam veri umbram haberet) age oſtendamus id ex homine Sociniarum partium, plures, ſi neceſſe fuerit, adducturi.

V.

Is eſt Chriſtophorus Lubienicius Polonus, qui epiſtola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtola ad Petrum Paſchalem pag. 36. dicit 1. ediſſe Chriſtum poſt reſurrectionem, *non ut TANTUM naturæ NECESSITATI ſatisfaceret*, ſed ut diſcipulos ſuos confirmaret &c. qui dicit Chriſtum ediſſe non ut *tantum* naturæ neceſſitati ſatisfaceret, etiam ea de cauſa, licet *non ſola* eum hoc feciſſe innuit. atque ita in eo NECESSITATEM edendi ponit.

VI.

Atque hoc ei merito imputat P. Paſchalis, reſponſ. ad Epiſt. p. 92. *Vnum finem* (inquiens) *eumque ſecundarium quendam eſus iſtius (cui potum de tuo addis) tantum legimus, nempe, ut ſe eundem eſſe qui mortuus fuerat, Chriſtus ſuis diſcipulis de reſurrectione ipſius addubitantibus fidem faceret. Tu vero præter hunc finem* (Nota) *alium primarium comminiſceris, nempe, ut Chriſtus naturæ NECESSITATI ſatisfaceret.*

VII.

2. Fatetur ibidem, *potuiſſe quidem Chriſtum peculiari virtute ſine cibo & potu in vita ſua per* 40 *dies conſervari, quemadmodum in ſolitudine dum jejunaret per totidem dies fuit conſervatus*: ſed addit p. ſeq. *Hoc tamen non tollit, illum revera ediſſe & bibiſſe, & illo eſu ac potu revera ac naturaliter IN VITA SVA REFECTVM fuiſſe; & quod ſemel fecit, iterum facere & potuiſſe, & interdum naturaliter OPVS HABVISSE.* ſanè *opus habere*, & *neceſſe habere* unum idemque ſunt.

VIII.

3. Pag. 39. ad locum Matth. 26. 29. *Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis*, quo P. Paſchalis Chriſtum ſignificare voluiſſe dixerat, ſublatum iri omnem bibendi NECESSITATEM, reſpondet p. ſeq. *eam ſententiam Chriſtum FALSI inſimulare.* & ibidem: *Chriſtus*, inquit, *his verbis*

verbis non tantum ACTVM, ſed & NECESSITATEM EDENDI ponere videtur.

IX.

Quibus verbis occurrens Pet. Paſchalis pag. 96. *Siccine,* inquit, *& ACTVM & NECESSITATEM EDENDI in Chriſto poſt reſurrectionem demonſtras? Si nec actus, nec neceſſitas edendi defuit, cur paulò ante ais potuiſſe ipſum peculiari virtute divina ſine cibo & potu per illos dies 40 conſervari? Hujuſmodi enim conſervatio & ACTVM & NECESSITATEM edendi tollit.*

X.

Idem. p. 97. *Teſtatur Chriſtus filios reſurrectionis mori amplius non poſſe, proinde nec edere nec bibere; Cur tu contra, Chriſtum primogenitum ex mortuis EDERE AC BIBERE, non modo potuiſſe, ſed DEBVISSE etiam contendis?*

XI.

Alterum quod hic nonnihil ſtabiliemus, eſt id quod ad Act. 10. 41. diximus theſ. 12. & primo quidem, ne id omni ratione carere quis arbitretur. 2. ne adverſus omnium orthodoxorum ſententiam à nobis excogitatum videatur. 3. ne contrarium ita facile Socinianis nos putemus largiri poſſe. Afferemus autem primo quæ à Sociniano ad eum locum adducta ſunt 2. quæ ab orthodoxo reponantur.

XII.

Ita ergo loquitur idem Socinianus p. 37. *Sed præterea, cum Petrus Act. 10. expreſſè teſtatur, ſe & Apoſtolos una ediſſe cum Chrtſto, quo ipſo indicat eos id SÆPIVS, non ſemel feciſſe, cogor mirari tantam præjudicatæ opinionis vim, quæ te à veritate tranſverſum rapuit, ut expreſſiſſimis Petri verbis directè contrarium affirmare audeas. Sed eſto, Petrum dicere ſe & Apoſtolos ſemel tantum ediſſe cum Chriſto, hic tamen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

men jam erit ſecundus actus Chriſti edendi. Primus enim erat ille ſtatum poſtquam ſe videndum & contrectandum poſt reſurrectiouem diſcipulis exhibuiſſet. Scribit enim Lucas illum accepiſſe porrectam ſibi parte piſcis & favum mellis, & coram diſcipulis, non cum diſcipulis, aut diſcipulos cum illo, ut Petrus in actis aſſerit, eum ediſſe. Et quadrat hic locus Ioannis à te adductus, ubi teſtatur, Chriſtum diſcipulos invitaſſe ad prandium, & cibos eis diſtribuiſſe. quorſum enim Ioannes in tertia quam deſcribit Chriſti coram diſcipulis apparitione, hujus rei atque circumſtantiæ meminit, niſi ut poſtea fides dicto Petri conſtaret, qui teſtatur ſe & Apoſtolos una cum Chriſto ediſſe? Et VERISIMILE eſt, Chriſtum tunc potius una cum Apoſtolis ediſſe, cum & apparuit illis, & occaſione oblata, viſo ſcilicet piſce ſuper carbones & pane, ipſe eos ad prandium invitaret, ipſe, cum conſediſſent, cibum illum inter eos diſtribueret. Relinquitur ergo, Chriſtum poſt reſurrectionem non ſemel, ſed ſæpius ediſſe. hæc Socinianus.

XIII.

Ad quæ reſpondet orthodoxus. pag. 93. *Verba Petri Act. 10. 41. non magis SÆPIUS quam SEMEL ſe & reliquos diſcipulos cum Chriſto poſt reſurrectionem ediſſe præ ſe ferunt. Nec affirmant CHRISTUM CUM IPSO & CÆTERIS ediſſe ac bibiſſe: nihil enim impedit, quo minus Chriſtum dicamus ipſis edentibus ac bibentibus apparuiſſe. ut colligere eſt ex Ioh. 21. ubi legitur Chriſtus ſuos diſcipulos invitaſſe ad prandium, non tamen ipſe quicquam ediſſe, ſed ſolum piſcem & panem inter ipſos diſtribuiſſe. Hujus autem rei & circumſtantiæ Ioannes meminit, ut poſtea fides dicto Petri conſtaret. Quod ſi huc reſpexit Petrus, quum ſe ait & alios diſcipulos una cum Chriſto ediſſe ac bibiſſe, poſtquam reſurrexit Chriſtus à mortuis, ut tu fateris ac teſtaris, cur, quæſo, CHRISTUM*

STUM

STUM SIMUL CUM IPSIS edentem & bibentem inducis, cum de eo nulla fiat mentio? Car hinc SECUNDUM actum Chriſti edendi colligis? Scribis, VERISIMILE eſſe Chriſtum tunc potius una cum Apoſtolis ediſſe, cum viſo piſce ſuper carbones, & pane, ipſe ad prandium eos invitaret, & cibum illum inter eos diſtribueret. Sed VERISIMILE NIHIL PROBAT: temere id affirmatur quod conjecturis præſumitur. Si tunc revera comediſſet Chriſtus, Petrus huc reſpiciens aliter procul dubio locutus fuiſſet, & rem apertè declaraſſet, non, inquam, dixiſſet: NOBIS QUI COMEDIMUS AC BIBIMUS CUM EO, ſed, NOBIS, QUIBUSCUM UNA COMEDIT AC BIBIT, poſteaquam à mortuis reſurrexit. hæc orthodoxus. rectè omnino, & egregiè.

XIV.

Quibus addimus, præpoſitionem σὺν cum eſt in compoſitione (ut hic in συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν) non ſemper ſignificare utriuſque partis actionem. unum exemplum afferemus, licet poſſemus plura, ex Marc. 3. 5. ubi introducitur Chriſtus συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν (ἰουδαίων) *condolens ob duritiem cordis eorum*, cum tamen Chriſtus ſolus *doleret*, non etiam homines illi indurati.

XV.

Adhæc, digna quoque cujus ratio habeatur eſt altera orthodoxi illius quem citavimus obſervatio. is ergo ait pag. 95. *Quid? quod verba hæc Petri,* poſteaquam reſurrexit à mortuis, *non cum verbis proximè antecedentibus, ſed cum paulo remotioribus, nempe his* fecitque ut is conſpicuus fieret, *jungi debent: aut certè verba:* qui comedimus ac bibimus una cum eo, *per parentheſin dicta videri debent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bent. ita ergo connecterentur verba Petri: τοῦτον ὁ θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι (οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ) μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Hanc conſtructionem, licet cum doctiſſimo illo ſcriptore nolimus affirmare neceſſariam, tamen & probam eſſe, & refelli non poſſe, & ea recepta totam Sociniani argumenti ex hoc loco vim in ventum abire merito exiſtimamus.

COROLLARIA.

1.

Decretum Dei eſt abſolutum, non conditionatum.

2.

Licet ejus executio ſub conditione prædici, atque etiam cauſam habere poſſit.

3.

Eſt immutabile, & neceſſariò impletur.

4.

Nihil tam liberum aut contingens eſt, quod ei non ſubjaceat, & ejus reſpectu ſit neceſſarium.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXI.

DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, tertia:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

SIBRANDUS LOENIUS, Hagâ-Bat.

Ad diem 20. Novemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Spectatiſſimis ac Eruditiſſimis Viris,

D. HENRICO LOENIO, Advocato apud Edamenſes conſultiſſimo, Fratri meo, optimè de me merito,

D. WIBRANDO LAVRENTIO, I. V. D. Rerum militarium apud Amſtelodamenſes Præfecto digniſſimo, vigilantiſſimo, Affini venerando.

UT ET

Reverendo, Clariſſimo, Doctiſſimoque Viro,

D. HERMANNO VRSINO, L. A. M. Theologiæ præſtanti, & Literatori eximio, Scholæ Harlemenſis Moderatori prudentiſſimo,

Haſce Theologiæ primitias,

Grato animo conſecro,

SIBRANDUS LOENIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXI.

DE

Reſurrectione Chriſti, adverſus Socinianos, tertia.

THESIS I.

ADverſus ea quæ hactenus demonſtrata fuere, non pauca objiciunt Sociniani, ex parte jam refutata, quorum rationes reliquas hæc diſputatio profligabit.

II.

Prima hæc eſt: Qui in eodem in quo mortuus eſt corpore, nec quicquam extra vel intra mutato, reſurrexit, non reſurrexit in glorificato: At Chriſtus &c. ergo. Reſp. Majorem conced. intellectam de mutatione non modo ſubſtantiæ, ſed & qualitatum. ſic cadit minor. reſurrexit enim cum omnibus requiſitis corporis glorificati.

III.

Minorem probant ex Luc. 24. 39. *Videte manus meas & pedes meos, quia idem ille ego ſum* &c. ergo identitatem corporis ſui confirmat. Reſp. De identitate ſubſtantiæ conced. De identitate qualitatum glorificationem excludentium, negamus. Neque enim videri, tangi &c. cum ea pugnant, præſertim ſi id paucis tantum, ob certam cauſam, concedatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

2. Chriſti corpus poſt reſurrectionem *terrenum* fuit, quia carne & oſſibus conſtabat, *animale*, quia cibo reficiebatur, *infirmum*, quia vulnerum veſtigia geſtabat: At hæc ſunt τεκμήρια corporis nondum glorificati. 1. Cor. 15.43. Reſp. *Terrenum* fuiſſet, ſi in terram rediiſſet. *animale*, ſi nutritum fuiſſet. *infirmum*, ſi vulnera illa fœda aut dolorifica fuiſſent, quæ omnia falſa ſunt.

V.

3. Glorificatum corpus dicitur *ſpirituale*, *cœleſte*, *potens*. 1. Corint, 15. 40. 43. 44. 48. tale non fuit corpus Chriſti à reſurrectione, ergo non fuit glorificatum. Reſp. Paulus non hoc tantum dicit, ſed *ſeri* corpus *in corruptione*, *ſuſcitari in incorruptione*. &c. at adverſarius, ut ſeritur, ita ſuſcitari affirmat, &, quod fœdiſſimum eſt, de Chriſti corpore id aſſerere non veretur. Neg. ergo minor.

VI.

4. Chriſtus *per glorificationem* dicitur eſſe *factus in ſpiritum vivificantem*. ib. v. 45. at is poſt reſurrectionem negat ſe eſſe *ſpiritum*. Luc. 24. 39. ergo nondum fuit glorificatus. Reſp. 1. Falſa eſt major. neque enim reperitur apud Paulum τὸ *per glorificationem*. 2. minor laborat homonymia, neque enim in ea *ſpiritus* idem ſignificat quod in majori. ibi enim notat eſſentiam divinam, quæ vitam in ſe ipſâ habet, & aliis vitæ cauſa eſt. (hæc Chriſto competiit ante mortem & reſurrectionem. v. Ioh. 5.21. &c.) at in minore angelum creatum. ſunt ergo quatuor termini.

VII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VII.

5. Si Chriſtus in transfiguratione illa in monte ſancto, quæ typus quidam & præludium futuræ glorificationis erat, non tantum ipſe & vultus ejus, ut ſol reſplenduit, ſed etiam veſtes inſolita luce refulſerunt, Matth. 17. 2. multo magis in ipſa glorificatione talis apparere debuit: Atqui poſt reſurrectionem talis non apparuit: ergo nondum fuit glorificatus. Reſp. neg. major. etenim

VIII.

Debuiſſet quidem Chriſtus poſt reſurrectionem talis apparere, ſi tantum fulgorem diſcipuli, à quibus agnoſci voluit, ferre potuiſſent. At non potuerũt illa infirmitate, nec Chriſtum ita agnoviſſent. v. Act. 9. 7. & 22. 11: quapropter eis ſeſe accommodans, ſplendorem ſuum & gloriam pauliſper occultare voluit, ſive oculos diſcipulorum tenere, ne in illos incurreret. confer Luc. 24. 16.

IX.

Ut ergo fuit virtutis divinæ, temporaria transfiguratio corporis *mortalis* in monte, ſic ejuſdem virtutis fuit temporaria occultatio ſplendoris in corpore *glorificato*. alias ſolutiones omittimus, cum hæc ſufficiat.

X.

6. Fideles glorificati *fulgebunt ut ſol*, Matth. 13. 43. multo ergo magis Chriſtus ita ſplenduiſſet poſt reſurrectionem, ſi glorificatus fuiſſet: alioqui conditio Chriſti glorificati deterior fuiſſet conditione fidelium glorificatorum. Reſp. Neg. conſeq. Nam habere gloriam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

& eam vel oſtendere, vel occultare pro libitu, ad bonum electorum, nullam dicit imperfectionem.

XI.

Porro, κατὰ τὸ βίαιον hoc retorqueri poteſt in adverſarios. Ex eorum enim hypotheſi ſequitur, Chriſtum deteriori conditione fuiſſe quam fideles. ſiquidem hi reſurgent glorioſi, Chriſtus autem, ut ipſi putant, reſurrexit inglorius. hi amplius mori aut interire non poterunt, at Chriſtum & mori potuiſſe, & ſecundum corpus interiiſſe ipſi fingunt &c. ſic in ſcrobem quam nobis foderunt prolabuntur.

XII.

7. *Oportuit Chriſtum ita pati, & in gloriam ſuam intrare.* Luc. 24. 26. ergo cum hoc diceret nondum intraverat. Reſp. Imo, ergo jam tum intraverat, ſiquidem deſierat *pati*. Hoc etiam eſt contra adverſarium.

XIII.

8. *Qui ſumus in hoc tabernaculo non cupimus eo exui, ſed ſuperindui, ut abſorbeatur mors à vita.* 2. *Corint.* 5. 4. ergo Chriſtus poſt reſurrectionem retinuit corpus mortale, quod aſcendens in cœlum depoſuit aut amiſit, & in locum ejus ſpiritum vitæ aſſumſit, ſeu in ſpiritum converſus eſt. Reſp. imo contrarium ſequitur, cum neget Paulus nos hoc tabernaculo, *exui*, quod fieret ſi illud *in nihilum redigeretur*, ſed, eo manente, nos *ſuperindui* .i. ejus nuditatem (quæ eſt imbecillitas & mortalitas) veſte perennitatis contegi. id vero in ipſo reſurrectione accidit, non uſque ad momentum aſcenſionis differtur.

XIV.

XIV.

9. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſal. 2.7. Hoc refertur primo ad reſurrectionem, deinde ad glorificationem in dextera Patris. ergo in reſurrectione nondum erat glorificatus. Reſp. Omnia falſa & ſcopæ diſſolutæ. nam 1. nec in reſurrectione Chriſtus eſt factus Filius Dei, ſed manifeſtatus. Rom. 1. 4. 2. nec dies reſurrectionis cum die aſcenſionis & ſeſſionis ad dexteram Patris dies unus eſt (prout Socinus per τὸ *hodie* unum aliquem diem deſignari ſtatuit) ſed duo: quorum hic ab illo quadrageſimus fuit. 3. Si per filiationem (de qua David) intelligitur glorificatio, & per *hodie* dies reſurrectionis, ſequitur Chriſtum in reſurrectione glorificatum fuiſſe. & hoc ergo telum in eum qui emiſit reſultat.

XV.

10. *Caro & ſanguis non hæreditabunt regnum Dei.* 1. Corinth. 15. 50. Ergo Chriſtus cum glorificaretur carnem & ſanguinem non habuit, nec cum ea haberet adhuc erat glorificatus. Reſp. Caro & ſanguis apud Paulum intelligenda, non reſpectu ſubſtantiæ, ſed corruptibilitatis. addit enim: *nec corruptio incorruptionem.* ſi ergo corruptibilem carnem Chriſtus reſurgens habuiſſet, procederet adverſarii argumentum. ſed hoc ſumere, eſt principium petere.

XVI.

11. *Eſcæ ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & illas abolebit,* ſcilicet in glorificatione. 1. Cor. 6. 13. At in Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

in Chriſto poſt reſurrectionem venter non fuit abolitus, ergo glorificatus non fuit. *Reſp.* Si venter prorſus abolendus eſt, utique & reliquas partes, totum videlicet humanam corpus aboleri neceſſe eſt. (atque hæc eſt Socinianorum opinio) Non igitur eſt carnis reſurrectio. fruſtra enim reſurgeret quod non intrabit in gloriam. at contrarium v. Iob. 19.25.26.27. Ezech. 37. Dan. 12. 2. Ioh. 5.28. 1. Theſſ. 4.14. quapropter

XVII.

Ad majorem dicimus: *Abolebitur venter* quoad uſus ad vitam animalem pertinentes, ſed non abolebitur ipſa ſubſtantia, quæ reſurget ſpiritualis, potens, in gloria; qualis Chriſti eſt, cujus corpori noſtrum corpus ipſe conforme reddet, non quiddam aliud à noſtro corpore diverſum. Phil. 3.21.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXII.

DE

Unica Chriſti aſcenſione, adverſus Socinianos,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

FRANCISCVS WINTERVS.

Ad diem 24. *Novemb. horis locoque ſolitis.*



LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIϽ IϽ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ libertatis Propugnatoribus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Præ-Nobili ac Præ-Generoſo Heroï,

D. D. IACOBO van WASSENAER, Hollandiæ Occiduæque Friſiæ Equiti præſtantiſſimo, Toparchæ in *Warmondt*, *Eſſelickerwoude* excellentiſſimo,

Patrono ac Mæcenati ſuo omni obſervantiâ ſibi colendo.

NEC NON

Reverendis, Doctiſſimis, ac Celeberrimis Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct. & Collegii Theologici Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi ſuo honorando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. in almâ Batavorum Academiâ Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Collegii Pro-Regenti ſagaciſſimo, quam plurimum de ſe merito.

Hoſce primos ſtudii Theologici fructus eo quo par eſt animo,

offert

FRANCISCUS WINTERUS. *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXII.

DE

Unica Chriſti aſcenſione, adverſus Socinianos.

THESIS I.

CHriſtum à morte & reſurrectione ad cœlos aſcendiſſe, inter Chriſtianos extra controverſiam eſt. ſed huic aſcenſioni aliam præſtruunt Sociniani, dicunt enim, *eum ab initio ſui miniſterii aſcendiſſe in cœlum, & inibi à Patre edoctum, ſic rurſum è cœlo deſcendiſſe.* v. Smalcium contra Mart. Smiglecium de verb. Incarn. c. 8. & de divinit. Chriſti c. 4.

II.

Hoc confinxerunt, ut evaderent vim argumenti, quo utimur ad demonſtrandam divinam Chriſti naturam, ex iis locis, qui dicunt eam *è cœlo deſcendiſſe*. Joh. 3. 13. & 6. 38. aſcendiſſe *eo ubi prius erat*. v. 62. *de ſupernis eſſe*. c. 8. 23. *Exiviſſe à Patre*. c. 16. 28. quæ non poſſunt intelligi de humana ejus natura, ut quæ nata eſt in terra, ſed neceſſario de alia, videlicet divina. hoc, inquam, ut evadant, corporalem hunc aſcenſum & deſcenſum fabulati ſunt, de quo nunc agemus.

III.

Ac primum noſtrum adverſus eos argumentum eſt: *In rebus divinis auctoritate tantum divina ſtandum eſſe.* ut recte Smalcius & reliqui Photiniani nobiſcum urgent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Jam è ſacris literis nos doceant, ubi prædictum, ubi narratum, ubi ſcriptum ſit, Chriſtum diſcendi cauſâ in cœlum à Patre evocatum fuiſſe ? nec vola nec veſtigium tantæ rei apparet, unde inter cerebri humani deliria merito à nobis rejicitur.

IV.

2. Remotâ cauſâ removetur effectus. Cauſa ob quam Chriſtus putatur poſt baptiſmum in cœlum aſcendiſſe, eſt cognitio paternæ voluntatis, (nam, ut Smalcius loquitur, *Chriſtus in cœlo à Deo euangelium didicit)* At hæc cauſa nulla eſt, nam hoc antea noverat: Duodecennis quippe in templo vocationis & ſapientiæ ſuæ ſpecimen edidit. Luc. 2. 46. 47. ibidem v. 52. dicitur *profeciſſe ſapientiâ, & ſtaturâ, ac gratiâ apud Deum & homines.* Accepto baptiſmo *plenus Spiritu Sancto reverſus fuit à Iordane, & actus ab eodem Spiritu in deſertum.* Luc. 4. 1. Ergo alius datur modus quo Chriſtus omnium eorum, quæ nos docuit cognitionem hauſit, nec propterea in cœlum aſcendere neceſſe habuit.

V.

3. Præpoſterum eſt, Chriſtum à baptiſmo demum à Patre in cœlum vocatum & ibi inſtitutum fuiſſe. quia jam modò baptizatus, & voce Patris, & apparitione Spiritus Sancti, tanquam publicus Orbis doctor ſolenniter declaratus erat. fatente Smalcio de Divinit. Chriſti. c. 4. v. Matth. 3. 16. 17. Luc. 3. 21. 22. jam vero doctus inauguratur, non docendus. miniſterio initiandus docetur, non initiatus. unde initiatio illa in cœlo prorſus eſt ſupervacanea.

VI.

4. Repugnat etiam modus loquendi in citatis ſcripturæ locis uſurpatus. quando enim aliquo ſeceſſimus, & inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

& inde rebus confectis locum priorem repetimus, dicimur *redire, regredi, reverti* &c. ἐπανέρχεσθαι, Luc. 10. 35. ὑποστρέφειν. Luc. 8. 37. πάλιν ἀνακάμπτειν. Act. 18. 21. Itaque ſi Chriſtus è terra prius in cœlum aſcendiſſet, & è cœlo in terram iterum deſcendiſſet, utique vel ſemel ſe *rediiſſe*, ſe *rurſus exiiſſe*, ſe *regreſſum eſſe è cœlo*, vel *à Patre*, dixiſſet. At hic nuſquam τῷ πάλιν vel ſimili utitur. ſed ubique: *Exivi*, inquit, *à Patre, veni è cœlo, deſcendi è cœlo.* nuſquam, *redii* &c. quomodo de reverſione ex hoc mundo ad Patrem loquitur Ioh. 16. 28. *Exivi à Patre, & veni in mundum, ITERUM relinquo mundum, & vado ad Patrem.*

VII.

5. Luc. 24. 26. *Nonne oportuit hæc Chriſtum pati, & introire in gloriam ſuam?* Poſt mortem ergo, quam præcedere *oportebat*, in gloriam ſuam Chriſtus introiit, non ante eam.

VIII.

Putidum eſt, quod Smalcius neget eum primâ aſcenſione in gloriam introiiſſe. ſed tantum in locum gloriæ: Si enim rectè dicitur *à Patre honorem & gloriam accepiſſe*, quando ſplendente facie cum Moſe & Elia in monte ſancto egit, & quando vox è cœlo ſonuit, *Hic eſt Filius meus dilectus* &c. 2. Pet. 1. 16. 17. quanto major gloria fuerit, dum è terra in cœlum ſubvectus, & in cœlo edoctus ſtatuitur.

IX.

Verè ergo in gloriam introiiſſe dicendus eſſet, non tantum in locum gloriæ, quia, ut illi velut è tripode pronunciant, 1. A Patre in cœlum ſingulari modo elevatus fuit. 2. In cœlum introiit ut Filius Dei. 3. ibi per aliquot dies ſubſtitit. 4. cum Patre cœleſti familia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

riter converſatus fuit. 5. Patrem vidit facie ad faciem. 6. Patrem audivit, doctorem optimum maximum. 7. Ab eodem doctrinam euangelii hauſit. 8. & ad munus propheticum initiatus fuit. haud dubiè in conſpectu angelorum & beatorum hominum. ſi nullam hic gloriam agnoſcant hujus dramatis auctores, quid per gloriam intelligant, nunquam ritè explicabunt.

X.

6. Heb. 9. 12. *Chriſtus SEMEL ingreſſus eſt in ſacrarium*, .i. in cœlum. *ſemel*, non *bis*. quemadmodum pontifex Leviticus ſemel, non bis in anno ſacrarium typicum ingrediebatur. v. 7.

XI.

Potuit, inquit Smalcius, Chriſtus qui ſemel ingreſſus eſt *ut ſacerdos*, antea ingredi *alia de cauſa*, & *alio reſpectu* (vid. non ut ſacerdos, ſed ut propheta, nec ut propheta actu, ſed potentiâ) verum

XII.

Nec à poſſe ad eſſe recte concluditur, nec ullum prophetam nominare poſſunt, qui, ut typus Chriſti, vel in ſacrarium templi ingreſſus, vel etiam in cœlum à Deo ſublatus, & ibidem edoctus ſit. Denique, ſi hoc verum eſſet, peſſime Apoſtolus diceret *Chriſtum SEMEL ingreſſum eſſe*. qui revera bis fuiſſet ingreſſus. nam idem Chriſtus qui ſacerdos erat, etiam erat propheta. Sicut autem reſpectus gemini officii perſonam nihil mutat, ita numerum ejus actionum nec auget nec minuit.

XIII.

7. Tempus quo hunc aſcenſum contigiſſe conjectant, nempe, *cum Dominus jam baptizatus, & Spiritu Sancto donatus quidem eſſet, munus vero ſuum obire nondum cœpiſſet, cum ſcilicet quadraginta dies, & totidem noctes, jejunus in*

deſerto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

deſerto conſumſit, prorſus nullam habet veriſimilitudinem. Etenim

XIV.

Chriſtus ἐυθέως, .i. *ſtatim* à baptiſmo à Spiritu in deſertum actus fuit. Marc. 1. 12. ut nulla ſit ſuſpicandi anſa, eum ἐυθέως *ſtatim* in cœlum vocatum fuiſſe, contra inſultus Satanæ muniendum.

XV.

Nec in deſertum abductus fuit, ut inde clam raperetur in cœlum, ſed, *ut tentaretur à diabolo*. Matth. 4. 1.

XVI.

In illo ipſo deſerto, ἐκεῖ, quadraginta dies manſit. Marc. 1, 13. non *alibi*, ac proinde, nec *in cœlo*.

XVII.

Fuit ibidem *cum feris*. Marc. quo ſupra. æquè facile potuit dicere (& rei pondus id magis exigebat:) *Erat aliquandiu cum Patre in cœlo*, ſi id accidiſſet.

XVIII.

Finita omni tentatione, diabolus abſceſſit ab eo ad tempus. Reverſus eſt autem Ieſus cum virtute Spiritus in Galilæam. Luc. 4. 13. 14. Videmus in tota hac hiſtoria, .i. ejus principio, medio, fine, nullam rimam patere cui intrudatur imaginoſus iſte aſcenſus.

XIX.

Quod animadvertens Smalcius, nihil referre ait, quo is tempore contigerit, modo conſtet de facto. & exemplum *ſimillimum*, ut ipſe quidem putat, in ſubſidium vocat, raptum videlicet Pauli in tertium cœlum. 2. Cor. 12, 2. expendamus ſimilitudinem quam jactat:

XX.

1. Raptus Pauli diſertè narratur, unde τὸ ὅτι eſt extra controverſiam.

XXI.

2. Raptus Pauli vocatur *viſio* & *revelatio*. v. 1. non inanis & dubia ſpeculatio.

XXII.

3. Ejuſdem exprimitur *cauſa efficiens*, vid. *Dominus*. ib.

XXIII.

4. *Tempus*; *ante annos quatuordecim*, quando ſcil. hæc ad Corinthios ſcribebat. v. 2.

XXIV.

5. *Locus*, *in tertium cœlum*. v. 2. *in paradiſum* v. 4.

XXV.

6. Quid ibi egerit? *Audivit verba ineffabilia quæ homini non liceat loqui*.

XXVI.

7. *Vidit Chriſtum*. 1. Cor. 9. 1. quod ipſe Smalcius ad hanc hiſtoriam refert.

XXVII.

8. Quæ omnia *vere ſic eveniſſe* (licet modum ignoret v. 2. 3.) non modo affirmat, ſed & *gloriatur* v. 2. 3. 5.

XXVIII.

At horum ne tantillum quidem de aſcenſu Chriſti ad cœlum ante reſurrectionem, è ſcriptura vel allatum hactenus fuit, vel unquam poterit afferri. unde valdè obeſæ naris eum eſſe oportet, qui hæc diſſimillima pro *ſimillimis* ſibi pateretur obtrudi.

COROLLARIA.

1. *In prædeſtinatione homines Deo objiciuntur pares & æquales, ita ut eorum diſcretio non à prædeſtinatis, ſed à prodeſtinante ſit.*
2. *Cauſa prædeſtinationis impulſiva extra divinum beneplacitum nulla eſt.*
3. *Electorum & reproborum certus eſt numerus, qui nec augeri nec minui poteſt.*
4. *Decretum prædeſtinationis eſt inmutabile.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO C XXXIII.

DE

ECCLESIA,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

JACOBUS GYSIUS, Dord. Bat.

Ad diem Decemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Spectatiſſimiſque

VIRIS,

D. D. PRÆTORI, CONSVLI, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque inclytæ ac Florentiſſimæ DORDRACENORUM Reipublicæ SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus meis ſummo honore perpetuo colendis.

UT ET

Reverendo, Clariſſimo, Doctiſſimoque

VIRO,

D. IOANNI GYSIO, Gregis Ieſu Chriſti, qui eſt in STREEFKERCK, Paſtori fideliſſimo, indefeſſo, Parenti meo filiali amore ſemper proſequendo,

Hanc DE ECCLESIA *Diſputationem, officioſe, cumque reverentia,*

inſcribo

JACOBUS GYSIUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXXIII.

DE

ECCLESIA.

THESIS I.

QUæritur: An eccleſiæ Chriſtianæ omnes ab ævo apoſtolorum huc-uſque ſint apoſtaticæ, eo quod in illis verbum Dei infallibile, exponatur à miniſtris *fallibilibus*, & quidem *nomine Dei*? Affirmat auctor libelli, cui titulus: *Ad legem & teſtimonium.* nos negamus.

II.

Et primo hic in conſiderationem venit crimen apoſtaſiæ. 2. rationes cur id eccleſiis impingatur. de priori ſic diſputamus:

III.

1. Si vera eſſet ſententia adverſarii, ſequeretur, poſt exceſſum Apoſtolorum uſque ad hæc tempora nullam veram eccleſiam fuiſſe. quod repugnat dicto Chriſti: *Ecce, ego ſum vobiſcum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. Matth.* 28. 20.

IV.

2. Quo admiſſæ expungendi eſſent è ſymbolo Apoſtolico duo articuli. 1. de *Eccleſia ſancta catholica.* 2. de *Communione ſanctorum*. primum per ſe clarum eſt. ſecundum quoque ex eo ſequitur. ubi enim nulla eſt eccleſia vera, quænam ibi eſſe poteſt vera fidelium communio?

V.

3. Si apoſtaſia eccleſiis omnibus poſt apoſtolorum tempora adhæſit, & quidem ea quæ 2. Theſſal. 2. 3. deſcribitur, quæque myſterium iniquitatis κατ᾽ ἐξοχὴν dici debeat (ut ſit ab adverſario) omnia quæ ibi dicuntur ab eo explicanda & eccleſiis applicanda erunt. quis ergo ei eſt, *homo ille peccati, filius perditionis, ſeſe opponens & efferens ſupra quicquid dicitur Deus aut numen?* quid τὸ κατέχον; &c. Notum eſt, ut hic locus à Theologis accipiatur de Antichriſto, quem Reformati papam eſſe non dubitant. Si adverſarius hic omnia alia ſentiat, exponat, & ecclefiis ubi verbum Dei pure docetur ea appropriet. hoc nunquam poterit.

VI.

Prima ratio adverſarii, ab eo deſumta quod verbum Dei in illis eccleſiis docetur ab hominibus *fallibilibus*, nullius eſt pretij. Etenim:

VII.

Vt in Vet. Teſt. infallibili quidem auctoritate leges tradidit, Deo edicente, Moſes, conſtitutas autem interpretabantur (Deo itidem ordinante) quilibet ſacerdotes, qui utique fallere poterant & falli:

VIII.

Sic quoque ſub euangelio, qui illud primo docerent, conſcriberentque, ſpiritu infallibili agi neceſſum fuit, ſed ut continuaretur doctrina illa à concionatoribus itidem infallibilibus, nec Deus voluit, nec neceſſitas exegit.

IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

Quod & ipſum obtinet in politicis. qui enim primo leges condunt, eorum habetur auctoritas certa legum ferendarum, quæ tamen poſtea committuntur explicandæ non authenticis expoſitoribus, ſed qui ad mentem & ſententiam legum-latoris aſtringuntur rectè exponendam, quamvis & errare poſſint, & ſubinde errent.

X.

Verum eſſe quod diximus, patet Eph. 4. 11. ubi *Chriſtus* dicitur *dediſſe hos quidem apoſtolos, illos vero prophetas, illos vero euangeliſtas, illos vero paſtores & doctores.* poſtremi hi non erant infallibiles, fatente adverſario. Erotem. 11. 12. ergo vel deſerenda ei eſt criminatio de apoſtaſia, vel Chriſtus ipſe auctor & fundator apoſtaſiæ blaſphemè ſtatuendus.

XI.

Eccleſia, ſive ab infallibilibus, ſive à fallibilibus miniſtris adminiſtretur, *purum euangelium* docet, quod eſt *Virtus Dei ad ſalutem omni credenti.* Rom. 1. 16. & *verbum* illud quod eſt *utile ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam in juſtitia: ut perfectus ſit homo Dei &c.* 2. Tim. 3. 16. 17. confer 1. Cor. 14. 25. 1. Theſſ. 1. 5. & 2. 13. ubicunque autem id ſit, ibi apoſtaſia eſſe non poteſt.

XII.

Phil. 1. 18. Apoſtolus ait: *Quocunque modo, ſive in ſpeciem, ſive ſincerè, Chriſtus annunciatur; & de hoc gaudeo, atque etiam gaudebo.* ita nos à fortiori: *quocunque modo, ſive per hominem fallibilem, ſive infallibilem* pura veritas

annunciatur, gaudere debemus, nec eccleſiæ ubi id fit divortium mittendum.

XIII.

Si ideo verbi divini præconium condemnandum eſt, quia fit per miniſtros fallibiles; ergo & ſ. ſcriptura qua vulgo in verſionibus utimur, eadem culpa involvetur, quia & illa per fallibiles interpretes in noſtram aliamve linguam tranſfuſa, non eſt indubie infallibilis & authentica, ſed errorem continere poteſt, ſæpiuſque & plures habet. v. adverſar. Erotem. 107. conſtat tamen eam omnibus ubique linguis eſſe propagandam.

XIV.

Secunda ratio, inde petita, quod à fallibilibus miniſtris verbum Dei annuncietur *Nomine Dei*, etiam nihil habet ſolidi. nam primo:

XV.

Omne (inquit Paulus) *quodcunque feceritis, ſive verbo, ſive opere, in nomine Domini Ieſu* id facite, *gratias agentes Deo & Patri per ipſum*. Col. 3. 17. ſi omnia, ergo & præconium verbi divini.

XXVI.

2. *Ubi duo vel tres* (ait Chriſtus) *ſunt congregati, in meum nomen, ibi ſum in medio illorum*. Matth. 18. 20. cœtus ergo omnes eccleſiaſti & συνάξεις in nomine Chriſti habentur.

XVII.

3. *Ite, docete omnes genles* (ait idem ſummus doctor) *baptizan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Docentes eos ſervare omnia quæ mandavi vobis. nequis autẽ putet id tantum ad Apoſtolos pertinere, addit: *Et ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi.* Matth. 28. 19. 20. ergo & miniſtri poſt apoſtolorum tempora victuri, in Dei nomine agere debebant.

XVIII.

4. *Ego veni in nomine Patris mei* (ait idem Dominus) *& non recepiſtis me: ſi alius venerit in nomine proprio, illum recipietis.* Io. 5. 43. Ubi adverſis frontibus opponit τὸ *venire in nomine Dei,* & *Venire in nomine proprio.* prius miniſtris veris, poſterius tantum falſis convenire ſignificans.

XIX.

5. Non ſunt oppoſita, ſed ſubordinata, nomine Dei quid fieri, & nomine eccleſiæ. imo quod nomine eccleſiæ vere ac rite fit, non niſi Dei quoque nomine fieri exiſtimandum eſt. ſic conciones fiunt & Dei nomine, & vocatione à Deo per eccleſiam accepta.

XX.

6. 2. Cor. 5. 20. *Nomine Chriſti* (inquit Paulus) *legatione fungimur, & velut Deo vos rogante per nos, oramus Chriſti nomine, ut reconciliemini Deo.* Id præcipuè quidem pertinet ad apoſtolos, qui infallibiliter ex peculiari ordine ac gratia legatione fungebantur, ſed & ratione communi ad omnes eccleſiæ miniſtros, quatenus *juſſu* & *mandato* Dei conciones habent, ejus ope & benedictione ſibi promiſſis in eis nituntur, & in honorem ac cultum ejus illas dirigunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXI.

Hoc ita verum eſt, ut ipſi adverſario confeſſionem extorſerit. ita enim loquitur Erotemate 12. *Perſonæ quæ unicum illud euangelij verbum PRO DEO LEGATIONE FVNGENDO prædicare DEBEBANT ET POTERANT, ea re ab invicem diſcrepabant, quod quædam illarum PRO DEO LEGATIONE FVNGENDO, in verbi illius merâ puritate ſemper ſtarent, & ab eâ deflectere ſive conſcie ſive inſciè nec vellent nec poſſent; quales erant Apoſtoli, eorumque ſimiles: quædam autem illarum perſonarum PRO DEO LEGATIONE FVNGENDO, aut in verbi illius merâ puritate ſtare, &, vel conſciè, vel inſciè DEFLECTERE POSSENT; quales erant præfati illi PARTICVLARIVM ECCLESIARVM MINISTRI*. Habemus fatentem reum, itaque nihil addimus.

COROLLARIA.

1.

Opera Dei ad extra ſunt indiviſa.

2.

Ad creationem requiritur virtus infinita.

3.

Creatio non poteſt eſſe ab æterno.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXIV.

DE

ECCLESIA,

ALTERA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

GUILIELMUS de QUESNOY, Harlemenſis.

Ad diem 4. Decemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac celeberrimæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis honorandis.

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque

VIRIS,

D. IOHANNI DERMOUTIO,

D. BERNARDO WYNGAERDEN, S. S. Theol. Doct.

D. NICOLAO BALBIANO, Med. Doct.

Eccleſiæ Leydenſis Paſtoribus vigilantiſſimis, indefeſſis, ſtudiorum meorum Fautoribus ac Promotoribus ſummis.

Hoc Exercitium Theologicum,

ſubmiſſe offero,

GUILIELMUS DE QUESNOY.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C XXXIV.

DE

ECCLESIA,

ALTERA.

THESIS I.

QUæritur: An, relictis eccleſiis noſtris, *Eccleſia conniventiæ* ſit erigenda? .i. talis quæ non ſub Dei *beneplacito*, ſed *offenſione* & *tolerantiâ* colligatur? Affirmat auctor qui ſup. nos negamus.

II.

1. Quia in cultu divino omnia agenda ſunt juxta *typum oſtenſum* .i. formam à Deo præſcriptam. Hebr. 8. 5. at talis eccleſiæ forma nuſquam in ſ. literis reperitur.

III.

2. Quia vel *Dei* vel *eccleſiæ* nomine (juxta diſtinctionem adverſarii) hæc eccleſia colligenda foret. Non *Dei* ob rationem jam dictam, & ipſius adverſarii confeſſionem: non *eccleſia*, cum nullam eccleſiam in generali hac totius Chriſtianiſmi apoſtaſiâ agnoſcat.

IV.

3. Quia illa ipſa *eccleſia conniventiæ* corrupta erit, fatente adverſario, qui *tolerandos* in eâ *errores* dicit: imo in eo ipſo in quo apoſtaſiam nobis affingit defectuoſa, quod videlicet deſit ei verbum orale concionatorium *infallibile*. unde hac permutatione nihil lucri fecerit.

V.

4. Qui ab illa eccleſiâ aberunt ea ſine quibus eccleſia partim nullo modo, partim non rectè conſiſtere poteſt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ut *preces, cautiones, catechiſmi, confeſſiones, officia paſtorum, presbyterorum, diaconorum, anagnoſtæ, conſolatores, conventus, acta conſiſtorialia, claſſicalia, ſynodalia, formulæ adminiſtrandorum ſacramentorum*, &c. *Scholæ* item, ac *ſtudia*, hæc enim omnia ab eccleſiis jubet exterminari Erot. 148. Chaos profecto & Babel id futurum eſt merum, non eccleſia. contra 1. Cor. 14. 40.

VI.

5. Quia in illa eccleſia *ſuperſedebitur* tum *à publica profeſſione fidei à Chriſtianis depoſcendâ*; tum *à ratione convertendi errantes & ignorantes præſcribenda*. hæc enim cum nobis ut omittamus injungat (Erot. eodem) ſibi idem quoque ſequendum novit. id vero eſt eccleſiam non conſtituere, ſed evertere, dum præcipuus ejus ſcopus è medio tollitur.

VII.

6. Quia nullus Chriſtianorum cœtus erit, ad quem infideles poterunt invitari vel adduci, non ad noſtros, illi enim ſunt apoſtatici, non ad cœtum conniventiæ, quia ille nondum erat, cum adverſarius Iudæos v. g. convertendos ſibi proponeret, nec poſtquam erectus eſt, ad tam defectuoſum gregem quiſquam facile adducetur. occurret quippe illud: *quod fugiam video, quod ſequar non habeo*. ita omnis religionis everriculum fiet iſta ſecta.

VIII.

7. Si in ſuâ eccleſiâ ſufficere exiſtimet, ſolum ſ. ſcripturæ contextum legi, eumque ſic prout jacet, abſque ullis explicationibus pro catechiſmo & confeſſione haberi, quo omnes in Chriſtianiſmo ſectæ redeant ad unum q. ovile, ſequetur 1. *Scepticiſmus*, nihil certi habens ex tot incertis ſcripturæ explicationibus, ſed de omnibus

bus tam facile dubitans, quam alicui aſſentiens. 2. *Samaritaniſmus*, omnium errorum, hæreſium ac contradictionum fœda commixtio, dum unum eundemque textum hic Sociniano, ille pontificio, alius anabaptiſtico, alius forte, orthodoxo ſenſu accipiet. 3. *Libertiniſmus*, quo ſuſque deque habeant illius cœtus homines quid ſentiant, modo corticem verborum ſcripturæ ſuperficietenus retineant.

IX.

Quæritur 3. An poſt eccleſiam conniventiæ, redibit eccleſia Apoſtolica, ſive, tempus illud quo ſpiritus infallibilis, conciones indubiè veræ divinæque erunt, ac demum nomine Dei licebit eccleſiam colligere & inſtituere, ſacraque adwiniſtrare? Affirmat adverſarius. nos negamus.

X.

1. Quia id affirmat ſine ulla probatione. quam non minus ab illo, quam ab aliis erronibus expoſcimus. Affirmanti enim incumbit probatio.

XI.

2. Quia non modo talis ſtatus nuſquam promiſſus, ſed potius miſeria & improbitas temporum circa mundi finem prædicta. Matth. 24. 12. Luc. 18. 8. &c.

XII.

3. Quia qualis ea eccleſia futura ſit, non ſatis clare ab adverſario explicatur. unde quærere licet: 1. an in ea omnes doctores futuri ſint infallibiles, an aliqui tantum? 2. an docturi ſint hoc idem Dei verbum, quod nos in ſcriptis habemus, an aliud, non minus infallibile ei addituri? 3. An illud quoque conſcribendum ſit, ita ut ſ. ſcriptura augeatur? 4. An populus quoque futurus ſit infallibilis & indefectibilis, ita ut verbum illud unanimiter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nimiter accipiat? 5. An ſtatus ille uſque ad finem mundi duraturus ſit? 6. Annon felicior ille ſtatus futurus ſit primævo apoſtolico? 7. An etiam hæreſes & ſchiſmata erunt &c. Hæc poſtquam nobis enodarit, de re tota (ut ipſe loqui aſſolet) accuratè cogitabimus.

XIII.

4. Quia hæc opinio convenit cum deliriis multorum hæreticorum ac fanaticorum tam antiqui quam novi ævi, & in illis tanquam heterodoxa pridem exploſa eſt. ut enim Iudæos omittamus, qui Eliam expectant, omnia ipſis obſcura patefacturum, futurum eccleſiæ in terris ſtatum feliciſſimum & perfectiſſimum ſomniarunt Montanus hæreticus, Donatiſtæ, Chiliaſtæ, Ioannes Parmenſis euangelii æterni auctor, Ioannes Strinchius Begoardorum primipilus, David Georgius, Henricus Nicolai, Anabaptiſtæ Monaſterienſes, Paracelſus, Weigelius, fratres Roſeæ-crucis, inter Socinianos Franc. Puccius, & Matthæus Radecius. &c.

XIV.

Tales ſunt & inter hodiernos Angliæ turbones qui dicuntur *Sceptici* ſive *Quæſtioniſtæ, Quærentes, expectantes (Seechers, and Waiters)* ii *eccleſiam negant alicubi exiſtere, ſed in futurum expectant miraculoſam cœtus Chriſtiani per Apoſtolos vel apoſtolicos viros reſtitutionem: miniſterium, ſacramenta, diſciplinam eccleſiaſticam rejiciunt, atque id ideo, quia jam nullus ſit apoſtolus. Plane illicitum eſſe* ajunt *concionari tanquam in Eccleſiâ, ſed eatenus licere, ſi concioneris ut expectans diſcipulus .i. Chriſtianis non licere concionari poſitivè, ponendo & aſſerendo certi quid, ſed tantum conferendo, arguendo, diſputando.* planè ut in cœtu conniventiæ. v. Honor. Regg. de ſtatu eccl. Brit. hodierno. Horum numerum auxit hic noſter, ideoque eâdem merito fideliâ dealbatur.

XV.

Quâ vero ex parte hæc ſententia jubet in eccleſiâ ſolum ſ. ſcripturæ contextum abſque expoſitionibus legi, haberique eum pro omni vel catecheſi vel confeſſione, conſpirat cum doctrinâ Arminianorum in ſchiſmatis initio.

XVI.

Inter quos Adolphus Venator Anno 1617. librum edidit hoc titulo: *Theologia vera & mera, lactentium & infantium in Chriſto. Liber fundamentalis, purus, dilucidus, ac univerſalis, per meras ſcripturas Vet. & Novi Teſt. ſine præjudicio cujuſque inter Chriſtianos ſectæ, & in uſum cunctarum eccleſiarum. quo Chriſtianiſmus per* 14 *ſecula caruit &c.*

XVII.

At nec impoſtor ille potuit præſtare quod promiſit. nam quæſt. 4. interrogat: *An æternum gaudium futurum ſit piis, & infernalis dolor malis?* quod non potuit decidere ſane præjudicio Socinianorum, qui dolorem inferni negant, & æternam annihilationem ei ſubſtituunt.

XVIII.

Paulo poſt quærit: *Suntne ergo infantes innoxii, eoque in ſtatu conſtituti, in quo Adamus ante lapſum fuit?* quod affirmat, ex Deut. 1. 39. & Ionæ 4. 11. in præjudicium omnium qui peccatum originale credunt.

XIX.

Pag. 4. 13. docet *pedilavium (tanquam tertium ſacramentum) perpetui uſus inter Chriſtianos eſſe debere.* ex Joh. 13. 5. 14. 15. quod nec totidem verbis ibi legitur, nec ſine præjudicio pontificiorum, Reformatorum &c. dici poteſt.

XX.

Pag. 5. 31. de *ſeptem donis Spiritus Sancti,* & *novem beatitudinibus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

titudinibus, diviſionem papiſticam inculcat. cui reformatos refragari noſſe debebat.

XXI.

Libros V. Teſt. tantum recenſet pro veris & canonicis illos qui à nobis pro talibus habentur. quod ſine præjudicio papiſtarum fieri nequit.

XXII.

Pag. 21. ait *hominem ex bonis operibus juſtificari.* ea videlicet juſtificatione qua *coram Deo conſiſtimus*, quæque ſita eſt in *remiſſione peccatorum.* p. præced. adverſus doctrinam eccleſiæ reformatæ &c.

XXIII.

Quare Remonſtrantes, quamvis ejuſmodi conſilium ſibi non diſplicere initio præ ſe ferrent, atque etiam deprædicarent, poſtea tamen vanitate ejus animadverſa, ad Confeſſiones nomine ſuorum cœtuum edendas, & Apologias ac catechiſmos ſe compoſuerunt, eaſque prout de articulis inter Chriſtianos controverſis agunt, *aliis quam meris ſcripturæ verbis* componi poſſe concedunt. Apol. p. 5. Et Auctor quoque quem hic refutamus, in dogmate illo ſibi parum conſtat, ut ex præcedentibus apparet.

COROLLARIA.

1. *Singulis hominibus ſingulos angelos cuſtodes eſſe attributos è ſcriptura demonſtrari nequit.*
2. *Multo minus, eis vicarium orbis regimen commiſſum eſſe.*
3. *Vt nec, cœlum ab illis rotari.*
4. *Subſtantiæ ſunt, non motus, aut affectus.*
5. *Incorporei ſunt & immateriales.*
6. *Simplices ſubſtantialiter, non tamen accidentaliter, cum componantur ex ſubjecto & accidentibus.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXV.

DE
ECCLESIA,
TERTIA:

QUAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,
D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,
Publicè defendet
PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.
Ad diem 8. *Decemb. horis locoque ſolitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis,

POTENTISSIMÆ

AMSTELODAMENSIVM

REIPUBLICÆ

SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus ſumma reverentia colendis.

NEC NON

Honeſtiſſimis, Ornatiſſimis Iuvenibus, pietate atque omni eruditione Conſpicuis,

D. FRANCISCO REAEL, } *Hi vero Iuris utriusque ſtudioſiſſimis,*
D. PETRO SCHAEP,
D. FRANCISCO SIX, } *Ille vero Hiſtoriarum ac Politiæ ſtudioſo ſummo, amicis meis colendis.*

Hoc Exercitium Theologicum,

ſubmiſſe offero,

PETRUS MUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXXV.

DE ECCLESIA, TERTIA.

THESIS I.

QUæritur 1. An hodie ſit aliqua eccleſia triumphans? Negat Smalcius contra Frantz. Diſp. 8. *Error eſt* (inquiens) *dum theſi* 25. *eccleſiam inviſibilem partitur Frantzius in triumphantem & militantem*. Nos affirmamus ex 2. Tim. 4. 7. 8. &c. Examinemus rationes in contrarium.

II.

1. *Nulla* (inquit) *revera nunc eſt triumphans, ſed olim futura eſt, cum Chriſtus Ieſus venerit, redditum unicuique ſecundum opera ipſius*. unde Diſp. de perſ. Chriſti ad theſ. 75. negat *beatos pervenire ad cœlum, quaſi ſcilicet ſinguli poſt mortem ſtatim perveniant ad beatitatem*. Nos contradicimus, diſtinguendo inter judicium *univerſale ac publicum*, & *particulare ſive privatum*. illud ſupremo illo mundi die celebrabitur, hoc vero in morte quilibet ſubit. alioqui cum Chriſto eſſe fruſtra optaret Paulus poſt ſui diſſolutionem. Phil. 1. 23. v. & Apoc. 14. 13.

III.

Et perperam quoque Chriſtus diceret Luc. 20. 38. *Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum Deo vivere*, quod & ad omnes fideles ſpectat, *quorum* (ut illorum) *Deus* eſt Deus, *non mortuorum* utique, *ſed viventium*. ut ibidem dicit Chriſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Ad hunc locum excipit Smalcius, poſſe aliquem *Deo vivere*, qui nunc NVLLVS EST, modo conſtet, eum olim iterum victurum in æternum. neque propoſitum fuiſſe Domino Ieſu, ut demonſtraret, Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum nunc eſſe re ipsâ, ſed eos ex mortuis reſurrecturos. De hoc enim, non de illo, quæſtionem fuiſſe inſtitutam. Et, ſi Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus ex mortuis ſint reſuſcitandi, quomodo (inquit) nunc vivunt re ipſa Deo? cum reſuſcitatio aliud nihil ſit, quam hominis, qui exiſtere deſierat, reiterata exiſtentia. hæc ille, imperitè. Etenim

V.

Diſtinguendum eſt inter vitam animæ, & vitam totius. Non dicit Chriſtus Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum vivere vitam totius, nam eo reſpectu non exiſtebant, ſed reſuſcitandi erant: hoc autem vult, Patriarchas iſtos vivere vitam animæ, & ex hoc probat, illos aliquando denuo reſuſcitandos eſſe, & corpora animabus ſuis reunienda. Quoad corpora ergo vivunt in ſpe, quoad animas vero reipſa beatitudine cœleſti perfruuntur, redierunt enim illæ ad Deum qui dedit eas. Eccl. 12.7.

VI.

Eodem ſpectant quæ Luc. 16.22.23. leguntur de divite epulone & Lazaro. nec obeſt quod replicat Smalcius, *parabolam eſſe, ideoque ex ea nihil certi de articulo fidei ſtatui poſſe, niſi id aliunde manifeſtè pateat.* nam

VII.

1. Aliunde veritatem hanc clare probari poſſe jam vidimus. 2. etiamſi ſit parabola, noſtræ tamen ſententiæ confirmandæ optimè inſervit. Utpote cinus ſcopus eſt, non adumbrare futurum hominum piorum & im-
piorum

piorum poſt diem judicii ſtatum, ſed illum quem ſtatim à morte ipſorum animæ ſortiuntur. Dives enim damnatus rogat Abrahamum, ut mittat Lazarum ad fratres ſuos. cui Abraham reſpondet, Habent Moſen & prophetas, audiant illos. At poſt diem judicii non erunt homines in hoc mundo, qui à futuris inferni ſuppliciis præmoneri, ac Moſen & prophetas audire poſſint.

VIII.

Cumque dicat v. 25. *Nunc autem hic ſolamen recipit, tu vero cruciaris*, evidens eſt, animas piorum conſolatione frui in cœlo, & conſequenter dari eccleſiam triumphantem, quod hic probandum erat.

IX.

Excellens quoque ejus rei teſtimonium eſt Luc. 23. 43. ubi Chriſtus latroni in cruce dicit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.*

X.

Hic quidam è Socinianis recalcritant, Latroni quidem promiſſum dicentes paradiſum cœleſtem, ſed dandum demum poſt reſurrectionem, dixiſſe autem Chriſtum *hodie eris*, propter certitudinem rei futuræ. Illud igitur *Hodie*, conjungendam cum voce *dico*, non cum verbo *eris*, ut ſenſus ſit: *Amen, hodie dico tibi, eris aliquando mecum in paradiſo.*

XI.

1. Verum, ſi hæc conjunctim volunt defendere manifeſta in eis contradictio eſt, nam *hodie* primo cum *eris*, mox cum *dico* conſtruunt. quæ ſimul non poſſunt conſiſtere. 2. Si diviſim, Negamus loqui Chriſtum de re poſt extremum judicium futura, ſed ipſo illo die, quo *ſpiritum* ſuum .i. animam (& ſimul etiam noſtras, quum à corporibus diſcedunt) commendabat in manus patris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

v. 46. 3. conſtructio τοῦ *hodie* eum *dico* prorſus inſipida eſt. nemo enim quicquam *dicit* niſi hodie. licet heri aliquid forte *dixit* & cras aliquid *dicturus eſt*. hinc latro non poterat dubitare an Chriſtus illo ipſo die ſecum loqueretur. nulla denique in voce ſic detorta eſt emphaſis.

XII.

Per adverbium igitur *hodie* Chriſtus reſpondere voluit ad adverbium *quando*, quod petitione latronis continetur: *Memento mei QVANDO veneris in regnum tuum.* ut ſit ſenſus: *Hodie* erit illud *quando*. Neque tantum in eo exauditus es, quod petiiſti *memoriam* tui à me non deponi, ſed ad regni Dei perfruitionem *hoc ipſo die* mecum re ipſa admitteris quæ ſanè ſunt ἐμφατικώτατα.

XIII.

Quæritur 2. An neceſſario ſemper detur aliqua eccleſia militans? Negat Oſtorodus de Eccl. Diſp. 8. ſect. 9. & alibi, ac ex eo Smalcius. Nos affirmamus ex Matth. 16. 18. & 28. 20. Ioh. 14. 16. & 16. 13. 1. Tim. 3. 15. &c. quum autem nonnulla ex hiſce locis eludere conetur Oſtorodus, quomodo ſe in eo gerat videamus.

XIV.

Ad Matth. 16. 18. ubi dicitur, quod *portæ inferorum adverſus eccleſiam Chriſti non ſint prævalituræ*, 1. quod diabolus cum omni ſua potentia & aſtu illam non ſit ſeducturus, negat hanc explicationem habere fundamentum in ſ. ſcriptura. ſiquidem infernus nuſquam diabolum ſignificet, & quidem ex ea ratione, quia diabolus cum inferno nondum quicquam rei habeat, ſed demum ſuo tempore cum morte & inferno ſit præcipitandus in ſtagnum ignis, Apoc. 20. 10. 14. Exiſtimat ergo, per infernum ſtatum & conditionem mortuorum intelligendum eſſe, ut ſit ſenſus, Qui ſunt Chriſti, illi in ſtatu mortuo-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rum in æternum nequeunt detineri.

XV.

Reſpondemus, *portas inferorum* notare vel robur ac μεθοδείας diaboli, quia in portis olim conſultarunt judices Deut. 22. 15. Amos 5. 12. Zach. 8. 16. Ruth 4. 1. ut & in portis propugnacula collocari ſolebant. Geneſ. 22. 17. & 24. 60. vel reſpiciunt ipſum locum diabolis plenum. de quo Matth. 11. 23. Luc. 10. 15. Apoc. 1. 18. ubi clavium inferni mentio eſt, quæ ad portas habent relationem. & 6. 8. & 20. 14. utrovis modo ſumas, dicto Chriſti optime accommodari poteſt. Ratio adverſarii, videlicet diabolos nondum quicquam rei habere cum inferno, falſa eſt, nam inferno traditi ad cruciandum in judicium reſervantur. 2. Pet. 2. 4. Judæ v. 6. Neque obſtat locus Apoc. 20. ibi enim deſcribitur plenarium ac ultimum ſpirituum infernalium (quos nomine inferni ibi deſignari ſtatuimus) judicium, & totalis à conſortio piorum ſequeſtratio, cujus adhuc ſunt expertes. Matth. 8. 29. Luc. 8. 31. 1. Pet. 5. 8. Eph. 2. 2.

XVI.

Ad locum Joh. 14. 16. & 16. 13. ubi Chriſtus apoſtolis Spiritum ſanctum promiſit, qui ipſos in omnem veritatem duceret, dicit Oſtorodus, eam promiſſionem Apoſtolis, non autem eccleſiæ factam eſſe, ſiquidem ſoli apoſtoli tales erant, qui in ſuo officio errare non poſſent &c.

XVII.

Reſpondemus, primario quidem promiſſionem illam apoſtolis convenire, ſecundario tamen etiam reliquorum credentium cœtui. 1. Cor. 12. 13. illos immediate Spiritus S. deduxit in omnem veritatem, 2. Pet. 1. 21. hos per miniſterium verbi & ſacramentorum, ac Spiritus

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quoque illuminationem, licet inferioris gradus quam illam quam apoſtolis contulit, tantam tamen quæ ſufficit ad ſalutem. v. Ioh. 17.20.

XVIII.

Ad locum 1. Tim. 3. 15. ubi eccleſia Dei viventis dicitur columna & ſtabilimentum veritatis, reponunt, non talem columnam eſſe quæ eam reponit extra errandi periculum, ſed quæ veritatem, quantum in ſe eſt ſuffulcit & confirmat &c.

XIX.

Reſp. Sufficit nobis ita columnam &c. veritatis eſſe, ut per veritatem illam inſtrumentaliter ptocuret Deus, ne penitus aberret & deficiat eccleſia univerſalis. quippe quæ ſuper fundamentnm prophetarum & apoſtolorum ſuperſtructa eſt. Eph. 2.20. Apoc. 21. 14. Alioqui enim prorſus deſineret eſſe columna veritatis, quod abſurdum.

XX.

Quæritur 3. An ſincera verbi prædicatio, & legitimus uſus ſacramentorum ſint veræ eccleſiæ Notæ? Negat Smalcius Diſp. de Eccl. ſect. 6. idque hac ratione, quia hæc ſunt forma eccleſiæ, ergo non ſunt notæ. nos affirmamus. ex Deut. 4.6.7.8. Pſal. 147.19.20. Matth. 28.19. Ioh. 8.32.47. & 10.4.16.

XXI.

Ratio adverſarii in contrarium futilis eſt; Nam forma eccleſiæ hæc non poſſunt dici niſi externa, quæ ſine dubio notificat ſuum ſubjectum. unde mera vitilitigatio eſt hæc Socinianorum contradictio.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVI.

DE

PVRGATORIO,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

GOVERARDUS CROUSIUS, Goudâ-Bat.

Ad diem II. *Decemb. horis locoque ſolitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

POTENTISSIMIS, MAGNIFICIS,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ

Dominis meis clementiſſimis.

UT ET

Reverendis, ac Eruditiſſimis Viris,

D. HENRICO VEGE, quæ Ieſu Chriſto, in *Benthuyſen* colligitur, Paſtori digniſſimo,

D. SIMONI van HELL, Myſteriorum Dei, in Eccleſiâ *Overſchiedanâ* diſpenſatori ſpectatiſſimo,

DENIQUE

Doctrinâ & pietate eminentiſſimis Viris Iuvenibus,

D. MATTHIÆ NEEF,
D. ABRAHAMO de LEONARDIS,

S. S. Miniſterii Candidatis, amicis intimis.

Diſputationem hanc Anti-Papiſticam, & quicquid eſt mei,

Sacrum facio,

GOVERARDUS CROUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVI.
DE

PVRGATORIO.

Theſis I.

PRæter eccleſiam militantem in terra, & triumphantem in cœlo, tertiam ſtatuunt pontificii, patientem in purgatorio. credunt enim

II.

Dari locum quendam, in quo, tanquam in carcere, poſt hanc vitam purgantur animæ, quæ in hac non plenè purgatæ fuerunt, ut ſic purgatis in cœlum pateat acceſſus. Nos id neg. hiſce moti rationibus.

III.

1. Poſt remiſſionem peccatorum nullæ ſunt nobis pœnæ perſolvendæ. cum earum omnium Deus *non recordetur* amplius. Ezech. 18. 22. ſed *deleat* ea. Eſ. 43. 12. recordatio autem peccatorum ſpectatur in Deo ex effecto, qui ſi pœnas pro peccatis remiſſis infligeret & in hoc ſeculo, & in futuro, nullo modo poſſet dici ea oblivioni tradidiſſe aut deleviſſe. nedum *tam longè à nobis amovere quam longe abeſt oriens ab occidente*. Pſ. 103. 12. hoc eſt, ita, ut eorum pœnæ ad nos pertingere non poſſint. quod ſi *omnium* peccatorum noſtrorum obliviſcitur, utique & venialium (ut ea pontificii appellant) non datur ergo purgatorium pro ullo peccato.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

2. Duo tantum ſunt ordines hominum, *oves* & *hœdi, benedicti* & *maledicti*. Matth. 25. 32. 34. 41. quorum illis dicetur *venite*, his autem, *ite*. ibidem. illi *ſalvi erunt*, hi *condemnabuntur*. Marc. 16. 16. Illi *non judicantur*, hi *jam judicati ſunt*. Ioh. 3. 18. duo igitur tantum ſunt loca poſt hanc vitam, & conſequenter purgatorium nullum.

V.

3. Latroni converſo dicitur: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Luc. 23. 43. ergo non in purgatorio. *Nulla eſt condemnatio iis qui ſunt in Chriſto Ieſu*. Rom. 8. 1. ergo nec purgatorialis. quod & explicatur v. 33. 34. *Quis intentabit crimina adverſus electos Dei? Deus eſt qui juſtificat, quis eſt qui condemnet? Chriſtus is eſt qui mortuus eſt.*

VI.

4. *Si domus iſta diſſolvitur, habemus domum æternam in cœlis*. 2. Cor. 5. 1. poſt mortem igitur pii homines ſtatim transferuntur in cœlum. *Mortui in Domino ſunt beati, & à modo requieſcunt à laboribus ſuis*. Apoc. 14. 13. *Iuſti cum moriuntur ingrediuntur pacem, & requieſcunt in cubilibus ſuis*. Ieſ. 57. 6. non ergo intrant ignem purgatorium.

VII.

Coram tribunali Chriſti unuſquiſque reportabit congruenter ad id quod in corpore *fecerit*. 2. Cor. 5. 10. ergo non eſt locus purgationi poſt hanc vitam, quæ fit in animabus à corpore ſeparatis.

VIII.

VIII.

Correctio pacis noſtræ ſuper eum. (Chriſtum videlicet) Jeſ. 53. 5. *Sanguis Ieſu Chriſti Filii Dei purgat nos ab omni peccato* 1. Io. 1. 7. qui *unica oblatione in perpetuum conſummavit eos qui ſanctificantur*. Heb. 10. 14. fit ergo Chriſto injuria ſi in partem hujus beneficii veniat purgatorium.

IX.

Nec contrarium ſuadent loca ſcripturæ quæ ad purgatorium accendendum quaſi obtorto collo rapiuntur. Non 2. Sam. 1. 11. 12. & 3. 35. ubi David & alii dicuntur jejunaſſe in morte Saulis, Ionathæ, Abneris. neque enim id factum ad juvandas eorum animas in purgatorio, ſed ad teſtandum publicum luctum.

X.

Non Gen. 47. 30. & 50. 25. ubi patriarchæ deſiderarunt in terra promiſſionis ſepeliri, neque enim id factum eſt, ut precum & ſacrificiorum quæ ibi offerebantur eſſent participes, ſed ut teſtarentur fidem ſuam de liberatione populi Iſraëlitici ex Ægypto, & adeptione terræ Canaan, quæ typus erat vitæ æternæ. v. Hebr. 11. 22.

XI.

Nec Pſalmi. 66. 12. *Tranſivimus per aquam & ignem.* per quæ intelligunt baptiſmum & purgatorium: quum nec baptizatus fuerit auctor illius Pſalmi, nec cum iſta ſcriberet in purgatorio fuiſſet, ſed allegoria eſt de af-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

flictionibus hujus vitæ, quæ periculis aquæ & ignis comparantur.

XII.

Non Ieſ. 4. 3. *Purgabit Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion.* item Ieſ. 9. 18. *Succenſa eſt quaſi ignis impietas &c.* neutro enim loco de purgatorio, ſed utroque de hujus vitæ caſtigationibus ac pœnis agitur.

XIII.

Non Mich. 7. 8. *Ne læteris inimica mea &c. iram Domini portabo.* vid. vel hic, vel in purgatorio. *hic* enim ſe eam portaturam eſſe ſignificat eccleſia, *non* in purgatorio, quod nullum eſt.

XIV.

Non Zach. 9. 11. *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos &c.* agit enim locus ille non de purgatorio, ſed de inferno. ut ipſe Bellarm. eum expoſuit Controv. 2. l. 4. c. 13.

XV.

Non Malach. 3. 3. *Ipſe ſedebit quaſi ignis conflatoris &c.* Neque enim ibi agitur de igne purgatorio, ſed de purgatione doctrinæ ab erroribus, item animarum à peccatis per ſanguinem & Spiritum Chriſti. confer Matth. 3. 10. 11. 12. & 5. 6. 7. capp.

XVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVI.

Non Matth. 5. 25. Luc. 12. 58. 59. *Eſto conſentiens adverſario tuo* &c. *Non exibis donec reddas noviſſimum quadrantem.* neque enim de purgatorio ibi eſt ſermo, ſed de reconciliatione fraterna. Carcer autem vel proprie accipi poteſt, vel pro inferno.

XVII.

Non Matth. 12. 31. *Non remittetur neque in hoc, neque in futuro ſeculo*, .i. (ut putant) neque in purgatorio: nam verba hæc nihil aliud notant, quam, non remittetur in æternum. ut explicantur Marc. 3. 29. Luc. 12. 11.

XVIII.

Non 1. Cor. 3. 15. *Salvabitur tanquam per ignem.* videlicet purgatorium. nam non magis de igni proprie dicto ibi ſermo eſt, quam de ligno, fœno, & ſtipula proprie dictis. & huc pertinet vocula *tanquam*. *Ignis* ergo probationis eſt ignis Spiritus ſancti: *aurum* &c. & ex altera parte *ſtipula*, ſunt doctrinæ vel puræ vel impuræ, quæ tamen fundamento inædificantur, nec id planè evertunt.

XIX.

Non 1. Cor. 15. 29. *Baptizantur pro mortuis.* videlicet in purgatorio patientibus. Nam non probat Paulus illum morem (ponamus accipi pro baptiſmo proprie dicto) ſed inanem eſſe dicit niſi corpora reſurgant. quid hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hoc ad purgatorium, quod animarum eſt, non corporum?

XX.

Non Apoc. 21. 27. *Nihil introibit inquinatum*. ergo purgatorio opus eſt. Neg. conſ. Nam cum fine vitæ ceſſant in fidelibus reliquiæ peccatorum. Rom. 6. 7. *qui mortuus eſt liber eſt à peccato*. 1. Pet. 4. 1. *qui paſſus eſt in carne* πέπαυται ἁμαρτίας. Heb. 4. 10. *qui ingreſſus eſt in requiem ipſius, requievit ab operibus ſuis.*

XXI.

Quæ alia afferuntur facile his intellectis ſolventur. Notandum porro ipſum Bellarminum, de Purgat. l. 1. c. 5. fateri, *nuſquam in ſ. ſcriptura fieri mentionem ignis, ubi aperte de purgatorio agitur*. Nos nec aperte nec per conſequentiam ejus mentionem in ſcriptura ullam fieri aſſerimus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVII.

DE

LIMBO PATRUM,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

ARNOLDUS BRANTS, Graveſandenſis,

Ad diem 15. Decemb. horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Conſultiſſimis ac omni eruditionis Genere
Celeberrimis,

D.D. CURATORIBUS

Quatuorviris Scholæ Collegiique Literarii Delphici, I. V. peritiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus plurimum colendis.

UT ET

Eruditiſſimo ac Solidiſſimo Theologo,

D. JACOBO CRUCIO, Ejuſdem Scholæ ac Collegii Moderatori indefeſſo, de me & ſtudiis imprimis olim merito.

Theologicum hocce Exercitium,

L. M. Q. D. D. D.

ARNOLDUS BRANTS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVII.

DE

LIMBO PATRUM.

THESIS I.

PRæter purgatorium, pontificii in inferno ſtatuunt limbum patrum, in quo animas piorum ante aſcenſionem Chriſti fuiſſe arbitrantur. nos illum limbum negamus, ob rationes ſequentes:

II.

1. Quia ſicut non poſt aſcenſionem Chriſti, ita nec ante plura fuerunt unquam loca pro animabus defunctorum, quam duo, ſcilicet cœlum & gehenna. Prius probavimus Diſp. præced. poſterius patet ex parabola epulonis & Lazari. Luc. 16. in qua *cœleſte regnum, non ſuo nomine, ſed ſinum Abrahæ appellari*, & *Lazarum, poſt ærumnas* in hac vita perpeſſas, *in æterna ſinus Abrahæ quiete ſecurum* eſſe ſcribunt Chryſ. Hom. 27. in Matth. Fulgent. epiſt. 7. quæ eſt ad Venantiam. & Maldonatus, *Valde*, inquit, *ſuſpicor, ſummum hic cœlum deſignari.* Atqui parabola hæc ante aſcenſionem Chriſti prolata fuit. ergo

III.

2. Quia docet ſcriptura animas juſtorum poſt exceſſum è corpore *redire ad Deum.* Eccl. 12. 9. quod explicatur ib. c. 3. 21. per vocem *ſurſum.* non ergo deorſum ad limbum, ſed ſurſum ad cœlum vadunt. Sane cum *Deus noſter in cœlis* ſit Pſalm. 115. 3. idem eſt redire *ad Deum* & redire ſive ire *in cœlum.* ut colligit Aug. l. 1. Retract. cap. 1. Atqui liber hic fuit ſcriptus ante aſcenſionem Chriſti. ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

3. Quia fideles ac benè operantes ſtatim poſtquam ex hoc mundo egreſſi fuerint, in æterna tabernacula, .i. in ipſum cœlum recipiuntur. ita enim Chriſtus Luc. 16. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Atqui adhortatio & promiſſio hæc facta eſt ante aſcenſionem Chriſti. Ergo.

V.

4. Quia patres V. T. *expectabant ſalutem Dei.* & *fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor eſt Deus.* & eo quod ſe *dicebant hoſpites eſſe ſuper terram, ſignificabant ſe patriam ſuam inquirere. quod ſi illius memores fuiſſent ex qua exierant, habuiſſent tempus ad revertendum; nunc autem meliorem expectabant, id eſt cœleſtem.* Gen. 49. 18. Heb. 11. 10. 14. 15. at illi vixerunt ante aſcenſionem Chriſti. ergo.

VI.

5. Quia Enoch Geneſ. 5. 24. Heb. 11. 5. & Elias 2. Reg. 2. 1. 11. reipſa cœlum ingreſſi fuerunt, ante aſcenſionem Chriſti.

VII.

6. Quia *multi ab oriente & occidente* dicuntur *venturi, & recubituri cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum.* Matth. 8. 11. *recumbere* cum eo, eſt idem quod eſſe *in ſinu ejus.* de quo ante. v. Joh. 13. 23. ſignificatur ergo illos jam ibi eſſe, & poſtmodum alios eo acceſſuros. atqui hæc dicuntur ante aſcenſionem Chriſti. ergo.

VIII.

7. Quia latro cum Chriſto crucifixus, eo ipſo quo crucifigebatur die in paradiſum .i. cœlum fuit aſſumtus. Luc. 23. 43. 2. Cor. 12. 3. 4. Apoc. 2. 7. atqui hoc erat ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ante aſcenſionem Chriſti. ergo.

IX.

8. Quia efficacia ſanguinis Chriſti ad aperiendum cœlum per peccatum hominis clauſum, non pendet à tempore effuſionis ejus actualis, ſed ab electione Dei quæ facta eſt *ante jacta mundi fundamenta*. Eph. 1. 4. & *præordinatione* Filii, ut eſſet *propitiatio per fidem in ſanguine ejus*. Roman. 3. 25. unde is non modo dicitur agnus *præcognitus ante jacta mundi fundamenta*. 1. Pet. 1. 20. ſed etiam *agnus occiſus à jacto mundi fundamento*. Apoc. 13. 8.

X.

9. Quia una eademque fuit fides piorum ante & poſt adventum Chriſti. ergo unus quoque & idem fidei effectus & remuneratio. v. Act. 15. 11. Rom. 4. 23. 24. 1. Cor. 10. 1. 3. 4. 2. Cor. 4. 13. 14.

XI.

Atque hæc argumenta quidem procedunt *directè* contra limbum, apponemus quædam *ad hominem* (ut loquuntur) id eſt, quæ procedunt ex hypotheſi aliqua adverſariorum. ſitque

XII.

Primum, è teſtimonio auctoris Apocryphi quidem, ſed quem adverſarii pro canonico habent. ita enim dicitur Eccleſiaſtici 11. 27. *Facile eſt coram Deo IN DIE OBITVS retribuere unicuique ſecundum vias ſuas*. è quo loco probat Bell. lib. de beatit. ſanct. c. 3. ſect. 1. animas ſanctorum non uſque ad ultimum judicii diem *ſervari in quibuſdam abditis receptaculis*, ſed jam nunc frui Dei viſione. verba ſiquidem illa: *facile eſt Deo retribuere*, idem ſignificate dicit, ac *re ipſa retribuet*, idque, *in die obitus*. concludimus, ergo nec fideles V. T. fuerunt detruſi in limbum, ſed à Deo remunerati *in die obitus*. ſub V. T. enim ſcripſit iſte auctor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIII.

2. Quia juſti illi quos collocant papiſtæ in limbo uſque ad aſcenſionem Chriſti, jam tranſierunt quoque ex eorum doctrina purgatorium, ibique ab omnis peccati macula ſunt expurgati. quod verum non eſt, ſi in limbo detenti fuerunt propter peccatum originale.

XIV.

3. Cumque peccatum originale non ſolum pœnam damni mereatur, verum etiam ſenſus, (ut ſuo loco probabitur) abſurdum eſt propter illud in loco pœnæ damni tantum detineri patres V. T. qualem limbum eſſe papiſtæ ſupponunt.

XV.

4. Si reatus peccati originalis fidelium in V. T. non potuit tolli niſi ſanguine Chriſti *actu* effuſo, quomodo ante illud tempus potuerunt tolli peccata eorum actualia? nec venialia tantum, verum etiam mortalia? omnium enim eadem ratio eſt, & ſi hypotheſin ſuam tueri velint adverſarii, omnium reatus manſit. quod ſi verum eſt, non erant conſtituendi in limbo, ſed vel in purgatorio, vel in ipſo inferno.

XVI.

5. Si Chriſtus in deſcenſu ſuo ad inferos liberavit patres ex limbo, vel illæ ſtatim ad cœlos evolarunt, vel non. ſi prius, aſcenderunt antequam Chriſtus aſcenderet, quod eſt contra hypotheſin qua ſtatuitur cœlum uſque ad aſcenſionem Chriſti clauſum fuiſſe. ſi poſterius, ubi vagati fuerunt per quadraginta dies, inter reſurrectionem Chriſti & ejus aſcenſionem interjectos? Bell. dicit Chriſtum deſcendiſſe non ut eos liberaret, ſed nunciaret tantum eos propediem liberandos. at quomodo hoc cohæret cum communi ſententia pontf. Chriſtum nempe deſcendiſſe, ut patres inde educeret, & ad beati-

ficam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ficam Dei viſionem introduceret? ubi eſt beatifica illa viſio niſi in cœlis?

XVII.

6. Contra juſtitiam eſt, differre poſt tot ſecula laborem mercenario, (ait Alph. à Caſtro) propter quod in lege ſcriptum eſt, *non morabitur apud te opus mercenarii*. Omnes autem (inquit) juſti quaſi mercenarii ſunt, in vinea Domini laborantes; mercenarii inquam, qui cum Domino vineæ, hoc eſt, cum Deo Patre, ex denario diurno, clara ſcilicet Dei viſione, convenerant, & ex hujus mercedes expectatione, omnes ſuos labores, quantumlibet duros, libenter tolerant. Cum ergo in morte omnes labores ſic finiantur, ut jam non ſit amplius ad meritorum cumulum laborandum, oportet ut illis animabus quæ jam purgatæ ſunt, ſtatim merces ſuorum laborum, æterna ſcilicet beatitudo, tribuatur: alioqui injuſtitia illis fieret, ſi illis fideliter laborantibus merces ſtatim non daretur, nulla in illis exiſtente cauſa, quæ obſtet, quo ſtatim reddatur. Hæc ille, unde probat animas ſanctorum ante judicii diem frui viſione Dei. quæ totidem verbis concludunt adverſus limbum patrum: quæ enim in fidelibus V. T. obſtat cauſa quominus, ſtatim mercedem accipiant, ſi jam plene ſunt mundati in purgatorio?

XVIII.

7. Peccatori (ait idem Alphonſus) agenti quod potuit, Deus ſtatim donabit gloriam. At (ſubſumimus) juſti V. T. uſque ad mortem egerunt quod potuerunt, ergo Deus ſtatim eis donavit gloriam. & concluſum eſt denuo adverſus limbum.

XIX.

8. Accedit ad hæc (inquit idem) quod juxta Sapien-

tis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tis dictum (Prov. 13. 12.) *ſpes quæ differtur affligit animam* : quo fiet, ut animæ, quantumlibet ſanctæ, in expectatione futuræ beatitudinis ſuſpenſæ, ſint in continua afflictione : At non eſt æquum, ut pœnam toleret is qui peccatum, ſiquod commiſit, jam dignè purgavit. Verum (ſubſumimus) animæ fidelium Vet. T. peccata jam dignè in purgatorio purgarunt, non debent ergo in limbo tam diuturna gloriæ protractione affligi.

XX.

9. Peccatoris anima (ait idem) ſtatim poſt mortem tolerat ſupplicium; ergo anima juſti, ſtatim etiam poſt mortem habebit præmium : præſertim, cum Deus citius ad miſericordiam flectatur, quam ad vindictam, & propenſius & libentius juſtos afficiat præmio, quam peccatores pœna. ſi peccatoribus dignam ſtatim infligit Deus pœnam, non eſt veriſimile, ut juſtis non ſtatim debitum reddat præmium. Atqui (ſubſumimus) etiam ante adventum, nedum aſcenſionem Chriſti, peccatoris anima ſtatim poſt mortem toleravit ſupplicium, ergo etiam tunc temporis anima juſti ſtatim poſt mortem præmium habuit. &c.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVIII,

DE

LIMBO PUERORUM,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

CHRISTIANUS DENGBERTIUS, Harlemenſis.

Ad diem 18. *Decemb. horis locoque ſolitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac Celeberrimæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis honorandis.

UT ET

Reverendis, Spectatiſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. BERNARDO WYNGAERDEN, S. S. Theol. Doctori,

D. NICOLAO BALBIANO, Med. Doct.

Eccleſiæ Leydenſis Paſtoribus vigilantiſſimis, ſtudiorum ſuorum Promotoribus ſummis,

Hoc Exercitium Theologicum,

ſubmiſſe offert,

CHRISTIANUS DENGBERTIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXXXVIII.

DE
LIMBO PUERORUM.

THESIS I.

PRæter limbum Patrum, finxerunt etiam pontificii limbum puerorum, in quo collocant infantes, qui abſque baptiſmo moriuntur, pœna quidem (ſecundum communiorem ſententiam) damni, ſed non ſenſus, in perpetuum afficiendos.

II.

Eandem conditionem eſſe ſtatuunt infantium Vet. Teſt. qui moriebantur ante acceptum ſacramentum circumciſionis. v. Lomb. 4. Sent. diſt. 1. & A Caſtro l. 1. adv. Hæreſ. tit. Baptiſmus, hæreſi 9.

III.

Solos illos excipiunt qui occiſi fuerint pro Chriſto, vel Chriſti cauſa. quales illi de quibus Matth. 2. 16. horum ctuentam mortem baptiſmi defectum ſupplere putant, ideoque baptiſmum ſanguinis vocant. unde eos non tantum beatos eſſe, ſed & martyres ajunt, ac pro talibus colunt.

IV.

Quanquam (fatente Bell. l. de bapt. c. 6.) *incertum ſit an fuerint illi omnes circumciſi, imo probabiliſſimum, & fere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

fere certum, non fuiſſe omnes circumciſos. Nam *occidit* (inquit) *Herodes omnes pueros qui erant in Bethlehem & finibus ejus, nec juſſit filios tantum Iudæorum, ſed omnes omnino occidi: fortaſſe autem non pauci erant gentiles inter eos. Præterea juſſit occidi à bimatu & infra omnes infantes, proinde eos etiam, qui nondum pervenerant ad octavum diem, quo ſolo poterant circumcidi.*

V.

Nos limbum hunc puerorum commentitium eſſe non dubitamus. 1. communi illa ratione, quia poſt hanc vitam non ſunt niſi duo animarum loca, cœlum & gehenna. uti probatum in præcedentibus.

VI.

Quod argumentum peculiare robur habet in hoc negotio, ex hypotheſi adverſariorum, licet enim illi propoſitionem illam univerſalem eſſe negent, tamen de locis *æternis* eam veram eſſe concedunt. v. Bell. l. 1. de Purgat. c. 13. ſect. 12. jam ſubſumimus: atqui limbus ille puerorum eſt locus (ut ipſi arbitrantur) *æternus*. ergo, vi illius propoſitionis, non datur.

VII.

2. Quicunque excluduntur è regno cœlorum, in ignem inferni mittuntur. infantes (juxta illos) excluduntur è regno cœlorum. ergo. & per conſequens non ſeponuntur in locum ubi mera pœna damni eſt. Major probatur ex Apocal. 20. 15. *Qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.*

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

3. Quia peccatum originale meretur pœnam ſenſus, & temporalem & æternam, infantes illi hoc peccatum habent, ergo. Major, quoad priorem partem de pœna ſenſus temporali certa eſt ex calamitatibus infantium, & ipſa morte. v. Rom. 5. 14.

IX.

Quod ad partem alteram de pœna ſenſus æterna, v. Eph. 2. 3. ubi dicimur omnes *natura* (& per conſequens ab ipſa nativitate) eſſe *filii iræ*. quem locum & de *peccato originali*, & de *pœna gehennæ* explicat Thom. ad illum textum lect. 1. quam ſenſibilem ut quam maximè eſſe extra controverſiam eſt. confer Ioh. 3. 36. Rom. 1. 18. & 2. 5. 8. & 3. 5. & 4. 15. & 5. 9. & 9. 22. Eph. 5. 6. Col. 3. 6. &c.

X.

Idem hac etiam ratione evincitur; quia ſatisfecit Chriſtus etiam pro peccato originali, luendo pro eo pœnam ſenſus, quod ſupervacaneum fuiſſet, ſi peccatum originis pœnam ſenſus non merebatur.

XI.

4. Quia infantes fidelium jus habent ad regnum cœlorum, & ſalvari poſſunt, ac ſalvantur etiam, ante ſuſceptum baptiſmum aquæ. ideo limbus iſte quoad illos nullum uſum habet. probatur antecedens:

XII.

Ex Matth. 19. 14. *Sinite parvulos venire id me: talium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

enim eſt regnum cœlorum. de parvulis ætate ſermo eſt; quos Matth. & Marc. παιδία vocant, Lucas βρέφη. baptizatos fuiſſe non audent dicere adverſarii. imo contrarium fatentur, cum ex illo loco colligunt parvulos ad baptiſmum offerendos. v. Ianſen. Concord. Euang. c. 100. ex Bern. Ep. 240. nec baptiſmum Chriſti nondum inſtitutum fuiſſe, erat enim is teſte Bell. *inſtitutus quando Dominus ipſe in Jordane à Ioanne baptizatus eſt*. v. & Lombard. l. 4. diſt. 3. &c. ergo non limbus ejuſmodi infantibus, ſed cœlum deſtinatum eſt.

XIII.

Idem probatur ex Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*. è quibus verbis Petrus Act. 2. 39. *Vobis*, inquit, *promiſſio facta eſt, & liberis veſtris*. jam vero, quorum Deus Deus eſt, ii *vivunt Deo*, videlicet vita felici & æterna. v. Matth. 22. 32. Luc. 20. 38. unde promiſſionem cujus Petrus meminit eodem ſpectare perſpicuum eſt.

XIV.

Nec minus ex 1. Cor. 7. 14. *Vir infidelis ſanctificatus eſt in muliere, & mulier infidelis ſanctificata eſt in viro. Alioqui certè liberi veſtri impuri eſſent, nunc autem ſunt ſancti*. quippe, *ſi radix ſancta, etiam rami ſancti*. Rom. 11. 16. ſanctitatem hic intellige federalem, cujus ratione non magis eorum ſalus in dubium vocanda eſt quam parentum qui federi Dei ſunt inſerti. quorſum ergo iſte limbus?

XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XV.

5. Quid datur etiam regeneratio & ſanctificatio in nonnullis infantibus ante baptiſmum, & (quod huic æquivalet) ante circumciſionum. pater in Ieremia. Ier. 1. 5. & Ioanne Baptiſta. Luc. 1. 15. eos ergo defectus circumciſionis aut baptiſmi non relegaſſet ad limbum puerorum.

XVI.

6. Idem ſtabilitur exemplis etiam adultorum, qui prius converſi, regenerati & ſanctificati fuerunt, & poſtea baptizati, ut Cornelius centurio & qui cum eo erant. Act. 10. 44. 47. 48. & Apoſtolus Paulus Act. 9. qui converſus in via, poſt triduum ab Anania Damaſci baptizatus fuit. illos defectus baptiſmi cœlo non excluſiſſet, ergo nec infantes.

XVII.

7. Quin pars magna papiſtarum non ſolum Ieremiam, Ioannem baptiſtam, & Mariam ſine peccato originalis natos aſſerunt, ſed & Iacobum patriarcham, Moſem, Samſonem, Ioſephum Mariæ maritum, Iacobum minorum apoſtolum, S. Nicolaum, & S. Dominicum. v. Barrad. Conc. Euang. tom. 1. l. 7. c. 12. unde univerſalis illa regula quam vidimus Theſ. 1. 2. 3. 4. vehementer debilitatur.

XVIII.

8. Non omnes infantes V. T. qui ante circumciſionem obierunt in limbum conjecti fuerunt, ergo nec infantes N. T. ante baptiſmum. patet conſequentia: quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quia deterior horum quam illorum conditio eſſe non debet. Anteced. probatur exemplo infantuli Davidis, quem ante octavum diem ſine circumciſione mortuum fuiſſe fatetur Alph. à Caſtro l.3. adv. hæreſ. tit. Baptiſmus, hæreſi 9. beatum tamen in cœlis apud Deum pronunciat eum David, dicendo, 2. Sam. 12. 23. *Ego vadam ad illum, illo veri non revertetur ad me*. non abiit ergo ad limbum puerorum, niſi eodem & Davidem abiiſſe quis ſomniet.

XIX.

9. *Peccatum originale* (ſecundum Bell. l. 4. de amiſſ. grat. c. 10. ſect. 6.) *minus, grave eſt in ratione voluntarii, quam quodlibet veniale*. pro quo in indice: *Eſt peccatum minimum, quia minus voluntarium*. At vero æterna privatio à viſione Dei beatifica, qualis eſt in limbo puerorum, eſt, ſecundum papiſtas, pœna omnium maxima, ipſaque pœnâ ſenſus major: v. Stell. in Luc. 13. Thom. in Heb. 4. lect. 1. &c. ergo infantes pro ſolo peccato originali gravius luerent, quam ſi pœnam ſenſus in ipſo inferno luiſſent, qua originale, & actualia, ipſaque, & maxime, peccata mortalia illic puniuntur ſimul, quod eſt non modo contra rationem, ſed etiam contra juſtitiam Dei.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXXIX.

DE VOCATIONE MINISTRORUM VERBI DIVINI,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendam

JACOBUS AMPZINGIUS, Harlemenſis.

Ad diem 22. Decemb. horâ 8. matutinâ.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Spectatiſſimis, Conſultiſſimis,

Florentiſſimæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus meis obſervantia colendis.

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. THEODORO WYCKENBURGIO,

D. ADRIANO TEGULARIO,

D. SALOMONI ECHTENIO,

Eccleſiæ Harlemianæ Paſtoribus vigilantiſſimis, tutoribus meis, Parentis loco venerandis,

D. THEODORO ab ALTENA, in Eccleſia Oeſtgeeſtana verbi divini Miniſtro, viro in ſtudiis meis procurandis ſolertiſſimo,

Hoc Exercitium Theologicum,

offero,

JACOBUS AMPZING,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXXXIX.

DE

VOCATIONE MINISTRORUM VERBI DIVINI.

THESIS I.

IN ſcriptis Novi Teſtamenti docetur, non tantum quales eccleſiæ miniſterio adhiberi debeant, v. 1. Tim. 3. 2. &c. Tit. 1. 6. &c. verum etiam, à quibus eos oporteat eligi ac vocari. de quo acturis, origo & progreſſus Miniſterii Novi Teſtamenti in conſiderationem venit.

II.

Ad originem quod attinet, Ieſus Chriſtus, caput & rex ſpiritualis eccleſiæ ſuæ, immediate elegit diſcipulos itineris ſui per Iudæam & Galilæam ſocios. 1. quidem ut ſuæ doctrinæ eſſent auditores. 2. ut doctrinæ ab eo acceptæ eſſent præcones. Matth. 10. 1. &c. Marc. 3. 13. &c. Luc. 6. 13. & 9. 1. & 10. 1.

III.

Quare & illos, tempore miniſterii ſui in terris, miſit per Judæam & Galilæam, tyrocinium, & ſpecimen functionis ſuæ edituros. ut patet locis allegatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Poſt autem, aſcenſurus ad cœlos, poteſtatem & mandatum ipſis dedit, peragrandi totum terrarum orbem, omnibuſque populis ac nationibus annunciandi euangelium. idque ex ſuprema ſua & architectonica poteſtate. de qua dixit Matth. 28. 18. 19. *Mihi eſt data omnis poteſtas in cœlo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes.* & quæ ſequuntur. habemus originem miniſterii Novi Teſtamenti.

V.

Quod quia durare debebat in eccleſia uſque ad ſeculi conſummationem (prout ib. v. 20. promiſit ſe ad illud uſque tempus apud eccleſiam ſuam permanſurum) neceſſaria fuit ordinaria miniſtrorum ad hoc munus vocatio.

VI.

1. Cujus initium factum fuit ab electione Apoſtoli, eodem functuri munere cum reliquis ab ipſo Chriſto immediatè vocatis.

VII.

Cum enim Petrus ſtatim ab aſcenſione Chriſti, eccleſiæ Jeroſolymis congregatæ indicaſſet neceſſitatem aliquem ſubſtituendi in locum Judæ proditoris, atque ita duodenarium apoſtolorum numerum ſupplendi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

Eccleſia iſta confeſtim, Petro monitore, ſuas agnovit partes, *ſtatuitque duos è quibus alter Apoſtolus deſignandus eſſet.*

IX.

Quia tamen extraordinaria erat functio, extraordinarium quid debere intervenire agnovit: quare *orantes Dominum, cordium omnium cognitorem, ut oſtenderet, utrum ex duobus iſtis elegiſſet ut acciperet ſortem miniſterij & Apoſtolatus, à quo Iudas aberraverat, poſuerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Matthiam, qui communibus calculis allectus eſt cum undecim apoſtolis.* v. Act. 1. 15. uſque ad finem.

X.

Ubi videmus, in prima illa poſt Chriſti aſcenſionem electione, & quidem ad munus extraordinarium, voluiſſe Chriſtum, in cœlis ad dexteram Dei Patris ſedentem, uti opera & miniſterio eccleſiæ ſuæ.

XI.

Hanc electionem primam eccleſiaſticam Apoſtoli, ſequuta eſt electio diaconorum. Act. 6. 2. 3. 4. 5. 6. hoc modo inſtituta, quod *duodecim* apoſtoli, *multitudine diſcipulorum* .i. fidelium *advocata*, monuerunt eam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ut *ex ſe diſpicerent viros ſeptem,teſtimonio ornatos &c. quos curæ pauperum* ipſi *præficerent. Placuit autem ſermo hic toti præſenti multitudini. Et elegerunt Stephanum* (& reliquos) *quos ſtatuerunt in conſpectu Apoſtolorum, qui precati impoſuerunt eis manus.* Etiam hoc exemplum evincit electionem & vocationem ad officia eccleſiaſtica competere eccleſiæ.

XII.

Actor. 13. 1. 2. 3. dicitur *Spiritus Sanctus* in eccleſia Antiochena mandaſſe, ut *ex prophetis & doctoribus qui tunc in ea erant, ſeligerentur Paulus & Barnabas, ad opus peragendum ad quod ipſe eos vocaverat: Quum ergo jejunaſſent, & precati impoſuiſſent eis manus, dimiſerunt eos.* Sic iſtorum ſecretionem & ad munus euangelicum ablegationem, ab eccleſia & per eccleſiam fieri voluit Spiritus Sanctus.

XIII.

Act. 14. 23. iidem Paulus & Barnabas in eccleſiis quas colligebant *per ſuffragia crearunt* vel conſtituerunt (χειροτονήσαντες inquit euangeliſta) *presbyteros, precatique cum jejuniis, commendarunt eos Domino.* Elegerunt ergo fideles ſuffragiis ſuis, vel manuum extenſione deſignarunt quos ſibi presbyteros ſeligerent: Paulus vero & Barnabas actioni illi præfuerunt, & ſelectos in demandata ipſis functione confirmarunt.

XIV.

Idem Paulus Timotheo mandat, ut *à ſe audita committat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mittat hominibus fidis, qui idonei ſint ad alios quoque docendos. 2.Tim.2.2.

XV.

Et *Titum in Creta reliquit, ut omnia corrigeret, & oppidatum presbyteros conſtitueret, ſicut ipſi injunxerat.* Tit.1.5.

XVI.

A Ieſu Chriſto igitur promanavit inſtitutio miniſtrorum in eccleſia, ab eo poteſtas eos eligendi in hanc, ut in regnum ac familiam ipſius derivata eſt. quod docet diſerte Apoſtolus Eph. 4. 8. 11. 12. *Quum aſcendiſſet in ſublime, captivam duxit captivitatem, & dedit dona hominibus. Dedit autem ipſe alios quidem Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios vero Prophetas, alios autem Paſtores & Doctores.*

XVII.

Hinc dicuntur *miniſtri Chriſti.* 1.Cor.4.1. *qui legatione funguntur nomine Chriſti.* 2.Cor.5.20. *qui vigilant pro animabus, ut qui rationem Domino ſunt reddituri.* Heb.13.17. *à Spiritu Sancto conſtituti epiſcopi, ad paſcendam eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſuo ſanguine.* Act.20.28. *cui* proinde *attendere* jubentur ibidem.

XVIII.

Id quod fieri non poteſt, niſi cumprimis attendant *vocationi miniſtrorum,* ne pro fidis paſtoribus *lupi rapaces*

irre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

irrepant. ib. v.29. nec abſoluta id faciant poteſtate, ſed *ut miniſtri Eccleſiæ.* 2.Cor. 4.5. *cui dominari non permittuntur.* 1.Pet.5.3.

XIX.

Summa ſententiæ noſtræ huc redit: Supremum jus *vocationis* eſſe penes Chriſtum ſolum. Ius delegatum penes eccleſiam illam totam cui miniſter vocandus debet inſervire. Exercitium juris illius in eccleſia conſtituta penes presbyterium. à quo tamen eccleſiæ quoque collectivæ ratio habetur, dum ei electum publice proponit, ac unicuique eundem vel tacite approbandi, vel ejus vocationi, ſi juſtas rationes habet, intercedendi poteſtatem facit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXL.
DE

Diſciplina Eccleſiaſtica,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendam

REINERUS BRANDOLPHUS, Rijſvicenſis,

Ad diem 23. *Decemb. horâ* 8. *matutinâ.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtriſſimis, Prudentiſſimis, Spectatiſſimiſque

DOMINIS,

D. D. EQUITIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Patriæ Patribus, nec non avitæ libertatis defenſoribus acerrimis, Dominis meis munificentiſſimis, ideoque ſummâ obſervantiâ proſequendis,

UT ET

Nobili ac Generoſo Heroi,

D. D. ARNOLDO VIICH, Domino in *Soelen* & *Swanenburgh*, ac Bataviæ inferioris Satrapæ perquam digno, urbiſque Tilæ Directori Sapienti, Domino ac Promotori meo ſummo,

Has de Diſciplina Eccleſiaſtica *Theſes,*
in grati animi τεκμήριον,

Sacras facio,

REINERUS BRANDOLPHUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXL.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica.

THESIS I.

DE Diſciplina eccleſiaſtica acturi, primo an illa ſit exercenda, deinde cauſas ejus, tum externas, tum internas, ut vocant, indagabimus.

II.

Exercendam eam affirmamus, hiſce freti rationibus. 1. Quia Deus ipſe excluſit hominem à ſignis gratiæ, nempe arbore vitæ & paradiſo, poſtquam fœdus aperte violarat. Gen. 3. 22. 23. 24. ut & poſtea Caïnum, quem juſſit exulare *à facie ſua*, .i. loco ubi Deus gratiæ ſuæ ſigna repræſentabat. Gen. 4. 14. Eſavum item & Iſmaëlem à familia Iacobi, & poſteros eorum ab hæreditate terræ Canaan, quæ ſignum erat quietis æternæ. Hebr. 4. 1. &c.

III.

2. Quia Deus præcepit eam obſervari in Veteri Teſtamento. 1. excluſione eorum qui *ceremonialiter* immundi erant. v. Lev. 5. 2. & 12. 2. & 13. 2. ubi de leproſis Num. 9. 6. 7. 8. 9. 10. de iis qui immundi erant tempore celebrandi paſchatis. Exod. 12. 48. de incircumciſis.

IV.

Tales à communione templi & ſacrorum arcebantur. v. Ezech. 44. 7. 9. Lev. 13. 46. de leproſis non admittendis. cujus rei illuſtre exemplum eſt in rege Uzia, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

lepra percuſſus, è domo Dei exactus fuit. 2. Chron. 26. 20. 21.

V.

Deinde à fortiori, eorum quoque qui immundi erant *moraliter*. 1. quia hujus immunditiei altera illa veluti typus erat. & ab illa ad hanc argumentum petitur, tanquam à minori ad majus. Hagg. 2. 12. 2. quia coarguit Deus *improbos*, quod *cum furem viderent ei acquieſcerent, & cum adulteris portionem ſuam haberent*. Pſal. 50. 18. quomodo ergo cum talibus communionem eccleſiaſticam approbaret?

VI.

3. Quia reprehenduntur paſſim Iſraëlitæ qui cum manus plenas haberent iniquitate, in domum Dei ingrediebantur. Ieſ. 1. 12. Ier. 7. 9. 10. Ezech. 23. 38. hoc ergo talibus non licebat.

VII.

4. Quia Lev. 5. 14. &c. is qui *falſitate, dolo, mendacio, rapina, perjurio* &c. peccaverat, jubetur rem interverſam reſtituere, & ei *quintam* ſuperaddere, deinde reatum ſuum afferre Domino, atque ita à ſacerdote *expiari*. ubi non agi de ſatisfactione politica, inde liquet, quia in foro politico fur cogebatur *quinquies tantum* rependere quantum abſtulerat, & ſi non eſſet unde reſtitueret, vendi in ſervitutem. Exod. 22. 1. &c. aut *duplum*, ſi adhuc res eſſet integra. v. 4. agitur ergo de ſatisfactione & *propitiatione* eccleſiaſtica, qua ſine excluſus erat reus à ſacrorum participatione. Vbicunque enim propitiatio ſingularis, ibi impuritas, ubi impuritas, ibi excluſio. Num. 19. 20.

VIII.

5. Quia increpat Deus ſacerdotes, quod in domum

ſuam

ſuam introduxiſſent *præputiatos corde*, & præputiatos carne, ut eſſent in ſanctuario ipſius, & prophanarent domum ſuam. Ezech. 44. 6. 7. idque ne fieret diſerte vetat. v. 9. Ullus alienigena, præputiatus carne, & *præputiatus corde* non venito in ſanctuarium meum. quin *cordis præputium* immunditiem animæ . i. moralem notet, nullum eſt dubium.

IX.

6. Atque ita Iudæos tempore Chriſti & apoſtolorum rem hanc intellexiſſe ex eo patet, quod qui tales (ipſorum judicio) erant, eos ſynagoga prohiberent. Ioh. 9. 22. & 12. 42. & 16. 2.

X.

Argumenta è novo Teſt. petita hæc fere ſunt: 1. Ex Matth. 16. 19. *Tibi dabo claves regni cœlorum. & quicquid ligaveris in terra erit ligatum in cœlis. & quicquid ſolveris in terra, erit ſolutum in cœlis.*

XI.

2. Ex Io. 20. 23. *Si quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. ſi quorum retinueritis retenta ſunt.*

XII.

Hiſce duobus locis poteſtas *ligandi & ſolvendi, retinendi & remittendi* datur Apoſtolis. Neve quis putet eam ad ſolam verbi prædicationem pertinere, *clavium* numero plurali vocabulo eam Chriſtus expreſſit.

XIII.

Quo ipſo poteſtatem hanc alteram priori adjectam intelligi, apparet 3. ex Matth. 18. 15. 16. 17. 18. *Si frater tuus in te peccaverit, argue eum* &c. *quod ſi neglexerit eos audire, de Eccleſiæ. quod ſi eccleſiam audire neglexerit, ſit tibi velut ethnicus & publicanus. Amen, amen dico vobis, quodcunque ſolveritis &c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Hæc ultima manifeſtò conveniunt cum duobus locis ſupra citatis. cumque pro ethnico &c. haberi non ſit aliud quam à ſacris populi Dei extorrem fieri, patet eo ſignificari diſciplinam eccleſiaſticam.

XV.

Deinde patet, non ſoli Petro (licet eum ſolum alloquatur Chriſtus Matth. 16.) nec ſolis apoſtolis (quos compellat Ioh. 20.) ſed *Eccleſiæ* quæ perpetua eſſe debet (Matth. 28.20.) hanc poteſtatem collatam eſſe. ait enim: *dic eccleſiæ.* & *ſi eccleſiam* audire neglexerit.

XVI.

Atque hic operæ pretium erit, deliria Eraſti circa hunc locum excutere. Ait ergo 1. agi in eo de privatis tantum injuriis, deque privata reconciliatione. Reſp. falſum hoc. niſi addideris, de iis (ut & de quibuſvis peccatis) agi in ordine ad *Deum.* dicitur enim *erit ligatum in cœlo.* item *remittitur ei.* item *lucri feciſti* fratrem ſuum, qui videlicet abſque eo *periiſſet.*

XVII.

Ait 2. per eccleſiam intelligi Synedrium ſive סנהדרין Iudaïcum. Reſp. Egregie vero! quaſi Chriſtus jubeat fideles ob privatas offenſas Hieroſolymam aſcendere, ac ſupremum ſenatum Iudæorum ibi compellare, quem circa privatas injurias occupatum fuiſſe, quis unquam niſi rerum Iudaïcarum ignarus ſomniavit?

XVIII.

Cæterum qualis eccleſia hic intelligenda ſit, patet ex loco parallelo Matth. 16.18. ubi cum Chriſtus dixiſſet: *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam* &c. immediate addit: v. 19. *Et tibi dabo claves regni cœlorum: & quicquid ligaveris &c.* quin hic eccleſia eodem modo quo

illic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

illic (.i. theologicè) ſumatur nulla urgens ratio excogitari poteſt.

XIX.

Ait 3. verba illa: *Sit tibi velut ethnicus* &c. idem ſonare, ac: Ad Magiſtratum ethnicum eum defer. Reſp. pulcrum commentum! Chriſtus ergo vult *fratrem* .i. Chriſtianum, primo deferri ad Iudæos, deinde ad gentiles. q. d. primo ad Caiaphæ, mox ad Pilati tribunal eum trahe. quod ſi verum eſt, valde deliravit Apoſtolus, cum 1. Cor. 6. 1. objurgat Chriſtianos, quod coram judicibus infidelibus adverſus fratres litem haberent.

XX.

Ait 4. verba hæc: *Quicquid ligaveritis in terra erit ligatum in cœlo*, & ipſa intelligi de ſententia civilis Magiſtratus. Reſp. Senſus ergo erit: quicquid Iudæi & ethnici pronunciarint in controverſiis Chriſtianorum, id Deus in cœlo ratum habebit. contrarium v. Pſal. 2. 1. 4. Act. 4. 24. &c.

XXI.

Cæterum non poſſe locum ita accipi, ex eo patet, quod Chriſtus non agit de eo quod vel Iudæi vel Ethnici ligaverint, ſed quod *Petrus*. Matth. 16. 19. quod *apoſtoli*. Ioh. 20. 23. quod *eccleſia*. Matth. 18. 17. unde iſte *medicus* qui hæc attulit, cerebro ſuo medicinam facere, ante quam ad corrigendam theologiam accederet, merito debuiſſet.

XXII.

Quem etiam non juvat, quod 5. dicitur ſit *tibi* velut ethnicus &c. *tibi*, inquit, non ergo toti eccleſiæ. Reſp. quaſi non uſitatiſſima ſit numeri enallage, quam hic recipiendam docent ſequentia, Amen, amen dico *vobis*, quicquid *ligaveritis* &c. quæ de pluribus manifeſtò dicuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

cuntur. pergamus in argumentis pro diſciplina è Nov. Teſt. petitis. ſitque

XXIII.

4. Ex 1. Cor. 5. 5. *Ejuſmodi homo tradatur Satanæ, ad exitium carnis, ut Spiritus ſalvus fiat die Domini Ieſu.* agit ibi Paulus de inceſtuoſo è medio eccleſiæ Corinthiorum removendo, v. 2. eum Satanæ tradi mandat. v. 5. .i. extra eccleſiam ejici, ubi Satan regnum habet &c. idem dicitur de Hymenæo & Alexandro. 1. Tim. 1. 20.

XXIV.

Excipit Eraſtus, per traditionem Satanæ intelligi, occidendum dare Satanæ. item, vitam miraculoſe adimere. ut Ananiæ & Sapphiræ factum à Petro. Actor. 5. 5. Reſp. falſum hoc. nam 1. Non occiſus fuit hic inceſtuoſus, ut patet 2. Cor. 2. 7. 2. nec per mortem qua peccator ante converſionem afficitur, *ſalvus fit ſpiritus,* ſed interit. 3. Hymenæus & Alexander *traditi* fuerunt *Satanæ, ut caſtigati diſcerent non blaſphemare.* 1. Tim. 1. 20. an Paulus eos poſt mortem hoc diſcere voluit? quid ineptius?

XXV.

Idem 4. probat generale præceptum, quod hac occaſione ſubjicitur v. 11. *cum ejuſmodi non commiſceamini, ne edatis quidem &c.* An vetat Paulus ne cum mortuis ederent? An vult omnes avaros, ebrioſos, injuſtos, ſcortatores, convitiatores ab eccleſia occidi? & quidem miraculoſe? imo contra, jubetur ea orare pro omnibus, qui non peccarunt peccato in Spiritum Sanctum. 1. Ioh. 5. 16. atque hæc jam ſufficiant. alia enim quæ huc ſpectant loca in ſequentibus afferentur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLI.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendam

FRANCISCUS WINTERUS, Delpho-Bat.

Ad diem 24. Decemb. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C XLIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

NOBILISSIMO ac GENEROSISSIMO

HEROI,

D. D. PETRO de BOuLEN,

Equiti Baronetto graviſſimo, J. U. Licentiato peritiſſimo, Toparchæ in Pieterſ-houck &c. præſtantiſſimo, de me ſtudiiſque meis optime merito.

UT ET

Eximiæ Eruditionis & doctrinæ Viris,

D. ISAACO WINTERO,
D. SAMUELI SCHOUTETO,
D. AMBROSIO TEUNEMANS,

Iſti Patruo in Pieterſ-houck, Illi Cognato in Maurick, huic amico integerrimo in Warmondt, Gregis Chriſti Paſtoribus indefeſsis, Theologis eximiis.

NEC NON

Eximiæ facundiæ & eruditionis Viris,

D. REGNERO BERCKELIO,
D. GUILIELMO SOETZIO,
D. GODEFRIDO LAMOTIO,
D. IOANNI van SON,
D. BERNHARDO HOVIO,

Illis Eccleſiæ Roterodamenſis Paſtoribus indefeſſis, Huic S. S. Miniſterii Candidato, & Scholæ Roterodamenſis Pro-Rectori doctiſſimo,

Me & hoc Theologicum Exercitium,

offero conſecroque

FRANCISCUS WINTERUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXLI.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica, altera.

THESIS I.

E Cauſis diſciplinæ eccleſiaſticæ, primo ſe offert *efficiens*, quæriturque penes quos ſit poteſtas clavium, & inter eos diſciplinæ eccleſiaſticæ, dicimus autem eam primario ac principaliter eſſe penes ipſum Chriſtum tanquam caput & dominum eccleſiæ, ſecundario, & miniſterialiter penes eccleſiam.

II.

Prius docetur Apoc. 3.7.8. *Hæc dicit Sanctus & verax ille, qui HABET clavem Davidis: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Ecce propoſui in conſpectu tuo oſtium apertum, nec quiſquam poteſt illud claudere.*

III.

Hic *clavis David* idem eſt quod *clavis domus David.* ut ſcriptum eſt Ieſ. 22.22. qui locus non eſt dubium quin allegoricè hic explicetur. Eſt autem domus David, eccleſia, cujus omnis poteſtas eſt penes unum Chriſtum regem ſempiternum. Luc. 1.32.33. ut quos velit vel admittat vel excludat.

IV.

Dicit autem ſe clavem .i. poteſtatem illam *habere*, etiam poſtquam apoſtolis ejus miniſterium commiſiſſet, nequis putet Chriſtum eam olim quidem *habuiſſe*, nunc vero in alium tranſtuliſſe.

V.

Poſterius confirmatur Matth. 18. 17. *Dic eccleſiæ*, & *ſi eccleſiam audire noluerit.* qui locus fuit excuſſus nonni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hil Diſp. præced. ſed hic aliæ ſuboriuntur quæſtiones. videlicet

VI.

1. An tota aliqua *eccleſia collective ſumta* clavem hanc
1. poteſtatem habeat? Reſp. licet fateamur ejus hic
quoque rationem habendam, quod fit quando peccator
ei publicè proponitur, ut ſiquid contra cenſuram adver-
ſus eum cœptam quis habet, libere intercedat, nihilomi-
nus

VII.

Formale ejus exercitium non eſt penes eccleſiam *collectivam*, ſed *repræſentativam*, .i. penes eccleſiæ rectores, qui totum ejus corpus repræſentant. *pars negativa* patet 1. ex eo quod Paulus 1. Cor. 12. negat totum corpus eccleſiæ eſſe *oculum*. v. 17. & nonnullos tantum in ea ait conſtitutos eſſe *gubernationes*. v. 28.

VIII.

Deinde, quia in eccleſia collectiva ſunt perſonæ ad hoc munus ineptæ. ut mulieres. de quibus dicitur 1. Cor. 14. 34. *Mulieres veſtræ in conventionibus ſileant: nec enim permiſſum eſt eis ut loquantur, ſed oportet ut ſubditæ ſint.*

IX.

3. Quia in eccleſia *Omnia decenter & ordine fieri* debent. ib. v. 40. *nec eſt* ἀκαταστασίας *Deus* auctor, *ſed pacis.* v. 33. ſi autem omnes & ſinguli ad hoc negotium admitterentur, mera fierent mapalia, mera confuſio.

X.

4. Denique quia ſ. ſcriptura nullum nobis tale præceptum dat, nullum etiam exemplum hominum in eccleſia privatorum, qui hoc jus exercuerint, ſed & leges & exempla in contrarium quamplurima, ut jam patebit.

XI.

Pars ergo *affirmativa* demonſtratur 1. ex Vet. Teſt. ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ubi poteſtas hæc penes Sacerdotes fuit, *ut diſcernerent inter ſanctum & profanum, purum & impurum.* Lev. 10. 9. 10. Sic Ezech. 44. 23. 24. *Docebunt* (fideles ſacerdotes) *populum meum, ut poſſint diſcernere inter purum & impurum, ſanctum & profanum, & cum cauſa aliqua ad eos deferetur, ſtabunt & judicabunt, & ſecundum præcepta mea loquentur.*

XII.

Hagg. 2. 11. *Rogate ſacerdotes legem*: deinde proponit quæſtionem de puritate & impuritate legali, è qua concludit etiam de morali, ut ſupra viſum.

XIII.

Neque penes ſacerdotes ſolos, ſed iis adjuncti fuerunt delecti è Levitis. 2. Chron. 19. 8. *Atque etiam Ieroſolymæ conſtituit Ioſaphat è Levitis & ſacerdotibus, & ex primoribus paternarum familiarum Iſraëlis, ad judicia Iehovæ, & ad lites.* videlicet Sacerdotes & Levitas ad cauſas ſacras, primores familiarum Iſraëlis ad forenſes. confer v. 11.

XIV.

Hoc autem judicium fuiſſe cum poteſtate excludendi impuros, patuit Diſp. præced. addemus nunc dictum 2. Chron. 23. 18. 19. *Joiada diſtribuit munera in domo Domini inter Sacerdotes & Levitas* &c. *& collocavit janitores in portis domus Dei, ut non ingrederetur immundus ulla re.*

XV.

2. Eadem demonſtratur ex Novo Teſtam. ubi claves regni cœlorum .i. poteſtas ligandi, ſolvendi, remittendi peccata & ea retinendi datur Petro Matth. 16. 19. nec ei ſoli, ſed reliquis apoſtolis. Ioh. 20. 23. & conſequenter reliquis *paſtoribus*. Eph. 4. 11. 12. &c. quorum officium durare debet uſque ad finem mundi. Matth. 28. 20.

XVI.

Hinc laudantur angeli .i. *paſtores* eccleſiarum qui hic diligentiam debitam adhibebant, ut videre eſt Apoc. 2. 2. ubi angelus eccleſiæ Epheſinæ laudatur, *quod malos ferre non poßet*; contra, Angelus eccleſiæ Thyatirenſis ſugillatur, quod *pateretur* Ieſabelem docere & ſeducere populum Chriſti. v. 20.

XVII.

Paſtoribus hac in parte adjunguntur *ſeniores*, πρεσβύτεροι. 1. Tim. 5. 17. qui vocantur προεστῶτες. ib. προϊστάμενοι. Rom. 12. 8. κυβερνήσεις. 1. Cor. 12. 28. atque illi erant οἱ πολλοὶ *multi illi* qui in eccleſia Corinthiaca inceſtuoſum *increparant*. 2. Cor. 2. 6. & quibus Paulus attribuit poteſtatem *tollendi* eum *è medio ſui*. 1. Cor. 5. 2. quod cum neglexiſſent, addit v. 3. 4. 5. *Enimvero, ego ut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam ut præſens judicavi, ut is qui hoc ita perpetravit, VOBIS & meo ſpiritu CONGREGATIS, cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Ejuſmodi*, inquam homo, *tradatur Satanæ &c.* Unde convellitur opinio pontificiorum, qui hoc jus ad ſolos epiſcopos, & quadantenus ad ſolum papam contraxerunt.

XVIII.

Quæſtio altera eſt, annon penes Magiſtratum Chriſtianum, vel in totum, vel ex parte ſit hoc munus? Neg. 1. neque enim ei uſpiam claves regni cœlorum traditæ ſunt, ſed eccleſiæ. 2. nec unquam in V. aut N. Teſt. à magiſtratu uſurpatæ, ſed ab eccleſia. 3. nec aliquot poſt Chriſtum ſeculis fuit Chriſtianus Magiſtratus, unde ſequeretur tunc non debuiſſe eccleſiaſticam diſciplinam adminiſtrari, 4. nec par ratio eſt pœnarum quas Magiſtratus infligit, & quas eccleſia, ſed planè diſpar. Etenim

XIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIX.

1. Magiſtratus utitur gladio materiali. Rom. 13. 4. eccleſia ſpirituali. 2. Cor. 10. 3.

XX.

2. Magiſtratus maleficos è ditione ſua terrena expellit, Eccleſia è regno Chriſti myſtico.

XXI.

3. Magiſtratus punit ſontes, licet delictum confeſſos & pœnitentes. Eccleſia non niſi impœnitentes & obſtinatos.

XXII.

4. Magiſtratus tantum in gravioribus flagitiis gladium ſtringit, eccleſia etiam in iis quæ Magiſtratus dimittit impunita, ut ſunt ira, odium, ebrietas &c. maxime, ſi accedat aſſuefactio, ſcandalum, impœnitentia &c.

XXIII.

5. Eccleſiaſtica diſciplina hominem à civili non liberat, ut nec mulcta civilis à cenſura eccleſiæ.

XXIV.

6. Indulgentia Magiſtratus non præſcribit eccleſiæ rigori, ut nec negligentia eccleſiæ Magiſtratus diligentiæ. ſed utraque pars alteri ſuum jus relinquit illibatum.

XXV.

Unde patet, duas haſce juriſdictiones amicè quidem conſpirare, nec alteram alteri ubi ritè adminiſtrantur obeſſe, ſed tamen confundi non debere.

XXVII.

Atque hinc etiam facile reſpondetur ad quæſtionem tertiam: An non ſaltem à cenſura eccleſiaſticâ ad Magiſtratum appellari poſſit? Reſp. Neg. Quia provocatio, ſive appellatio, poſtulat ut ſit eadem poteſtas in eo ad quem provocatur, & à quo provocatur. at poteſtas clavium non eſt penes Magiſtratum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXVII.

Neque contra quicquam facit, quod Ieremias propheta, cum à ſacerdotibus injuria afficeretur, à principibus ſervatus fuerit. Ier. 26. 16. neque enim ibi ulla apparet provocatio à cenſura eccleſiaſtica, ſed liberatio ab intentato homicidio. quamvis enim cauſa poſſit videri eccleſiaſtica, pœna tamen politica erat, nec ad eccleſiaſticos pertinebat.

XXVIII.

Vt neque quod Paulus appellavit Cæſarem. Act. 25. 11. neque enim ea appellatio fuit ab excommunicatione, ſed à ſententia mortis, quam ſe videbat incurſurum ſi à Feſto Iudæis traderetur. nec appellat ad Magiſtratum Chriſtianum, ſed ad Ethnicum. quod eſt contra hypotheſin adverſariorum.

XXIX.

Nec rectè ii qui hunc appellandi abuſum ſugillant conferuntur cum Iudæis, qui Pilato dicebant: *Niſi hic maleficus eſſet, non tradidiſſemus eum tibi*. Io. 18. 30. Neque enim de cenſura eccleſiaſtica, ſed de ignominioſo crucis ſupplicio ibi agebatur. nec facit exemplum ad probandam poteſtatem magiſtratus Chriſtiani, quia Pilatus talis non erat.

XXX.

Denique nullum exemplum ejuſmodi provocationis extat in ſcriptura, aut in hiſtoria eccleſiaſtica primitivæ eccleſiæ, Sed ſiquis provocate velit, à congregatione minore ad majorem ejuſdem naturæ & poteſtatis eſt appellandum. verba ſunt Walæi Loc. Comm. p. 1013. conformia Ordin. eccleſiarum noſtrarum art. 31.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXLII.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica,

TERTIA;

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendam

HERMANNUS GEORGIUS, Campenſis.

Ad diem 12. *Ianuar. loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Generoſiſſimis ac Magnificis

DOMINIS,

D. D. DEPUTATIS ORDINUM TRANS-ISULANIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ Libertatis Propugnatoribus ſtrenuiſſimis.

Hoſce ſtudii Theologici fructus eo quo decet animo,

offert ac inſcribit,

HERMANNUS GEORGIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLII. DE

Diſciplina Eccleſiaſtica, tertia.

THESIS I.

AD ea quæ ſub finem ſuperioris Diſputationis poſita fuerunt, adjiciemus nunc judicium eximii cujuſdam viri, vel ea de cauſa, quod & ſuccinctè, & diſtinctè rem totam ob oculos ponat. Ita autem habet:

II.

Ut prætereamus ſilentio quæ in eccleſia patriarchali ante & poſt diluvium acciderunt, quando implicatior erat eccleſiaſticæ gubernationis ratio: etſi exempla diſciplinæ eccleſiaſticæ ne tum quidem defuerint. Gen. 4. 14. & alibi:

III.

Moſes divinis auſpiciis ordinans politiam Iſraëliticam, duplex inſtituit judicium, eccleſiaſticum, & politicum, perſonis, cauſis, & actionibus diſtinctum, ſummum utrumque in ſuo genere. Deut. 17. v. 8. 9. & ſeqq. Lev. 18. v. 9. 10. 11. Num. 11. v. 16. & deinceps. præciſa utrobique appellationis libidine ac licentia, & pœna etiam capitali in contumaces propoſita. Deut. 17. v. 12, 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Id ſub Iudicibus continuatum fuiſſe, ac in Siloh ſtabili ſede defixum, dicta & exempla facile perſuadent. Ioſ. 18. v. 1. c. 22. v. 12. 15. Iudic. 21. v. 12. & ſeqq. 1. Sam. 1. 3. 4. capp. Ier. 7. v. 12.

V.

Conſtituto regno ac ſub Davide firmato, eadem utriuſque judicii fuit conditio, tribunalibus Hieroſolymam, ceu regni metropolim, tranſlatis. 2. Sam. 6. Cap. 9. v. 2. 3. 4. 2. Chron. 6. v. 6. Pſal. 122. v. 4. 5. 9.

VI.

Et, cum temporum injuriis paulatim corrumperentur, ut fieri ſolet, ambo à Ioſaphato reſtaurata, & ad formam primævam revocata ſunt. 2. Chron. 19. verſ. 4. uſque ad finem capitis.

VII.

A captivitate quoque Babylonica perduravit eadem forma judiciorum, Zorobabele, Eſdra, Nehemiaque auctoribus: prout ex duorum poſteriorum monumentis conſtat.

VIII.

Donec, evileſcente ducum, & augeſcente pontificum aucto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

auctoritate, quod poſt Jaddi tempora factum ex Ioſepho obſervare eſt, judicia confunderentur, & Hierarchia eccleſiaſtica emergeret, ſacra & profana eodem imperio adminiſtrans. Ita in Veteri Teſt. obtinuit.

IX.

In novo, ſubiens magnus ille propheta Chriſtus Jeſus, hæc juſto diſcrimine ſeparavit à ſe invicem, mandans Cæſari dare quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ Dei ſunt. Matth. 22. v. 21.

X.

Et illa quidem prætermiſit, tanquam ab officio ſuo aliena, iſta ſigillatim explicavit & definivit: etiam quæ ad gubernationem & cenſuram eccleſiaſticam attinent. Matth. 16. v. 18. 19. Cap. 18. v. 18. cap. 28. v. 20. Ioh. 20. v. 23.

XI.

Ubi jus ſine provocatione attribuit eccleſiæ ſuæ, teſtatus, judicium ejus in cœlis ratum fore & irrevocabile.

XII.

Apoſtoli idem & ſcriptis docuerunt, & presbyteris presbyteriiſque exercendum præceperunt, nullo uſpiam ſive indulto, ſive exemplo appellationis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIII.

Nam quod ex Act. 25. v. 11. adducitur, heterogeneum eſſe, omnes narrationis circumſtantiæ arguunt clariſſime.

XIV.

Ita tranſiit in legem ac morem primitivæ eccleſiæ; non modo quæ, ad Conſtantinum uſque Magnum, ab Imperatoribus gentilibus perpetuis perſecutionibus preſſa fuit;

XV.

Verum illius quoque, quæ inde, ad Phocam uſque, Cæſaribus Chriſtianis eccleſiæ nutritiis efflooruit. Cujus certam fidem faciunt ſcriptores eccleſiaſtici, æque Patres quam hiſtorici.

XVI.

At ex eo, auſpice Bonifacio tertio, qui primus Oecumenici titulum ambitione confecit, ſuccedentes pontifices initio tyrannidem invaſerunt in eccleſia, ac diſciplinam ejus in carnificinam verterunt;

XVII.

Exinde, maxime à Gregorio VII. etiam ſecularia rapuerunt, utriuſque poteſtatis ſymbolis ſe efferentes.

XVIII.

Ea rerum facies erat, quando reformationem domus

Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Dei magno zelo aggreſſi ſunt majores noſtri. quippe, mandato & exemplo divino in utroque Teſtamento, ſacra â prophanis, eccleſiaſtica à politicis religioſe ſecreverunt.

XIX.

Poſtliminio reddiderunt Cæſari quæ Cæſaris erant, & Deo vindicarunt quæ Dei ſunt propria, fidem ſinceram, cultum illibatum, diſciplinam utrique congruentem, nempe ſpiritualem, à corporali temporalique prorſus diverſam.

XX.

Quæ hodieque in eccleſiis Belgicis ipſius beneficiis ſarta tecta manent. Unde quantus bonorum ſpiritualium cumulus in eaſdem eccleſias redundarit, verbis exprimi vix poteſt.

XXI.

Imprimis duo conſecuta ſunt, quæ in ſtatu populari, ac tanto variarum gentium confluxu, miracula jure cenſentur.

XXII.

Unum eſt, quod tot monſtra hæreſium fruſtra hactenus tentarunt & oppugnarunt integritatem ac ſoliditatem fidei in Chriſto.

XXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXIII.

Alterum eſt, quod etiam unitatem & conjunctionem ſchiſmate perrumpere & dilacerare nequiverunt.

XXIV.

Concludit, miniſtros eccleſiæ merito hoc jus eccleſiæ retinere, exercere, tueri. Merito appellationum diverticula, contumaciæ effugia, præcidere: & tribunalia heterogenea, alieni planè fori, declinare. Nec id ægre laturos eſſe, qui ſe Chriſti diſcipulos & Eccleſiæ ipſius filios profitentur.

COROLLARIA.

1. *Anima humana immediatè à Deo creatur.*

2. *Eſt incorporea.*

3. *Et immortalis.*

4. *Intelligendi & volendi potentiis inſtructa.*

5. *In intellectu eſt* συντήρησις & συνείδησις.

6. *In voluntate libertas ab illa neceſſitatis ſpecie quæ vel agit purè per modum naturæ, vel etiam cogit ac vim affert.*

FINIS.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLIII.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica,

QUARTA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendam

WINANDUS NEOSTADIUS, Dord. Bat.

Ad diem 15. Ianuar. loco ſolito, hor

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Viro Clariſſimo & Spectatiſſimo,

D.D. JACOBO STOOP,

Vrbis Dordracenæ Ex-Scabino & Senatori prudentiſſimo, Avunculo meo ac Tutori honorando, Patris loco colendo,

Has Studii mei Theologici primitias;

Sacras Facio,

WINANDUS NEOSTADIUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DE

Diſciplinâ Eccleſiaſticâ, quarta.

THESIS I.

MAteria circa quam verſatur diſciplina eccleſiaſtica, ſive objectum ejus, duplex eſt: perſonale, & reale.

II.

De *perſonali*, manifeſtum eſt præceptum Chriſti, Matth. 18. 15. *Si peccaverit in te FRATER tuus*. & Apoſtoli 1. Cor. 5. 11. *Siquis cum FRATER nominetur, ſit ſcortator* &c.

III.

Unde patet, eam 1. ad eos tantum pertinere qui eccleſiæ membra ſunt, non autem qui ſunt extra eam, *alioqui deberemus exire è mundo*. ibid. v. 10. *Quid enim mea* (inquit Apoſtolus) *intereſt etiam de extraneis judicare? nonne de iis qui intus ſunt vos judicatis? De extraneis vero Deus judicat*. v. 12. 13.

IV.

2. Neminem ab ea exemtum eſſe qui frater nominatur. in eccleſia enim omnes *FRATRES ſumus*. Matth. 23. 8. omnium *fides* eſt ἰσότιμος .i. *æque pretioſa*. 2. Pet. 1. 1. *In Chriſto non eſt aut ſervus aut liber*. Col. 3. 11. ac proinde *nec rex nec privatus*. ut annotat Chryſoſt. in Rom. 1. 6. unde adverſus regem quoque exerceri poſſe exemplo eſt Uzzia. 2. Chron. 26. 20.

V.

In quo tamen caſu, ut & in magna peccantium multitudi-

titudine, ſingulari opus eſt prudentiâ, ne intempeſtivo rigore eccleſia detrimentum capiat, neve bonum ſemen unâ cum Zizaniis perdatur. Matth. 13. 29. Nam *poteſtas data eſt, ad ædificationem, non ad deſtructionem.* 2. Cor. 13. 10.

VI.

Objectum diſciplinæ *reale*, eſt vel *vita prava*, ut ex Matth. 18. 15. 1. Cor. 5. 11. 2. Theſſ. 3. 11. videre eſt, vel *doctrina perverſa*, quemadmodum ex Rom. 16. 17. 1. Tim. 1. 20. Tit. 3. 10. 2. Ioh. v. 10. manifeſtum eſt.

VII.

Et ratio ejus rei aperta eſt, quia non tantum vita, ſed etiam doctrina prava hominem à Chriſto ſeparat, Gal. 1. 8. & utraque inſtar fermenti totam maſſam inficere poteſt, teſte Chriſto, Matth. 16. 6. 12. & Paulo, 1. Cor. 5. 6.

VIII.

Forma diſciplinæ eccleſiaſticæ è partibus ejus ac gradibus colligi poteſt. partes ejus duæ ſunt, ligatio & ſolutio.

IX.

Ad ligationem pertinent, partim antecedenter, partim formaliter, Admonitio, abſtentio, excommunicatio.

X.

Admonitio eſt vel privata, ſive domeſtica, vel publica, ſive presbyterialis.

XI.

Domeſtica locum habet in delictis occultioribus. Matth. 18. 15. *Si peccaverit IN TE frater tuus* .i. te conſcio, non autem publico cum offendiculo. ita Beza.

XII.

Habet duos gradus: primum exprimit Chriſtus hiſce

verbis:

verbis: *Ito, & argue eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum.*

XIII.

Alter continetur hiſce verbis: *Sin vero te non audierit aſſume tecum adhuc unum aut duos: ut ex ore duorum aut trium teſtium confirmetur res tota.* Matth. 18. 16.

XIV.

Presbyterialem admonitionem præcedit indicium presbyterio faciendum. quod exprimit Chriſtus hiſce verbis: *Quod ſi neglexerit eos audire, dic Eccleſiæ.* v. 17.

XV.

Quo indicio, (& reliqua admonitione privatâ) nihil eſt opus, ſi peccatum ſuâ naturâ ſit manifeſtum, aut aliàs in publicum emanaverit. Ita accipimus dictum Pauli 1. Tim. 5. 20. *Eos qui peccant, in conſpectu omnium argue, ut & reliqui metuant.* peccantes intellige, cum publico offendiculo, ut alia inquiſitione non ſit opus.

XVI.

Admonitiones presbyteriales ſunt de quibus Chriſtus. Matth. 18. 17. *Quod ſi eccleſiam audire neglexerit,* .i. eccleſiæ admonitiones. & Paulus Tit. 3. 10. *Hæreticum hominem poſt unam & alteram admonitionẽ devita.* ubi de eccleſiaſtica hac & publica admonitione eum loqui exinde patet, quia ad eam contumaciter rejectam immediatè ſequitur παραίτησις .i. excommunicatio.

XVII.

Cum *unam & alteram* exigit, non interdicit ne fiant plures, ſed cavet ne fiant pauciores. neceſſe eſt enim ut convincatur talis, & reddatur αὐτοκατάκριτος, .i. *ſuopte judicio condemnetur.* ib. v. 11. quod per unicam admonitionem non ita commodè poteſt fieri.

XVIII.

Abſtentio à cœna Domini fit duobus modis. 1. cum quis

quis frater nominatus grave aliquod ſcandalum admiſit, à quo monitus reſipiſcentiam quidem verbis profitetur, ſed reſipiſcentiæ fructus idoneos nondum oſtendit, ut ſcandalum ab eccleſia tolli poſſit.

XIX.

2. Quando ne verbis quidem reſipiſcentiam pollicetur, ſed tamen reſipiſcentiæ ſpem omnem per contumaciam ſuam nondum præcidit, ut interim eccleſia per hunc diſciplinæ gradum, hominem illum per admonitiones & tolerantiam Chriſtianam ad veram reſipiſcentiam invitet atque adducat.

XX.

Fundamentum ejus peti poteſt 1. ex abſtentione eorum qui in eccleſia Vet. Teſt. propter immundiciem ad tempus ab uſu ſacrificiorum & eſu agni paſchalis, ut interim ſe purgarent, cogebantur abſtinere. v. Num. 9. 10. & 19. 13. 2. Chron. 30. 17. &c.

XXI.

2. Ex præcepto Apoſtoli. 1. Cor. 11. 28. *Exploret autem quiſque ſe ipſum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat.* Quæ probatio, etſi ab unoquoque privatim fieri debeat, in publicis tamen delictis etiam publicè ab eccleſiæ præfectis ea fiat neceſſe eſt; quibus mandatur, ut *toti gregi attendant.* Act. 20. 28. mundum ab immundo diſcernant. *eos qui intus ſunt dijudicent.* 1. Cor. 5. 12. & ſcandala, quantum fieri poteſt, ab eccleſia tollant.

XXII.

Excommunicatio vocatur, quando is qui frater nominatur, propter doctrinæ aut vitæ gravem impuritatem, poſt monitiones privatas & publicas eccleſiæ contemtas; in peccato ſuo contumax, in Dei nomine per publicum eccleſiæ ſententiam non ſolum à ſ. cœna, ſed & ab eccle-

ſiæ communione excluſus eſſe pronunciatur, nec partem habere in regno Dei, donec per reſipiſcentiam veram & ſeriam Deo atque eccleſiæ reconcilietur.

XXIII.

Gravem vitæ aut doctrinæ impuritatem, quam hic excommunicationis cauſam ponimus, deſignat Apoſtolus 1. Cor. 5. 1. 11. ubi commemorantur *ſcortatio*, *inceſtus*, *idololatria*, *alieni aviditas raptus*, *ebrietas*, *maledicentia*. Gal. 5. 12. *perturbatio eccleſiæ*. Rom. 16. 17. *ſcandala adverſus veram doctrinam*. 1. Tim. 1. 20. *blaſphemia*. Tit. 3. 10. *hæreſis*.

XXIV.

Contumaciam continent Chriſti verba Matth. 18. 16. 17. *ſi te, ſi teſtes, ſi eccleſiam non audierit*. & Pauli Tit. 3. 10. *poſt unam & alteram admonitionem*, contemtam videlicet.

XXV.

Publicam eccleſiæ ſententiam complectuntur iſta: 1. Cor. 5. 4. *Vobis & meo ſpiritu in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis, cum poteſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

XXVI.

Excluſio à cœna indicatur 1. Cor. 10. 21. *Non poteſtis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.*

XXVII.

Excluſio ab eccleſia Matth. 18. 17. *Sit tibi velut ethnicus & publicanus*. 1. Cor. 5. 2. *tollatur è medio veſtri*. v. 7. *Expurgate vetus fermentum*. v. 13. *tollite improbum illum ex vobis ipſis*. Gal. 5. 12. *abſcindantur.*

XXVIII.

Excluſio à regno Dei. 1. Cor. 5. 5. *Ejuſmodi homo tradatur Satanæ*. 1. Timoth. 1. 20. *quos tradidi Satanæ*, .i. eos non amplius ad regnum Chriſti, ſed Satanæ pertinere pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

pronunciavi. idque apud Deum ratum eſt. juxta illud Matth. 16. 19. & 18. 18. *quicquid ligaveritis in terra erit ligatum in cœlo.* Ioh. 20. 22. *quorum peccata retinueritis, retinebuntur eis.*

XXIX.

Quod addidimus, *donec per reſipiſcentiam* &c. ad alteram diſciplinæ partem nos ducit, quæ dicitur *ſolutio*. Matth. 16. & 18. inque eo conſiſtit, quod peccatori veræ reſipiſcentiæ ſigna exhibenti, delicta ſua *remittantur*. Ioh. 20. 22. *condonentur*. 2. Cor. 2. 7. 10. *conſoletur* eum eccleſia. ib. & *ratam erga eum faciat charitatem*. v. 8. Et hoc quoque à Deo ipſo approbatur. Matth. 16. & 18. *quicquid ſolveritis in terra erit ſolutum in cœlis*. Io. 20. 22. *quorum remiſeritis peccata, remittentur eis.*

XXX.

Unde etiam Finis diſciplinæ eccleſiaſticæ eluceſcit, qui non eſt, ut peccator æternum damnetur, aut *redundante triſtitia abſorbeatur*. 2. Cor. 2. 7. ſed *ut erubeſcat*. 2. Theſſ. 3. 14. *diſcat non peccare*. 1. Tim. 1. 20. *intereat caro & ſpiritus ſalvus fiat*. 1. Cor. 5. 5.

COROLLARIA.

1. *In intellectu primi hominis fuit perfecta ſapientia.*

2. *In voluntate perfecta rectitudo.*

3. *Homo in puris naturalibus non datur, nec dari poteſt.*

4. *Juſtitia primi hominis ei fuit naturalis, non cauſative, ſed ſubjective.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLIV.

DE

Diſciplina Eccleſiaſtica,

QUINTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICUS SCHALCKENIUS, Harlemenſis,

Ad diem 19. Ianuar. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo

Inclytæ ac Celeberrimæ

HARLEMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis nunquam non honorandis,

Hanc ſtudiorum Academicorum meſſem,

eâ quâ par eſt animi reverentiâ,

offert, dedicat, & inſcribit,

HENRICUS SCHALCKENIUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXLIV.

DE

Diſciplinâ Eccleſiaſticâ, quinta.

THESIS I.

SEcundum ea quæ jam dicta ſunt enodandæ veniunt quæſtiones nonnullæ circa excommunicationem. ac primo: An liceat quempiam excommunicare citra prævias admonitiones? Affirmant Anabaptiſtæ Prot. Emd. Act. 98. Num. 1. Leovard. act. 119. Confeſſ. p. 147. &c. nos Neg. ex iis quæ dicta ſunt Diſp. ſuperiori theſ. 9. ſeqq. confer Luc. 13. 7. 8. 2. Cor. 12. 20. 21. & 13, 1. 2. 1. Theſſ. 5. 12.

II.

2. An liceat excommunicare peccatorem reſipiſcentem? Affirmant Anabaptiſtæ Prot. Emd. Act. 98. Num. 2. Nicolaus Nicolai p. 348. &c. Nos neg. ex iis quæ allegata ſunt Diſp. ſuperiori theſ. 22. ſeqq. 2. Cor. 12, 21. 2. Theſſ. 3. 14.

III.

3. An excommunicatus arceatur ab auditu verbi divini? Neg. Nec id inferri poteſt ex eo quod in V. T. à tabernaculi ac templi uſu cultuque tales fuerunt rejecti. Nam 1. templa noſtra in N. Teſt. nihil in ſe ſacramentale continent, quale tabernaculum ac templum V. T. continuerunt. 2. nec peculiares ab aliis locis gratiæ promiſſiones habent, ut putant pontificii, contra aſſer-

tionem Chriſti, Joh.4.21.23. 3. quia exhortationes ad fidem ac reſipiſcentiam, & orationes pro converſione peccatorum haud dubie ad eos ſpectant. 4. quia tempore Apoſtolorum cœtum eccleſiæ etiam infideles ingrediebantur. 1. Cor. 14.23.

IV.

4. An abſolute omnis civilis converſatio cum excommunicato prohibita ſit? Affirmant Anabaptiſtæ. Prot. Emd. Act. 101. Num. 1. Confeſſ. p. 152. &c. Nos neg. & quæ eo ſpectare videntur, ut *ne edite cum ipſis, ne recipite, ne ave dicite* &c. de familiaritate non neceſſaria intelligenda cenſemus. Nam Chriſtus ipſe cum publicanis (quibus excommunicatos aſſimilat Matth. 18. 17.) ediſſe legitur. Matth. 9. 10. & Paulus 2. Theſſ. 3. 14. cum dixiſſet: *Ne commercium habete cum eo, ut erubeſcat*, addit v. 15. *Neque ut inimicum ducite, ſed admonete ut fratrem.* Salutationes pro ſuperfluis colloquiis nonnunquam ſumi, patet 2. Reg. 4. 29. Luc. 10. 4.

V.

5. An excommunicatio tollat mutua officia conjugum, parentum & liberorum &c? Affirmant Anabaptiſtæ. Prot. Emd. Act. 99. Num. 1. & 101. num. 1. & 104. num. 1. Confeſſ. p. 152. &c. Nos neg. Quia repugnat ſcripturæ, de liberis & parentibus, Exod. 20. 12. Eph. 6. 1. de ſervis & Dominis. Eph. 6. 5. ſeqq. de conjugibus. Matth. 19. 6. 1. Cor. 7. 3. 4. 5. Etiam ubi alter infidelis eſt. ib. v. 12. 13. 16.

VI.

6. An excommunicandus, qui uxorem duxit extra eccleſiam,

cleſiam, aut mulier quæ viro ab eccleſia alieno nupſit? Affirmant Anabaptiſtæ. Prot. Emd. Act. 98. num. 2. quæſt. 4. &c. neque reconciliari poſſe putant, niſi conjux infidelis ad eorum eccleſiam ſe aggreget, aut moriatur. Neque ad id obtinendum ſufficere, ut quis dicat ſe facti pœnitere &c. Quod etiam valere volunt reſpectu ejus qui ducit conjugem è diverſa ſecta Anabaptiſtica. Nos reſp. Optandum quidem eſſe, ut omnes nubant *in Domino*. 1. Cor. 7. 39. & peccare eos qui impari jugo copulantur cum *infidelibus*. 2. Cor. 6. 14. ratione videlicet *ſcandali* & *periculi* defectionis in quod tales ſe conjiciunt: interim cum conjugium illud *in ſe* ſit *ratum*. 1. Cor. 7. 12. 13. &c. & *ſanctum* 1. quoad inſtitutionem Dei. 2. quoad uſum, reſpectu partis fidelis. 1. Cor. 7. 14. non cenſemus hoc eſſe inter cauſas excommunicationis, maxime, ſi eum qui hoc fecit ſcandali à ſe dati pœniteat, & in fide ipſe conſtans maneat. nemo enim pœnitens eſt excommunicandus.

VII.

7. An per excommunicationem reges ac principes exuantur ſuis regnis, aut ditionibus: item populi ſolvantur juramento fidelitatis quod ipſis præſtiterunt? Affirmant inter pontificios maximè Ieſuitæ. Nos neg. 1. quia repugnat doctrinæ de magiſtratu. Rom. 13. 1. 1. Timoth. 2, 1. 2. 1. Pet. 2. 13. & de juramento. Pſal. 15. 4. &c. 2. quia excommunicatio ad talia non extenditur. ut agnoſcit Soto: *Excommunicatio* (inquit) *non eſt privatio alicujus boni proprii, quod tranſgreſſor legis prius poſſederat: ſed eſt privatio bonorum communium quæ ab eccleſia erat percepturus, ut communionis ſpiritualis, & receptionis ſacramentorum*.

VIII.

8. An hæreticum excommunicare liceat? Negant Remonſtrantes, niſi per voluntariam culpam in eam inciderit aut in ea perſeveret. Apol. p. 253. b. Hæreſin porro ajunt plane involuntariam eſſe. p. 277. b. eſſe proprie dictam innocentiam. ib. imo nullam majorem innocentiam eſſe quam imprudenter errantium. p. 280, omnem ignorantiam, ſive ea inculpabilis, ſive culpabilis ſit, excuſare à peccato hæreſeos. ibid. Hæreticos nec blaſphemos eſſe, nec eſſe poſſe. p. 263. 265. Non obligari eos ad verum verbi divini ſenſum ſequendum contra conſcientiam ſuam, licet erroneam. p. 289. b. &c. Nos iſta omnia abominanda eſſe cenſemus, & adverſus hæreticos obſtinatos cenſuram excommunicationis ſtringendam, Diſp. ſup. theſ. 6. 7. demonſtravimus.

IX.

9. An juſtè excommunicati, ejecti ſint ab eccleſia univerſali, an vero tantum ex particulari? poſterius affirmat Polanus Synt. l. 7. c. 5. Nos prius, ob has rationes: 1. quia juſtè excommunicantur ſoli illi qui ſe infideles & impios declarant: at illi non ſunt membra eccleſiæ catholicæ. 2. ſi verum eſt quod ait auctor, poſſent ii qui ab una eccleſia juſtè excommunicati ſunt, ſine ſcrupulo ab alia admitti, quod falſum. 3. excommunicati dicuntur à regno Chriſti excluſi, Sathanæ traditi &c. at regnum Chriſti non eſt particularis aliqua eccleſia, ſed univerſalis. nec in Sathanæ regnum concedere dici poſſunt qui manent in eccleſia catholica.

X.

Objicit 1. Excommunicatio eſt cenſura eccleſiæ particularis, ergo non excludit ab univerſali. Reſp. 1. Antecedens non eſt univerſaliter verum, ſunt enim etiam excom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

excommunicationes conciliorum generalium. 2. Neg. conſeq. nam licet ab eccleſia particulari exerceatur illa cenſura, non tamen ea comprehendit tantum excluſionem ab ea, ſed à regno Chriſti,ut dictum. fit etiam approbante univerſa eccleſia, quia fit ſecundum doctrinam univerſæ eccleſiæ. Imo fit approbante Chriſto, alioqui vim nullam haberet, ſed merum ludibrium eſſet.

XI.

Objicit 2. Excommunicatio juſta eſt medicina excommunicatorum, non autem præciſio à corpore ſervandorum, quod non eſſet ſanare, ſed perdere. Reſp. 1. Excommunicatio non perdit, ſed aliquatenus perditos pronunciat, nec abſolute, ſed quamdiu in ſceleribus excommunicatus perſeverat. 2. medicina eſt, ſi excommunicatus è numero electorum ſit: ſed ſi reprobus, medicina quidem eſt eccleſiæ, qualis ea quæ fit per ſeparationem membri corrupti,at ipſius excommunicati medicina non eſt, ſed præparatio damnationis. Licet hoc eccleſia, quæ quis electus, quis reprobus ſit, ignorat, non intendat, ſed de omnibus meliora ſperet, & omnium ſalutem quærat.

XII.

Unde judicium hoc eccleſiæ, quod ſecundum charitatem eſſe debet, non eſt, quod Deus hominem illum planè abjecerit, ſed quod caro eatenus dominetur ſpiritui, ut non niſi extremo hoc remedio in integrum reſtitui poſſit. Patet ex eo, quod dicitur: *Ut Spiritus ſalvus ſit.* judicat ergo eccleſia aliquod ſupereſſe ſemen *ſpiritus*, licet oppreſſum lateat, quod hoc acerrimo contra carnem remedio ab ultimo interitu vindicandum ſit.

XIII

Objicit 3. Excommunicatus eccleſiæ univerſalis mem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

membrum actu nondum fuit, ergo, ab ea abſcindi non potuit. Reſp. quicquid ſit de anteced. negamus conſeq. imo contrarium ſequitur. ſi enim actu nondum fuit ejus membrum, poteſt ab ea *abſcindi* .i. *pronunciari* nullam cum ea communionem habere, imo, ex auctoris hypotheſi, *nunquam habuiſſe*.

XIV.

Rectius ergo idem auctor, ejuſdem lib. c. 18. *Excludit* (inquit) excommunicatio *à communione totoque conſortio fidelium, inter quos eſt Chriſti communio, proinde à regno Dei, & Sathanæ tradit excommunicatum, donec reſipuerit.*

XV.

Quibus conſentit Clar. Triglandius de Poteſt. Civili & Eccleſiaſt. p. 394. 395. *Qui ex una ejecti ſunt republ. in aliam recipi poſſunt; qui vero ab una particulari eccleſia ſunt excommunicati, à nulla alia recipi aut admitti poſſunt, niſi vera converſione eccleſiæ quam læſere ſatisfaciant. Cauſa diſcriminis eſt, quod qui in unam peccat rempubl. non ſtatim peccat in omnes; quia diverſis utuntur regna & reſpubl. pro ſtatu & conditione quælibet ſua, legibus & privilegiis: ſed qui in unam peccat eccleſiam particularem, peccat in omnes ſimul, eo quod omnes membra ſunt unius corporis myſtici, quod eſt eccleſia catholica per totum orbem diſperſa, cujus unicum caput eſt Chriſtus, adeoque unius fidei, pietatis, cultuſque divini vinculo inter ſe unita: prout Apoſtolus docet* Epheſ. 4. v. 4. 5. 6. Unum eſſe corpus, & unum ſpiritum &c.

COROLLARIUM.

Providentia divina ad omnes res creatas extenditur: maximas, minimas, neceſſarias, contingentes, bonas, malas.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLV.

DE

ANATHEMATE,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HERMANNUS ab OTTEN.

Ad diem 22. *Ianuar. loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Graviſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

LVGDVNO-BATAVÆ

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis.

UT ET

Eximiâ pietate ac prudentia conſpicuo Viro,

D. JACOBO VALCKX, in Florentiſſimo Amſtel. emporio Mercatori ſolertiſſimo, Avunculo ſuo nunquam non honorando.

NEC NON

Celeberrimis, Spectatiſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. JACOBO TRIGLANDIO, S. S. Theol. Doct. ejuſdemque Facultatis in alma Lugd-Bat. Acad. Profeſſori primario, & Eccleſiæ Dei Paſt. vigilantiſſimo,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct. & Collegii Theol. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi ſuſpiciendo,

Hanc de ANATHEMATE *Diſputationem, in grati animi arrham,*

D. D. D.

Hermannus ab Otten.
Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLV.

DE

ANATHEMATE.

THESIS I.

AMandus Polanus Syntagm. Theol. l.7.c.18. *Excommunicatio,* inquit, *eſt vel ſimplex, vel Anathema. Anathema eſt gravior excommunicatio. Eſtque etiam duplex: nempe vel ſimplex anathema. Gal.* 1.8. *Rom.* 9. 3. *vel anathema Maranatha, quæ eſt ſpecies extremi anathematis.* 1. *Cor.* 16. 22. *quo extremæ Chriſti Iudicis condemnationi, abſque ſpe veniæ, peccator addicitur.*

II.

In qua diſtributione non pauca ſunt quæ ſcrupulum movent. 1. enim quæri poteſt, quid ſibi velit *gravior excommunicatio?* hoc eſt, qua in re *gravitas* ejus *major* conſiſtat? ea enim concipi nequit niſi in extremo anathemate. de quo mox. 2. quid ſit *ſimplex anathema?* nominatur enim tantum, non deſcribitur. cumque excommunicatio *cum ſpe veniæ,* & excommunicatio *ſine ſpe veniæ* contradictoriè opponantur, nec medium admittant, omnino ad alterutram referendum eſt *anathema* hoc *ſimplex,* atque ita in diſtributione redundat. 3. quo ſenſu Anathema Maranatha vocetur *ſpecies extremi anathematis?* num extremum hoc anathema etiam varias ſub ſe ſpecies habet? & quæ ſunt illæ?

III.

Dimiſſis reliquis, quæ vel explicari non poſſunt, vel controverſiam non habent, ultimum diviſionis mem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ꝛrum ad partes vocabimus. *Anathema* videlicet propriè dictum, quo peccator (juxta auctorem) *condemnationi, ſine ſpe veniæ* addicitur. quærimus autem an illud pertineat ad diſciplinam eccleſiaſticam? quod negamus.

IV.

Ratio negationis eſt, quia id pugnaret cum ſcopo ac fine diſciplinæ eccleſiaſticæ, qui non eſt peccatoris *damnatio*, ſed *pudefactio*. 2. Theſſ. 3. 14. *converſio* & *ſalus*. 1. Cor. 5. 5. 2. Cor. 2. 7. 8. 10. ſi finis ille non obtineatur, id fit per accidens, & cum eccleſiæ dolore. Hinc auctor ipſe quem citavimus, in definitione excommunicationis, ait, eâ *declarari, regno Dei excluſum, ac Satanæ traditum eſſe excommunicatum, DONEC RESIPUERIT*. prorſus ut Catech. quæſt. 84. 85. cum quo conſiſtere non poteſt illud: *ſine ſpe veniæ*.

V.

Addimus, nec inſtitutum à Chriſto hunc diſciplinæ (ut putant) gradum, nec exemplum ejus in ſ. literis extare. quod ut liqueat, examinanda ſunt ea teſtimonia, quæ in contrarium afferuntur.

VI.

Rom. 9. 3. *Optarim enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem*. ergo anathema eſt ſpecies excommunicationis. Reſp. Neg. Conſeq. Neque enim *excommunicat* ſe ipſum Paulus, neque ab eccleſia ut id fiat petit, injuſtum enim peteret, cum nec flagitioſus, nec contumax eſſet, ſed fidelis: ſed infortunium, quod ex ultione *divinâ* popularibus ſuis impendebat, tam grave ſibi videri ſignificat, ut minus malum (pœnæ) futurum ſit, ſi ipſe unus eorum vice id ſubiret, quam omnes. tantumque ſuum erga illos amorem, ut id, ſi Deus voluerit, perferre paratus ſit. Omnino de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

no de ſententiâ *divinâ* loquitur, non de eccleſiaſticâ. ideo non pertinet hic locus ad diſciplinam.

VII.

1. Cor. 5. 5. *Ejuſmodi* homo *tradatur Satanæ*. Reſp. Non æternum damnandus, vel *abſque ſpe veniæ*, ſed *ad exitium carnis ut Spiritus ſalvus ſit in die Domini Ieſu*. & hunc finem obtentum fuiſſe patet 2. Cor. 2. 7. 8. 10. nihil ergo hoc ad anathema.

VIII.

1. Cor. 16. 22. *Siquis non amat Dominum Ieſum, eſto anathema, Maranatha.* Reſp. Non eſt hæc excommunicatio, ſed generalis doctrina. ut patet in vocula εἴτις *Siquis.* quæ tamen & ipſa ſubintelligit conditionem impœnitentiæ finalis. Sane tempus fuit cum ipſe Paulus non amaret Dominum Ieſum, nec tamen damnatus fuit. ne hic ergo quidem locum habet τὸ *Sine ſpe veniæ.*

IX.

Gal. 1. 8. 9. *Sed etiam, ſi nos, aut Angelus è cœlo euangelizet vobis præter id quod vobis euangelizavimus, anathema eſto. Vt ante diximus, etiam nunc iterum dico, Siquis vobis euangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema eſto.* Reſp. Paulus non exercet diſciplinam eccleſiaſticam adverſus angelos, nec ulli angelo anathema dicit, nullus enim flagitium quod Paulus ibi recenſet commiſit, neque commiſſurus eſt. excommunicatio autem non exercetur niſi contra certam perſonam, & peccato jam commiſſo. ſed generalem doctrinam tradit, quid tales mereantur, ſi, per impoſſibile, vel angeli eſſent, nempe ſententiam damnationis.

X.

Gal. 5. 12. *Vtinam etiam abſcindantur, qui vos inquietant.* Reſp. *Abſcindi*, vel ſignificat exterminari *à Deo*,

vel excommunicari ab *eccleſiâ* : ſi illud, non pertinet ad diſciplinam eccleſiaſticam. ſi hoc, non infert quod vult adverſarius, quia non additur *ſine ſpe veniæ*. neque ἐκκόπτεσθαι in hoc ſignificato plus aliquid dicit quam ἐξαρθῆναι ἐκ μέσου (τῆς ἐκκλησίας) 1.Cor.5.2.

XI.

1.Tim.1.20. *Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ.* Reſp. Non, ut damnentur, nec *ſine ſpe veniæ*, ſed, *ut caſtigati diſcant non blaſphemare.* ut exprimitur in textu, per conſequens, ut convertantur, & vivant.

XII.

Iudæ verſ. 15. *Ecce Dominus venit cum ſanctis millibus ſuis, Ut ferat judicium &c.* Reſp. manifeſtè loquitur de judicio divino, non autem eccleſiaſtico. itaque nihil ad rhombum.

XIII.

1. Ioh.5.16. *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget.* ſi pro peccante ad mortem orandum non eſt, ergo talis abſolute ac ſine ſpe veniæ damnandus. Reſp. 1. à Deo? concedo; ab eccleſiâ? hoc ex illo non ſequitur. Annon diabolus ſine ſpe veniæ damnatus eſt? certe. *non* tamen *auſus eſt Michaël archangelus illi impingere notam maledicti, ſed dixit increpet te Dominus.* Iud. v. 9. Ita & qui peccat ad mortem .i. in Spiritum Sanctum, licet à Deo damnandus ſit, nec ſpem veniæ habeat, non tamen inde ſequitur eum ab eccleſiâ anathemate feriendum, ſed Dei potius judicio relinquendum. 2. nec idem ſequitur ex eo quod pro tali orandum non ſit, aliud enim eſt à precibus pro aliquo abſtinere, aliud judicium condemnationis in eum ſtringere. 3. Maxime

hic

hic conſiderandum, quod, an hoc peccatum commiſſum ſit eccleſiæ conſtare non poſſit, niſi extra ordinem reveletur à Deo, quod hodierno tempore fieri deſiit. unde recte dicitur Synopſ. Theol. Diſp. 48. theſ. 38. *Eccleſia poſterioris temporis, quæ hoc peccatum vix certò diſcernere poteſt, EO GRADV VTI NON SOLET.*

XIV.

At apud Iudæos (inquiunt) uſus fuit hujus anathematis, quod *Schammatah* vocabant. Reſp. 1. quæritur quam rectè. 2. Neg. apud eos ullam excommunicationem fuiſſe *ſine ſpe veniæ.* in omnibus enim ſuis execrecationibus ſubintelligebant, *donec reſipuerit.* tunc enim excommunicatus abſolvebatur. ii tantum pro damnatis habebantur, qui in excommunicatione moriebantur. ideo illorum ſepulcrum lapidabant. v. Seld. de jure nat. & gent. juxta Hebr. l. 4. c. 8.

XV.

Hariolantur porro qui שמתה derivant à שם מותה *ibi mors.* eſt enim à שמת *ſeparare.* ut & qui Maranatha putant eſſe מחרם מותה *devotus ad mortem.* ſignificat enim linguâ Syriacâ totidem ſyllabis ac literis, *Dominus venit.* quo alludi videtur ad prædictionem Enochi, de qua Iudæ v. 14. 15.

XVI.

Sentimus ergo hac in parte cum Chryſoſtomo, qui tractatum evulgavit, περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναθεματίζειν ζῶντας ἢ τεθνεῶτας. reperitur in editione Savilianâ tomo 6. pag. 439.

COROL-

COROLLARIA.

1.

Concurſus Dei cum actionibus creaturarum, nec eſt ſubſequens, nec ſimultaneus, ſed perpetuo antecedens in ordine cauſandi.

2.

Licet tempore cum actione cauſæ ſecundæ ſimul exerceatur.

3.

Mala culpæ Deus nec ſuadet, nec jubet, nec probat, ſed permittit & dirigit ad bonum finem.

4.

Idque non invitus, ſed volens. nec ocioſus, ſed varie actuoſus. nec ita ut cauſa ſecunda maneat indifferens ad actum vitioſum, ſed certo in eum incidat.

5.

Quo ſenſu hæc permiſſio efficax *vocari ſolet, i. eventus indubitati; non autem quaſi ſit peccati cauſa vere ac realiter* efficiens.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXLVI.

DE

Eo excommunicationis genere, quod Interdictum vocant,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

IOHANNES GEMAER,

Ad diem 26. *Ianuar. loco ſolito, horâ*

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Graviſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

LVGDVNO-BATAVÆ

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis honorandis.

Hanc Diſputationem Theologicam,

in grati animi ſignum,

ſubmiſsè offert,

IOHANNES GEMAER.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXLVI.

DE

Eo excommunicationis genere, quod Interdictum vocant.

THESIS I.

INter diſſentanea Diſciplinæ eccleſiaſticæ merito referimus illud cenſuræ genus, quod pontificii *Interdictum* vocant, cum videlicet communitates integræ, regna, reſpublicæ, cum omnibus ſuis ſubditis communione ſacrorum arcentur.

II.

Hoc cenſuræ genus primitivæ eccleſiæ ignotum fuit, cum nemo è Patribus ullam ejus mentionem uſquam faciat.

III.

Et in ipſo papatu novum eſt, cum neque in Collectione Canonum Burchardi, neque Ivonis, neque Gratiani, qui ſcripſit circa annum 1150. commemoretur.

IV.

Sed primus ejus mentionem facit Alexander 3. in Decretalibus, epiſtola quadam ſua ad prælatos Angliæ, Anno 1170.

V.

Initio cum ei locus dari cœptus eſt, omnia officia di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vina prohibita fuerunt, excepto baptiſmo puerorum, & pœnitentia moribundorum. Alexand. 3. cap. *Non eſt nobis. de ſponſ.* Anno quo ſup.

VI.

Circa annum 1200. fuit conceſſa prædicatio, & Sacramentum Confirmationis (ut vocant) ab Innocentio 3. cap. *Reſponſo. de ſent. excommunic.*

VII.

Circa annum 1230. Gregorius 9. conceſſit, ut ſingulis ſeptimanis ſemel miſſa celebraretur, ſine pulſu tamen campanæ, ſubmiſsè & clauſis janujs, ad conſecrandum ſacramentum moribundorum pœnitentium. cap. *Permittimus, de ſent. excomm.*

VIII.

Circa anuum 1245. Innocentius 4. permiſit, ut ſacramentum pœnitentiæ poſſet adminiſtrari cruce ſignatis, & peregrinis: & ut bini vel trini clerici poſſent celebrare officia ſacra voce ſubmiſſa. cap. *Quod.* in text. *de pœn. & remiſſ.*

IX.

Circa annum 1300. conſtituit Bonifacius 8. ut adminiſtraretur pœnitentia non ſolum infirmis, ſed & benè valentibus: idque ſingulis diebus, & officia ſacra peragerentur, voce tamen ſubmiſſa, clauſis januis, & ſine campanarum pulſu: & in feſtis Nativitatis, Paſchatis, Pentecoſtes, & Aſſumtionis D. Virginis, publicè, apertis januis, & cum campanæ pulſu celebrarentur. cap. *Alma mater. de ſent. excomm. in 6.*

X. Qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Quales fuerint Interdicti fructus in ipſo papatu, operæ pretium eſt ipſorum verbis enarrare. ita ergo partim capit. citato, *Alma mater*. partim Extravag. *provide*. legitur: *Quia vero ex diſtinctione hujuſmodi ſtatutorum exareſcit devotio populi, pullulant hæreſes, & infinita pericula animarum inſurgunt, ac eccleſiis ſine culpa earum debita obſequia ſubtraherentur &c.* item: *Tolluntur mortuis ſeu minuuntur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris: adoleſcentes & parvuli participantes rarius ſacramenta minus inflammantur & ſolidantur in fide, fidelium tepeſcit devotio, hæreſes pullulant, & multiplicantur pericula animarum.* Et gloſſa in cap. *Alma mater*, ait, *poſt ſublatum interdictnm in aliquo loco, homines* 30 *aut* 40 *annorum, qui nunquam viderant celebrari miſsam, irriſiſſe ſacerdotes qui celebrabant.*

XI.

Inter Doctores pontificios Dominicus à Soto ait in Diſt. 22. q. 3. a. *Interdictum, quamvis ex una parte ad terrorem excommunicatorum conducat, ex altera tamen in periculum divini cultus vergit: potiſſimum ſi fuerit prolixum, nam tum non ſolum populus deſuetudine frequentandi divina officia, affectum eorum & ſenſum amittit, verum etiam & clerus ipſe remiſſior fit & ignavior ad eadem divina celebranda, qua utique ratione & divina religio detrimentum patitur, & populus ſolet in moribus ſilveſcere.*

XII.

Ad quas confuſiones evitandas principes pontificii ſe ejuſcemodi Interdictis communiter oppoſuere. exempla afferemus, non quæ tempore belli, ſed in alta pace contigerunt: Anno 1468. Paulus 2. Interdicto ſubje-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

cit urbem Nivernenſem, at parlamentum Pariſienſe per Areſtum factum 2. Decemb. ejuſdem anni, ordinavit ut divina ſervitia continuarentur.

XIII.

Anno 1488. Innocentius 8. interdixit Biturigibus, at Parlamentnm pronunciavit Interdictam abuſivum, & mandavit continuationem cultus divini. ut refert Renatus Chioppinus l. 2. tit. 4. q. a. idem fecit Philippus Pulcher rex Galliæ, cum regnum ſuum Interdicto ſubjectum eſſet à Bonifacio 8. & Ludoïcus 12. cum idem feciſſet Papa Iulius 2. Quod factum Ludoïci laudat & commendat Richeomo provincialis Ieſuitarum in Apologia Regis Galliæ, & cuivis regi imitandum proponit.

XIV.

Anno 1606. Veneti à Papa Paulo 5. Interdicto ſubjecti fuere, cujus bullam princeps Leonardus Donatus contrario reſcripto iniquam, injuſtam, nullam pronunciat, brutum fulmen vocat, quod aërem tantum feriat, eccleſiaſticos ſacra ut antea peragere jubet &c. ejus factum defendunt Ioh. Marſilius Theol. Doct. Petrus Antonius Franciſcanorum vicarius generalis. Frater Paulus ordinis Servorum. Fr. Bernardus Gordanus Ord. Min. Obſerv. Fr. Michaël Agnolo ex eodem ordine. Fr. M. Ant. Capellus Minor Conventualis. Fr. Camillus Auguſtinus. Fr. Fulgentius Ord. Servorum. Inter alios Franciſcani omnes, ſacra ut ante peragunt. Ieſuitæ diverſa molientes ejiciuntur. hæc in papatu.

XV.

Nos quod attinet, ejuſcemodi Interdicta, ſuapte naturâ

turâ nulla & invalida eſſe cenſemus. & quidem

XVI.

1. Propter defectum poteſtatis, quam in alias eccleſias, Papa non habet.

XVIII.

Unde nihil quoque tale imitari debet eccleſia reformata, cui certum eſt, unam eccleſiam in aliam dominium non habere.

XVIII.

2. Quia nihil tale in ſ. literis nec quoad verba, nec quoad ſenſum injungitur.

XIX.

3. Quia repugnat divinæ juſtitiæ (ad quam eccleſia in ſuis judiciis reſpicere tenetur. Gen. 18. 23. 25.) *condemnare juſtum cum injuſto.*

XX.

4. Et manſuetudini Chriſti, qui *calamum quaſſatum non confregit, & linum fumigans non extinxit.* Matth. 12. 20. quam virtutem nos *à ſeſe diſcere* jubet. Matth, 11. 29. confer Gal. 6. 1.

XXI.

5. Quia idem jubet, ut zizania ſinantur creſcere uſque ad diem meſſis, quoties periculum eſt ne una cum illis triticum evellatur. Matth. 13. 28. 29.

XXII.

6. Quia è promiſcua illa & indiſtincta excommunicatione & cultus divini prohibitione, naſcitur profanitas,

tas, religionis contemtus, & libertiniſmus, aut ſaltem ad omnifarias ſectas defectio. Atque ita poteſtas à Deo eccleſiæ data exercetur non ad *ædificationem*, ſed ad *deſtructionem*. contra quam fieri debet. 1. Cor. 10. 8. & 13. 10.

XXIII.

7. Quia excommunicatio adverſus ſolos contumaces ſtringi debet. non eſt autem præſumendum, in numeroſo corpore peccante omnes tales eſſe, ſed paucos plerumque, qui reliquos vel vi, vel aſtu & falſis perſuaſionibus poſt ſe abducant.

XXIV.

8. Quia adverſus ingentem multitudinem non poſſunt obſervari prærequiſita excommunicationis, ut ſingulorum examina, & admonitionum gradus. quæ ubi deſunt, ad ſententiam excommunicationis non eſt proſiliendum.

COROLLARIA.

I.

Per providentiam divinam non tollitur è rebus contingentia & libertas.

II.

Nec per eam Deus ſit auctor peccati.

FINIS.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLVII.

DE EPISCOPIS,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.

Ad diem 29. *Ianuar. loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Prudentiſſimo, Graviſſimoque

Inclytæ ac Celeberrimæ

AMSTELODAMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis & Mæcenatibus meis & benevolis & munificis, perpetua obſervantia colendis.

Hoc Exercitium Theologicum,

offert & inſcribit

PETRUS MUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXLVII.

DE

EPISCOPIS.

THESIS I.

QUæritur, an Epiſcopi, in eccleſia apoſtolica fuerint alii & diſtincti à presbyteris? (loquimur autem de presbyteris *laborantibus in ſermone & doctrinâ.* 1. Tim. 5. 17.) Nos negamus. hiſce inducti ſcripturæ locis:

II.

Act. 11. 29. 30. *Singuli vero diſcipulorum, prout cuique ſuppetebat, decreverunt ſubminiſtrationis cauſa, mittere aliquid fratribus habitantibus in Iudæa. Quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores, per manum Barnabæ & Saul.* Nulli ergo ibi epiſcopi, imo nullus epiſcopus præter presbyteros, alioquin ad illum vel imprimis collectæ à Barnaba & Paulo deferendæ fuiſſent.

III.

Act. 14. 23. *Quumque ipſis per ſuffragia creaſſent per ſingulas eccleſias presbyteros, precatique eſſent &c.* ecce numerus presbyterorum per ſingulas eccleſias, epiſcopi autem eis impoſiti nulla mentio.

IV.

Act. 15. 2. *Conſtitutum fuit ut aſcenderent Paulus & Barnabas &c. ad Apoſtolos & presbyteros Hieroſolymam, ſuper hâc quæſtione.* & v. 6. *Congregati vero ſunt Apoſtoli & Se-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

niores, ut diſputarent de ſermone hoc. Nullus ergo interje-ctus ordo vel gradus Apoſtolos inter & presbyteros ſive ſeniores, alioquin in tam gravi negotio ejus rationem non haberi piaculum fuiſſet.

V.

Ibid. v. 22. 23. *Tunc viſum eſt Apoſtolis & presbyteris cum tota eccleſia, delectos ex ſeſe viros mittere Antiochiam &c. iſtis per eorum manum ſcriptis: Apoſtoli, & presbyteri, & fratres, iis qui ſunt Antiochiæ &c. ſalutem.* An in epiſtola ſynodali omitteretur epiſcopi nomen, ſiquis præter presbyteros fuiſſet? quid magis à ratione alienum?

VI.

Act. 20. 17. *Miſſis autem Mileto* nunciis, *accerſivit preſbyteros eccleſiæ.* eos inter alia ita admonuit v. 28. *Attendite igitur* animum *ad vos ipſos & totum gregem, in quo vos Spiritus Sanctus conſtituit epiſcopos, ad paſcendam eccleſiam &c.* Quis non videt hic eoſdem & *presbyteros* vocari v. 17. & *epiſcopos* v. 28? & *plures* quidem epiſcopos in unius civitatis eccleſia? quod ab epiſcopali hierarchia prorſus alienum eſt.

VII.

Eph. 4. 11. *Is igitur dedit alios quidem Apoſtolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores.* Hic poſt euangelii præcones extraordinarios, nulli ponuntur ordinarij præter Paſtores & Doctores, epiſcoporum ab eis diſtinctorum ne umbra quidem.

VIII.

Phil. 1. 1. *Omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

lippis, una cum Epiſcopis & Diaconis. quis non videt, nullo inter hos ordine interpoſito, Epiſcopos intelligi qui & presbyteri dicebantur? & plures in una eademque urbe fuiſſe?

IX.

1. Tim. 3. 2. *Oportet igitur Epiſcopum irreprehenſum eſſe, unius uxoris virum* &c. & v. 8. *Diaconos itidem venerandos, uon bilingues &c.* Poſtquam præcepta dedit epiſcopos, ſtatim tranſit ad Diaconos, non ergo alios agnovit epiſcopos niſi qui confuſo cum presbyteris diſcrimine, iidem haberentur.

X.

1. Tim. 4. 14. *Ne negligito donum quod in te eſt, quod datum eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manum presbyterii.* Timotheum pro epiſcopo habent pontificii, quærimus, ſi minor eſt presbyter quam epiſcopus, quomodo ille huic manus imponet? hoc certè non permittitur presbyteris in papatu. Ergo hi presbyteri iidem cum epiſcopis, qui manus imponebant, & ordinabant epiſcopos.

XI.

1. Tim. 5. 17. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur; maximè qui laborant in ſermone & doctrina.* Hic presbyteri laborantes in ſermone duplici honore digni cenſentur, atque ita in ſummo dignitatis gradu collocantur, præcellens autem ille epiſcopus, qui in altiore poſitus ſuggeſtu, presbyteros ad ima ſubſellia detrudat, nuſquam comparet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XII.

Tit. 1. 5. *Hujus rei gratia dereliqui te in Creta, ut quæ deſunt corrigas, & conſtituas oppidatim presbyteros, ſicut ego tibi ordinavi. v. 6. Siquis eſt inculpatus &c. v. 7. oportet enim epiſcopum inculpatum eſſe &c. v. 9. Tenacem fidelis illius ſermonis* &c. Hic qui v. 5. vocantur *presbyteri*, v. 7. dicuntur *epiſcopi*, & quidem proprie dicti, ut apparet v. 9. ergo iidem ſunt.

XIII.

1. Pet. 5. 1. 2. *Presbyteros qui inter vos ſunt, precor ego una presbyter &c. Paſcite Dei gregem qui penes vos eſt, illius inſpectioni vacantes* (ἐπισκοποῦντες) *non coactè* &c. Hic qui v. 1. dicuntur presbyteri. v. 2. jubentur ἐπισκοπεῖν .i. epiſcopos agere, itaque non differunt presbyteri ab epiſcopis.

XIV.

Epiſt. 3. Ioannis v. 9. *Scripſi Eccleſiæ, ſed qui primatum inter eos ambit Diotrephes, non recipit nos*. Sugillatur hic Diotrephes ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν. nullus ergo tum temporis erat inter presbyteros primatus poteſtatis ac juriſdictionis, ſed omnes inter ſe pares fuere.

XV.

Adverſus hæc objicitur locus. 1. Tim. 5. 19. *Adverſus presbyterum actionem ne recipito, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* En, inquiunt, Timotheo tanquam *epiſcopo*, at-

tribuitur

tribuitur juriſdictio in *presbyteros*, diverſa ergo ea ſunt munia, & gradu diſtantia. Huc quoque trahuntur loca quibus hic & Titus dicuntur presbyteros conſtituiſſe &c. verum

XVI.

Negamus Timotheum vel Titum ibi conſiderari ut epiſcopos quales epiſcopi hodierni ſunt, ſed potius ut ſui gradus apoſtolos. Qui enim Apoſtoli vocabantur, duorum genere fuere, primi & ſecundi. Primi à Chriſto miſſionem ſuam acceperunt, ſecundi ab Apoſtolis. Ut enim Chriſtus Apoſtolos ſuos miſit ad prædicandum euangelium, ita hi porro alios ad conſtituendos epiſcopos ſive presbyteros in eccleſiis ab ſe fundatis.

XVII.

Tales fuere Paulo Timotheus & Eraſtus (quos δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ vocat Lucas Act. 19. 22.) Titus, Tit. 1. 5. Clemens (quem inter συνεργοὺς ſuos numerat Phil. 4. 3.) Epaphroditus (quem Philippenſium apoſtolum nominat. c. 2. 25.) aliique.

XVIII.

Hi nulli civitati fuerunt affixi, ſed pro arbitrio Apoſtolorum quibus ad hoc munus ſubſerviebant, in varias civitates mittebantur, ita hic ipſe Timotheus Epheſum miſſus eſt, ut auctoritate apoſtolica eccleſiam conſtitueret, ordinatis ibidem epiſcopis ſive presbyteris, quo

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

etiam titulo ei conveniebat jus ipſos illos epiſcopos ſi peccarent corrigendi &c.

XIX.

Ab hoc ergo apoſtolatu extraordinario, indefinito, & temporario deduci epiſcopos ordinarios , certæ alligatos diœceſi, & perpetuos, nulla ratio permittit.

COROLLARIA.

I.

Peccatum primorum hominum citra providentiæ divinæ interventum ac regimen non contigit.

II.

In ea conſideramus ſuſpenſionem *gratiæ ad peccatum* actu *vitandum neceſſariæ :* & operationem *actus phyſici peccato ſubſtrati.*

III.

Quibus poſitis, certo quidem illi peccarunt, nec tamen peccati illorum auctor Deus conſtituitur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXLVIII.

DE

PRESBYTERIS,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

LUCAS à NOORDT, Amſtelo-Bat.

Ad diem 5. Februar. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Auguſtiſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac totius Hollandiæ celeberrimæ

AMSTELODAMENSIUM REIPUBLICÆ MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore, debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis,

Se cum hocce Exercitio Theologico, in gratitudinis, debitæque obſervantiæ ſymbolum,

Submiſſe offert, conſecrarque,

LUCAS à NOORDT.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DE
PRESBYTERIS.

THESIS I.

PResbyterorum nomine eos imprimis deſignari qui miniſterio euangelii in eccleſia fungebantur, è præcedd. facile eſt colligere. Nunc etiam alios fuiſſe presbyteros ſive ſeniores, qui regimini tantum eccleſiæ vacabant, demonſtrabimus.

II.

Et primo quidem ex Rom. 12.6.7.8. *Habentes autem diverſa dona pro gratia quæ nobis data eſt, ſive prophetiam* prophetemus *pro proportione fidei: Sive miniſterium,* verſemur *in miniſtrando, tum is qui docet in docendo, Tum is qui exhortatur in exhortatione, qui diſtribuit, cum ſimplicitate; qui PRÆEST,* ὁ προϊστάμενος, *cum diligentia; qui miſeretur, cum hilaritate.*

III.

Hic tria eccleſiæ miniſtrorum genera habentur 1. eorum qui verbum Dei annunciabant, prophetantium, docentium, exhortantium nominibus deſignati. 2. qui præerant .i. eccleſiam gubernabant. 3. qui diſtribuebant & miſerebantur. quales fuerunt diaconi. unde ita argumentamur:

IV.

Quæcunque functio à Doctorum paſtorumque mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

neribus ita diſcernitur, ut miſerentium ac diſtribuentium diaconiæ, ea fuit diverſa functio, quæ aliis etiam ſpecialiter delegari debuit, quam docentibus & exhortantibus: Atqui τῶν προϊσταμένων functionem ita diſtinguit Apoſtolus à Doctorum paſtorumque muneribus, quemadmodum diſcernit ab iiſdem diſtribuentium ac miſerentium diaconias: Ergo neceſſe eſt, omnino diverſam fuiſſe functionem, quæ certis hominibus peculiariter in eccleſia demandari debuerit.

V.

2. Ex 1. Cor. 12. 28. *Deus alios poſuit in eccleſia, primum Apoſtolos, deinde prophetas, tertio doctores, poſtea poteſtates, deinde dona ſanationum, Opitulationes, GVBERNATIONES* κυβερνήσεις, *genera linguarum.* ex hoc textu ita diſſerimus:

VI.

Qua ratione *Apoſtoli, prophetæ, doctores, poteſtates, opitulationes, genera linguarum* diſtinguebantur olim, eadem Gubernationes ab illis diſtinguendæ ſunt: Atqui dictæ functiones inter ſe diſtinctæ fuerunt non ſolum naturâ actionumque ſpecie, verum etiam ſubjectis perſonis, ergo idem dicendum eſt de iis qui hoc loco *gubernationes* dicuntur .i. qui (diſtinctè à doctoribus) eccleſiam gubernant.

VII.

3. Ex 1. Tim. 5. 17. *Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore digni habentor, maxime qui laborant in ſermone ac doctrina.* Hinc evidentiſſimæ certitudinis argumentum nobis naſcitur, tale: Quicunque preſbyter adeo probè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ac fideliter præeſt, ut duplici honore dignus cenſeri debeat, quantumvis in ſermone ac doctrina non laboret, ei certe ſermonis ac doctrinæ adminiſtratio injuncta minime fuit: Atqui Apoſtolus expreſsè agit de presbyteris, qui tametſi non laborent in ſermone ac doctrina, ab ipſo tamen, cum benè præeſſe, tum duplici honore digni eſſe feruntur: Conſequens igitur eſt, ſeniores extitiſſe, qui adminiſtrandi ſermonis ac doctrinæ curam non ſuſceperant.

VIII.

Majoris conſequentia manifeſta eſt. Nemo enim benè præeſſe, duplicique honore dignus cenſeri poteſt, cujus defectus in altera adeoque potiori muneris ſui parte deprehenditur. Nam, ſi omnibus presbyteris ſermonis doctrinæque tractationi incumbendum eſſet, nequaquam ii, qui in iſtius cura negligentius operam conferrent, aut benè præeſſe, aut digni honore ſuo duplici judicandi forent.

IX.

Hinc ad minorem excipiunt: negant enim verum eſſe, preſbyteros qui benè præerant, ac duplici honore digni habebantur, non præfuiſſe verbi ac doctrinæ miniſterio, quanquam in eo *graviorem* illum *laborem*, qui κόπος græcis dicitur, non ſubierint. putant ergo Paulum non munus à munere, ſed intenſiorem conatum laboremque docendis hominibus impenſius præſtitum, à remiſſiori opera diſtinguere voluiſſe. commentum hoc hiſce rationibus refellimus:

X.

1. Nullo ſcripturæ teſtimonio oſtendi poteſt, Spiri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tum Sanctum de ſermonis miniſterio agentem, eo fine unquam uſurpaſſe verbum κοπιᾶν, ut operam in doctrinæ adminiſtratione poſitam, in leviorem & oneroſiorem diſtribueret; quin huc potius ſpectaſſe palam eſt, ut de paſtoralis officii gravitate nos admonitos, ad diligentiam & ſolicitudinem continuam expergefaceret. verbi gratia:

XI.

Quando Chriſtus Ioh. 4. 38. inter Vet. & N. Teſt. doctores comparatione inſtituta, illos *laboraviſſe*, κεκοπιακέναι, hos *in illorum labores*, τὸν κόπον αὐτῶν *introiviſſe* referebat, inter propheticum & apoſtolicum miniſterium, diſcrimen quidem aliquod ponebat, ſed non incluſum in ſignificatione verbi κοπιᾶν. quin convenientia in eo ſtatuitur, quod eundem κόπον utrique attributum videamus; differentia autem in eo quod illorum κόπος ſementi, horum vero meſſi comparatur. ut eſt in textu.

XII.

Paulus reliquorum laboribus ſuos anteponens, non πόνον aſſignavit illis, ſibi κόπον reſervavit, ſed hunc omnibus communem faciens, ait 1. Cor. 15. 10. περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα. ubi ἔμφασις non in verbo κοπιᾶν, ſed in περισσότερον manifeſtò obſervatur.

XIII.

Idem Apoſtolus alibi contentus Tryphænam & Tryphoſam, ut κοπιώσας ἐν κυρίῳ ſalutaſſe. Rom. 16. 12. de Perſide, quod inſigniorem operam eccleſiæ navaſſet, ſubjicit, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν κυρίῳ. ibid. Eodem elogio paulo ante dignatus Mariam quandam, charitatis obſe-

quiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quiis inter alias conſpicuam. v. 6.

XIV.

Addimus, conjungi ab eodem Apoſtolo τὸ κοπιᾶν cum συνεργεῖν. 1. Cor. 16. 16. συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. & cum προϊστασθαι. 1. Theſſal. 5. 12. τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν. unde perſpicuum fit, quicunque operantur in miniſterio eccleſiaſtico, & gregi Domini præſunt, κοπιῶντας dici poſſe.

XV.

Nec negligendum, eundem &, cum de rebus humanis ſermo eſt, hoc verbo uſum deprehendi. Eph. 4. 28. κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσίν. 2. Tim. 2. 6. τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. ubi ſimpliciter eo verbo artem, aut opus, aut functionem aliquam deſignat, qua cum labore ac ſollicitudine victum mortales quæritare ſolent. Adeo igitur alienum eſt à vero, τὸ κοπιᾶν ſingulariter prædicari de iis verbi adminiſtris, qui impenſiori ſtudio & graviori operâ intenti ſunt euangelii propagationi, ut omnibus promiſcuè laboribus operibuſque aptari manifeſtum ſit.

XVI.

Quid quod Paulus laborum, qui in eccleſiæ miniſterio ſubeundi ſunt, gradus ſeu ſpecies aliquot enumerans, τὸν κόπον τῷ μόχθῳ inferiorem ſtatuerit? 2. Cor. 11. 27. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. Alibi etiam de manuario ſuo labore locutus, per αὔξησιν à priori illa ſpecie, ad alteram conſcendit. 2. Theſſ. 3. 8. ut huic extremum laboris conatum aſſignet, inferiorem illi. Eandem vocum collationem ſervat, ubi ſimul & muneris ſui apoſtolici & artis manuariæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nuariæ mentionem facit. 1. Theſſ. 2. 9. μνημονεύετε γὰρ, ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον. νυκτὸς γὰρ καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ ἐυαγγέλιον τοῦ Θεοῦ.

XVII.

Itaque ſi ei ſcribenti ad Timotheum propoſitum fuiſſet, graviores doctrinæ operas à levioribus diſcernere, non eo verbo quod de omnibus doctrinæ adminiſtris paſſim prædicat uſus fuiſſet, ſed quod ipſe difficillimis conatibus, maximiſque defatigationibus ſignificandis adhibere ſolet. plura poſſemus, ſed hæc ſufficiunt.

COROLLARIA.

1. *Peccatum abſolute primum non fuit in actu aliquo externo.*
2. *Neque interno appetitus ſenſitivi.*
3. *Neque in intellectu.*
4. *Sed in ſola voluntate.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXLIX.

DE

CAPITE ECCLESIÆ,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICUS SUUALMIUS, Graveſandenſis.

Ad diem 9. Februar. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↃ IↃ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, ac Celeberrimo

Inclytæ ac Florentiſſimæ

HARLEMENSIVM
REIPUBLICÆ
MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis honorandis.

Se cum hocce Exercitio Theologico, in gratitudinis, debitæque obſervantiæ ſymbolum,

D. D. D.

HENRICUS SWALMIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXLIX.

DE

CAPITE ECCLESIÆ.

THESIS I.

SUprema Chriſti in eccleſiam poteſtas variis in ſ. ſcriptura ſimilitudinibus adumbratur. quarum prima petitur ex re naturali, eſtque denominatio *capitis*, reſpectu corporis.

II.

Ut enim caput in homine ſuprema ejus corporis pars eſt, in quo principium ſenſus, & motus eſt, unde ſingulis ea membris communicantur, à quo item malorum averſio, bonorum proſpectio, & totius corporis regimen ſeſe diffundit, ita Chriſtus eccleſiam univerſam Spiritu ſuo vivificat, omnia bona ſpiritualia ei impertit, eam regit ac defendit, ad ſalutem ejus Deiſque gloriam.

III.

Caput hoc ſolus eſt Chriſtus. ut apparet Rom. 12. 4. 5. *multi unum corpus in Chriſto*, videlicet Capite. Eph. 1. 22. *Conſtituit* Deus *eum caput ſuper omnia eccleſiæ &c.* & 4. 15. 16. *Qui eſt caput, ex quo totum corpus congruenter coagmentatum & compactum per omnes ſuppeditatas commiſſuras, ex vi intus agente, pro menſura cujuſque membri, incrementum capit corpori conveniens, ad ſui ipſius exſtructionem per charitatem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Ita Eph. 5.23. *Chriſtus eſt caput eccleſiæ, & is eſt qui ſalutem dat corpori.* Col. 1.18. *Eſtque caput corporis,* id eſt, *eccleſiæ.* v. & cap. 2.10. & 19.

V.

Atque hæc capitis denominatio ad cæteras quoque ſimilitudines extenditur. unde *caput anguli* dicitur. Pſal. 118.22. Matth. 21.42. & *caput ſponſæ* poteſt dici, cum ſit eo modo caput eccleſiæ, quo vir eſt caput uxoris. Epheſ. 5.23.

VI.

Secunda ſimilitudo ducitur à re oeconomica, juxta varias ejus relationes: prima eſt denominatio *ſponſi* reſpectu ſponſæ. Matth. 9. 15. *Num poßunt filii thalami lugere quamdiu cum eis eſt ſponſus? Aderunt autem dies cum tolletur ab eis ſponſus &c.* Iohan. 3. 29. *Qui habet ſponſam ſponſus eſt: amicus autem ſponſi &c.* ita Apoc. 21. 2. & 9. vel *mariti.* 2. Cor. 11. 2. *Aptavi enim vos, quos uni viro ut virginem puram ſiſtam, nempe Chriſto.*

VII.

In qua habetur ratio, ut coalitionis utriuſque in unam carnem, ſeu corpus, ſocietatis totalis, ac participationis omnium bonorum, αὐθεντίας ac juris maritalis in uxorem, & hujus viciſſim erga illum ſubjectionis. Eph. 5.24. Affectus item ſeu amoris & curæ viri erga conjugem, verſ. 25. ita Chriſti erga eccleſiam ſuam.

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

Secunda relatio oeconomica eſt *patrisfamilias* reſpectu domeſticorum: à quo tota familia dependet ac regitur. Matth. 10. 25. *Si ipſum patrem familias Beelzebulem vocarunt: quanto magis domeſticos ejus?* Luc. 13. 25. *Ex quo ſurrexerit paterfamilias, & occluſerit oſtium, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes, Domine Domine* &c. v. porro verſ. 26. 27. & confer Eph. 2. 19.

IX.

Tertia relatio oeconomica eſt *domini & magiſtri* reſpectu famulorum & diſcipulorum. Ioh. 13. 13. 14. *Vos me vocantes,* dicitis, *Magiſter ac Domine, & bene dicitis: ſum enim. Itaque ſi ego lavi pedes veſtros, Dominus ac præceptor &c.* 1. Cor. 8. 6. *Nobis eſt unus Dominus, Ieſus Chriſtus.*

X.

Quarta relatio oeconomica eſt *Paſtoris* reſpectu ovium. ut enim eſt unum ovile, ita unus paſtor. Ezech. 34. 13. & 37. 24. Unde abſolute Chriſtus dicitur ὁ ποιμὴν, eximius *ille paſtor,* cujus propriæ ſunt oves. Ioh. 10. 11. 12. ἀρχιποίμην, *princeps Paſtorum.* 1. Pet. 5. 4. *magnus ille ovium Paſtor.* Heb. 13. 20. cujus unius vocem oves audiunt. Ioh. 10. 4. 5. hactenus relationes oeconomicæ.

XI.

Tertia ſimilitudo deſumta eſt à rebus politicis, videlicet à ſtatu in rep. ſupremo, *Monarchæ, regis, principis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Dominatoris, gubernatoris, judicis. qui tituli Chriſto tribuuntur reſpectu eccleſiæ Pſal. 2. 6. & 72. 8. Ieſ. 2. 4. Ier. 23. 5. 6. & 33. 15. 16. Dan. 9. 25. Zach. 9. 9. Matth. 21. 5. Luc. 1. 32. Apoc. 1. 5. & 15. 14. & 19. 16.

XII.

Quarta petitur à rebus artificialibus, ut *fundamento, petra, lapide angulari,* puta ædificii, domus, templi, civitatis ſpiritualis, id eſt, eccleſiæ Dei: quæ nomina Chriſto, ut propria tribuuntur. Pſal. 118. 22. Ieſ. 28. 16. Dan. 2. 35. 45. Matth. 16. 18. & 21. 42. Act. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Cor. 3. 11. Eph. 2. 20. 1. Pet. 2. 4.

XIII.

Porro *fundamenti* appellatio ei adaptatur, quod vi ſua immotum ſtet, ipſique innitatur & ex eo exſurgat reliqua moles ædificii ſpiritualis. *petræ* vero, ut qua ſoliditas & firmitas fundamenti indicatur. *angularis* denique *lapidis*, ut in quo duo parietes, puta Iudæi & gentes, concurrant & connectanrur.

XIV.

Eſt igitur Chriſtus unicum & ſolitarium immediatum & æternum *caput, ſponſus & maritus, paterfamilias, Herus ac dominus, paſtor, rex, & fundamentnm eccleſiæ ſuæ.* Neque *ſumma poteſtas* hiſce nominibus deſignata ulli communicari poteſt, quanquam ex iis communiora nonnulla inſtrumentis ejus ac miniſtris ἀναλόγως interdum adaptentur.

XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XV.

Errant ergo, qui nomina hæc ſummam & celſam illam poteſtatem præferentia, Chriſtoque propria, inter Apoſtolos Petro communia faciunt. Cum Petrus miniſter Chriſti, reliquis Apoſtolis in functione ſua æqualis fuerit. quod patet è ſequentibus:

XVI.

1. Quia à Chriſto juxta ac reliqui Apoſtoli, ſub eodem Apoſtolatas nomine & munere evocatus & conſtitutus eſt. Matth. 4.18.21. Ioh. 1.39.40.41.

XVII.

2. Quia mittitur pariter Matth. 10.2.3.4.5. parique poteſtate. Ioh. 20.21. pariter ei promittitur Spiritus Sanctus, Ioh. 16.13. eumque una cum reliquis accipit. Act. 2.4.

XVIII.

3. Quia nec ipſe nec alius ullus Apoſtolus ſe reliquis ſuperiori aliquo nomine oſtentat. 1. Pet. 1.1. & 5.1.

XIX.

4. Quia Apoſtolicus gradus inter Chriſti miniſtros ſummus eſt pariter. 1. Cor. 12.28. Eph. 4.11. pari poteſtate munus exercent. Act. 15.28.

XX.

5. Quia Chriſtus eos pariter ὁμοθρόνυς facit. Matth. 19.28.

19. 28. Eccleſia æquè fundata dicitur ſuper fundamentum prophetarum & apoſtolorum Eph. 2. 20. Fundamentis novæ Ieruſalem ex æquo inſcripta ſunt nomina duodecim Apoſtolorum. Apoc. 21. 14.

XXI.

6. Quia Iacobus, Cephas, & Ioannes æqualiter οἱ δοκοῦντες, & pari gradu *columnæ* dicuntur. Gal. 2. 6. 9.

XXII.

7. Quia Paulus negat, ſe ab hominibus aut per hominem Apoſtolatum adeptum, aut ab homine euangelium accepiſſe, aut ductu ullius Apoſtoli prædicaſſe; cum aliis contuliſſe quidem ſe dicens, at nihil ab aliis ſibi collatum eſſe, imo, mutuo ſocietatis dexteras dediſſe, & partito egiſſe, ut Petrus inter circumciſos, ipſe vero inter gentes verſaretur. Gal. 1. 42. & 2. 6. 7. 8. 9. Nihilo ſe ſummis Apoſtolis inferiorem fuiſſe. 2. Cor. 11. 5. Amplius quam illos laboraſſe. 1. Cor. 15. 10. idem Petrum non recto pede incedentem reprehendit, & in os ei reſtitit. Gal. 2. 11. &c.

XXIII.

Denique, Petrus ab Eccleſia reliquiſque Apoſtolis Antiochiam mittitur. Act. 8. 14. officii rationem reddit. Act. 11. 2. &c. tantum abeſt ut reliquis capitis inſtar fuerit impoſitus, reliquique ſub ejus ductu ac directione fuerint.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CL.

DE

CAPITE ECCLESIÆ,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

RICHARDUS WOODWARD, Delpho-Bat.

Ad diem 12. *Februar. loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. D. CVRATORIBUS SCHOLÆ COLLEGIIQVE LITERARII DELPHICI, I. V. PERITISSIMIS,

Mæcenatibus meis benevolis,

DENIQUE

Raræ pietatis, & eruditionis nomine Celeberrimo Viro,

D. IACOBO CRUCIO, Literatori ſummo, Theologo graviſſimo, ejuſdem Scholæ Collegiique literarii Delphici Rectori prudentiſſimo, de me plurimum merito,

Haſce Theſes, in debitæ gratitudinis τεκμήελον,

ſubmiſsè offero,

RICHARDUS WOODWARD,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CL.

DE

Capite Eccleſiæ, ſecunda.

THESIS I.

PONtificii, qui Petrum caput omnium Apoſtolorum, imo totius eccleſiæ fuiſſe volunt, licet rationibus ſupra in contrarium allatis ſatis ſuperque revincantur, non pauca tamen pro ſua opinione in medium adducunt, quæ nunc examinabimus.

II.

Primum eorum argumentum eſt, quia Petrus diſerte vocatur primus. Matth. 10. 2. *Primus Simon, qui vocatur Petrus, & frater ejus Andreas &c.* Reſp. Hic per paria mittuntur apoſtoli, ergo ab aliquo incipiendum: *primus* vero dicitur ordine, propter ætatem ut videtur, & quia primo ad apoſtolatum vocatus eſt à Chriſto cum fratre ejus Andrea. Matth. 4. 18. eſt ergo hic fallacia non cauſæ.

III.

Secundum: Quia primo ſemper loco nominatur. Reſp. 1. eadem cauſa eſſe poſſet, ſi hoc verum eſſet, itaque nulla eſt conſequentia. 2. ſed falſum ſumitur. nam Iacobus ante Petrum ponitur. Gal. 2. 9. Paulus etiam & Apollos. 1. Cor. 1. 12. & inter epiſtolas Catholicas, ea quæ eſt Iacobi præcedit, ſequuntur eæ quæ ſunt Petri.

IV.

Tertium: Quia Petrus primus plerumque verba facit. Reſp. hoc (præter cauſam jam dictam) 1. Zelo ejus & fervori aſſcribendum. 2. abſurdum non eſt, ἐυταξίας cauſa Petro primas aliquando partes ab apoſtolis aſſignatas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

qui primatus non fuit gradus inter ſuperiores & inferiores, ſed ordinis inter pares.

V.

Quartum: Quia Chriſtus mutato nomine eum appellavit Petrum. Reſp. 1. Neg. ei nomen mutatum fuiſſe, licet alterum fuerit adjectum. Nam poſtea adhuc Simon vocatus fuit. Matth. 17. 25. 2. Pet. 1. 1. 2. cauſa hujus adjectionis eſt, quia fuerunt duo Simones inter Apoſtolos, quorum uni adjectum fuit nomen Cananitæ, alteri nomen Petri, diſcriminis ergo. 3. Nominum hæc nova impoſitio communis fuit Petro cum aliis etiam apoſtolis. ita enim Ioannem & Iacobum Chriſtus vocavit Boanerges. Marc. 3. 17.

VI.

Quintum, quia Chriſtus ſolvit pro Petro & ſe didragma Capernaumi. Matth. 17. 27. Reſp. ratio eſt, quia ſolus Petrus ibi cum Chriſto habitavit: ibi autem ſolvitur vectigal ubi quis commoratur.

VII.

Sextum: Quia ſolus Petrus confeſſus eſt, *Chriſtum eſſe Filium Dei vivi*. Matth. 16. 16. Reſp. Non ſuo, tantum, ſed & reliquorum nomine. patet 1. ex *antecedenti* quæſtione: quia Chriſtus exquirebat communem ipſorum de ſe ſententiam. v. 15. *Vos autem, quem me dicitis eſſe?* ad quam Petrus de omnium ſenſu reſpondit: *Tu es Chriſtus &c.* 2. ex *conſequenti* prohibitione omnibus facta. v. 20. *Tunc interdixit diſcipulis ſuis, ut nemini dicerent, ſe eſſe Ieſum illum Chriſtum*. unde communis conſenſus evincitur.

VIII.

Et ſane, *Ieſum eſſe Chriſtum*, & *Filium Dei vivi*, omnes Apoſtoli & diſcipuli ejus antea perſuaſum habebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bant. Talem eum Ioannes Baptiſta agnovit. Ioh. 1. 29. Talem eum eſſe teſtatus eſt ſuis diſcipulis. verſ. 34. 35. talem eum confeſſus eſt Andreas frater Petri, qui illud Simoni nunciavit. v. 41. ut Philippus Nathanaëli v. 45. & Nathanaël ipſi Chriſto ait v. 50. *Tu es Filius ille Dei, tu es rex Iſraëlis.*

IX.

Idem Ioannis diſcipulis ad ſe eo nomine miſſis confirmavit Chriſtus. Matth. 11. 3. Idem profeſſi ſunt diſcipuli Chriſti. Matth. 14. 33. Imo & Samaritana. Ioh. 4. 29. & Samaritani ib. v. 42. Cœci illi, Matth. 9. 27. Syrophœniſſa. Matth. 15. 22. &c.

X.

Denique idem quod hic dicit Petrus, antea cæterorum nomine ſimiliter profeſſus fuerat. Ioh. 6. 68. 69. *Nos credimus & ſcimus te eſſe Chriſtum Filium Dei viventis.*

XI.

Septimum: Quia ſoli Petro dicitur v. 17. *Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & ſanguis hæc non retexit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis.* Reſp. Etiam hoc communiter & æquè de reliquis eſt intelligendum. v. Matth. 11. 25. 27. Luc. 10. 21. 22. 23.

XII.

Octavum: Quia ſoli Petro dicitur v. 18. *Tu es Petrus.* Reſp. licet hoc nomen ei ſingulariter antea inditum fuerat. Ioh. 1. 42. Marc. 3. 16. & jam ob editam fidei ſummam confirmatum, non tamen res ipſa ei peculiaris fuit, excluſis reliquis, qui ſimiliter, ratione doctrinæ, ejuſque profeſſionis & adminiſtrationis, ptetioſorum & *vivorum lapidum* nominibus inſigniuntur. Ieſ. 54. 11. 1. Pet. 2. 5. Apoc. 21. 14. 19.

XIII.

Nonum: Quia ſoli Petro dictum eſt ibid. *Et ſuper hanc*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Reſp. Petro quidem hoc dicitur, ſed non de Petro. Neque enim dicit, *ſuper te Petrum*, ſed *ſuper hanc petram*, .i. ſuper hanc fidei tuæ confeſſionem, vel, quod eodem redit, ſuper me quem confeſſus es. eſt enim hic emphatica in textu græco Matthæi mutatio maſculini in femininum, & in ipſis Chriſti verbis mutatio ſecundæ perſonæ in tertiam; Additio denique pronominis demonſtrativi, ut & in Syro, articulus, qui tantum appellativis additur, voci Cephæ præpoſitus, idem indicant.

XIV.

Neque eccleſiæ ædificatio ſuper perſonam ullius nudi hominis, ſed ſolius Chriſti, qui eſt unica illa petra, 1. Cor. 3. 11. & c. 10. 4. doctrinamque de eo editam, facta eſt. Quo ſenſu & id reliquis Apoſtolis, ut architectis ædificii Dei, 1. Cor. 3. 10. & ipſorum inſuper doctrinæ communiter tribuitur. Eph. 2. 20. Apoc. 21. 12. & fides ſanctorum *fundamentum* dicitur, cui ipſi *ſuperſtructi* ſunt. Iudæ verſ. 20.

XV.

Decimum: Quia ſoli Petro facta eſt promiſſio, de petræ illius fundamentalis, & eccleſiæ inædificandæ firmitate: *Et portæ inferorum non prævalebunt adverſus eam.* Reſp. De Petri perſona ea intelligi nequit, ut cujus fides & mores aliquando vacillarunt. Matth. 16. 22. 23. & 26. 33. 34. Luc. 22. 31. 34. Galat. 2. 11. &c. ſed de vera fundamentali Petra Chriſto, deque fidei profeſſione à Petro edita; neque de eccleſia qualibet (prout hoc ad Romanam trahunt Pontificii) ſed de catholica, quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*. 1. Tim. 3. 15.

XVI.

Undecimum: Quia ſoli Petro dictum eſt: *Et tibi dabo cla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bo claves regni cœlorum. Reſp. Non dicitur *Tibi ſoli.* Eſt enim poteſtas clavium communiter *Eccleſiæ.* Matth. 18. 17. ſpecialiter vero Petro quidem hic promittitur, at omnibus Apoſtolis poſtea datur. Matth. 28. 18. &c. Ioh. 20. 21. 22. atque ita promiſſionem Petro factam ad omnes extendendam fuiſſe, ipſum ejus complementum demonſtravit.

XVII.

Duodecimum: Quia ſolum Petrum Chriſtus ter interrogavit *an ſe amaret,* & quidem *pluſquam reliqui* Apoſtoli, Ioh. 21. 15. Reſp. 1. Non factum hoc in laudem Petri, quaſi is Chriſtum plus amaſſet quam reliqui, ſed ad notam confidentiæ ejus, qua id ſibi arrogaverat. Matth. 26. 35. prout 2. ipſe Petrus non reſpondit Chriſto, *Tu noſti quod amem te pluſquam hi,* ſed tantum, *tu noſti quod amem te.* id quod verum erat. 3. Nec Chriſtus in ſecunda & tertia interrogatione adjicit illud: *pluſquam hi?* ſed ſimpliciter quærit an ſe amet. 4. Amor Chriſti non à Petro tantum, ſed ab omnibus Chriſti miniſtris, imo ab omnibus fidelibus exigitur. 2. Cor. 5. 14. 1. Cor. 16. 22.

XVIII.

Decimum tertium: Quia ſoli Petro ter demandatum ibidem eſt, *oves Chriſti paſcere.* Reſp. 1. Paſcendi munus commune erat omnibus. Matth. 28. 19. Act. 20. 28. 1. Pet. 5. 2. non Petro ſingulare. 2. Neque paſcere imperium notat, ſed miniſterium. nominatim cum quis *alienas* oves jubetur paſcere. ut hic dicitur: *oves meas.* 3. Neque dicitur *omnes oves meas,* prout neque omnes pavit, ſed partito cum reliquis egit. Gal. 2. 7. 4. mandatum ter repetitum, non ſpectat ad Petrum extollendum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

dum, ſed humiliandum. eo enim pacto officio ſuo gratioſe reſtituitur, è quo trina abnegatione exciderat. quod & dolor arguit quem Petrus ex tertia Chriſti interrogatione concepiſſe narratur v. 17. cujus nulla cauſa erat, ſi eam ad laudem ſuam ac magnitudinem ſpectare fuiſſet arbitratus.

COROLLARIA.

1.

Peccatum originale conſiſtit 1. *in tranſgreſſione Adami poſteris imputata.* 2. *in naturæ corruptione in eoſdem propagata.*

2.

Poſterior hæc, 1. *privationem juſtitiæ originalis,* 2. *injuſtitiæ originalis habitum comprehendit.*

3.

Subjectum ejus, ut quod, ſunt omnes qui ab Adamo deſcendunt, excepto Chriſto.

4.

Subjectum Ut Quo, ſunt omnes hominis partes & facultates.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLI.

DE

CAPITE ECCLESIÆ,

TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

FELIX à SAMBIX, Delphenſis.

Ad diem Februar. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

GRAVISSIMO, SPECTATISSIMO,

Inclytæ ac Florentiſſimæ

DELPHENSIUM REIPUBLICÆ

SENATUI,

Dominis ſuis colendis,

NEC NON

Clariſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. D. CURATORIBUS SCHOLÆ COLLEGIIQUE LITERARII DELPHICI,

Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis.

UT ET

Reverendis, Doctiſſimiſque Viris,

D. BERNARDO WYNGAERDEN, S. S. Theol. Doctori,
D. NICOLAO BALBIANO, Medic. Doctori,
D. THEODORO ab ALTENA,

Illis Lugduno-Bat., Huic Eccleſiæ, quæ colligitur in Oeſtgeeſt, Miniſtris fideliſſimis,

Studiorum ſuorum Promotoribus ſummis.

SE

& Exercitium hocce Theologicum,

S. F.

FELIX à SAMBIX, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLI.

DE

Capite Eccleſiæ, tertia.

THESIS I.

PEtrum caput Eccleſiæ non fuiſſe, utraque diſputatione ſuperiori probatum dedimus, quo ſtabilito, labaſcit dogma quod inde extruunt pontificii, nempe pontificem Romanum in eam dignitatem Petro ſucceſſiſſe. tali enim neceſſario utuntur argumento:

II.

Quicunque cuiquam ſuccedit, is eodem jure utitur, quo utebatur is cui ſucceſſum eſt: At epiſcopus Romanus ſucceſſit Petro: Ergo eodem jure utitur cum Petro. Eſt ergo caput eccleſiæ vi conſequentis.

III.

Caudam hujus ſyllogiſmi jam amputavimus in præcedd. unde reliqua, tanquam nihil ad propoſitum facientia poteramus præterire. Sed præſtabit & illa examinari, ut argumenti inſulſitas luculentius appareat. primo ergo

IV.

Major falſa eſt, & ratio manifeſta: Eſt enim jus quoddam perſonale, quod & privilegium appellatur. Hoc non tranſit ad poſteros, quantumvis hæredes. Tale eſſe aſſerimus, quicquid in Petro fuit prærogativarum ſupra cæteros Apoſtolos. Sunt enim virtutes dona perſonalia, quæ non transferuntur in ſucceſſores. ita nec ætate majorem, vel vocatione priorem eſſe &c. ut clarum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

V.

Quicquid autem prærogativarum Petrus habuit præ omnibus prophetis, euangeliſtis, paſtoribus &c. id habuit ex apoſtolatus jure: quia omnes Apoſtolos Chriſtus conſtituit univerſi orbis doctores, atque etiam ipſorum epiſcoporum. unde eos primo gradu Paulus recenſuit 1. Cor. 12. 28. *Dedit Deus primo apoſtolos.* Porro Apoſtolicum munus fuit extraordinarium: ac proinde nec tranſiit ad poſteros, ipſis fatentibus adverſariis. Itaque quæ ejus muneris prærogativæ fuerunt, non debent ad poſteros extendi.

VI.

Minor quoque diſtinguenda. Succeſſor enim dicitur dupliciter, vel ratione temporis, vel ratione muneris. Priori modo is ſucceſſor dicitur, qui tempore eſt poſterior. Quo ſenſu quilibet eccleſiæ miniſtri, quocunque loco, Petro ac reliquis Apoſtolis ſuccedunt, neque hic quicquam peculiare habet Romanus.

VII.

Poſteriori modo ſucceſſor is eſt, qui alicui ſuccedit in eodem adminiſtrando munere, ut regibus reges, conſulibus conſules, Imperatoribus Imperatores, epiſcopis epiſcopi, in ſingulis regnis, rebuſpublicis, imperiis, eccleſiis ſuccedunt, non autem regibus conſules v. g. nec epiſcopis diaconi &c.

VIII.

Quibus obſervatis, dicimus, de ſucceſſoribus priori ſignificatu falſam denuo deprehendi majorem. Neque enim verum eſt, omnes qui poſteriores ſunt tempore, eodem jure uti cum anteceſſoribus. At altero ſenſu negatur minor: Sunt enim Epiſcopi Romani ſucceſſores Petri tempore, non vero dignitate aut munere. probatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

batur 1. quia Petro ſucceſſor nullus fuit in ſecundo ſenſu. 2. Quia Petrus non fuit epiſcopus Romanus. de priori actum theſ.4.5.

IX.

Poſterius elicitur 1. ex Apoſtolatus gradu, unde non fuit conveniens eum deſcendere ad unius urbis epiſcopatum multo inferiorem. 2. E pactis conventis, ſtipulata manu firmatis inter Petrum & Paulum, ut hic quidem inter gentes, ille vero inter Iudæos prædicaret euangelium. Gal. 2.7.8.9.

X.

Nam quod hæc pacta ſic explicat Bell. l.2. de pont. c.7. ejuſmodi ea fuiſſe, ut Paulus prædicaret quidem omnibus, ſed gentibus principaliter, & Petrus vice verſa, nihil ad rem facit. Nam ſi Petrus ſe fecit epiſcopum Romanum, tum hæc ipſa pacta violata ſunt. Quia epiſcopi Romani partes ea ſunt, ut gentibus principaliter prædicet. Conſtabat enim eccleſia Romana præcipuè ex gentibus: Iudæis aut nullis, aut admodum paucis.

XI.

Conſtat ergo, nec Petro ſuccedi debuiſſe, nec Petrum fuiſſe Epiſcopum Romanum. Unde legitima, eaque neceſſaria concluſio, Romanum epiſcopum non eſſe Petri ſucceſſorem ratione muneris, ſed tantum ratione temporis. qua ratione omnes epiſcopi omnium ſunt Apoſtolorum ſucceſſores.

XII.

Quibus evolutis, ſuapte ſponte concidunt quæ de Petri ſeſſione in cathedra Romana per annos 25 fabulantur. manifeſtè repugnante calculo. A morte enim Chriſti, quæ fuit anno imperii Tiberiani 18. uſque ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mortem Neronis, ſunt anni tantummodo 37. ut colligi poteſt è Suetonio ac Tacito. at Petrus minimum 17. annis verſatus fuit in Iudæa. nam

XIII.

Poſt 3. annos à converſione ſua Paulus eum inviſit Jeroſolymæ. Gal. 1. 18. 14 annis poſt iterum ibidem cum eo contulit. Gal. 2. 1. (ſunt anni 17.) Adjiciantur his 25 anni cathedræ Romanæ, fient 42. Unde juxta hanc ſupputationem Petrus Neroni ſupervixerit, & martyrio affectus fuerit ſub Veſpaſiano, qui tamen, teſtibus hiſtoricis, Chriſtianos non fuit perſecutus.

XIV.

His ſi adjiciantur primo, anni interjecti inter mortem Chriſti & converſionem Pauli (nam ab hac demum ſupputationem incepimus) 2. inter poſtremam viſitationem Hieroſolymitanam, & eam quæ fuit Antiochiæ. Gal. 2. 11. 3. quibus fuit Babylone 1. Pet. 5. 13. multo plures emergent.

XV.

Et conſiderandum relinquimus, an Petro, qui jam provectæ ætatis ad apoſtolatum vocatus eſt (dicit enim Chriſtus Ioh. 21. 18. *Cum juvenis eſſes* &c. ergo tum non erat juvenis) tantum ſuperfuerit ætatis, ut hæc omnia peragere, & tamen ſeptennio Antiochiæ, & annos 25 Romæ hærere potuerit. præſertim cum præterea peragrarit Pontum, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, Aſiam &c. teſtibus Orig. in Geneſ. Euſeb. l. 3. c. 1.

XVI.

Ergo hoc de ſede Epiſcopali planè falſum. An vero unquam Romæ fuerit incertum. Irenæus l. 3. c. 1. & 3. aſſerit eum ibi fuiſſe & docuiſſe. Orig. tom. 3. in Geneſ.

neſ. ait eum circa finem vitæ eo veniſſe & crucifixum eſſe. Chryſoſtomus contrarium docet Homil. 76. in Matth. nempe, à Iudæîs occiſum. ut & Hieron. ſentit in Matth. 23. & Lyra ibidem. Nos hæc è ſacris literis expendenda damus:

XVII.

Act. 28. cum Paulus Romam veniret, ac biennium totum ibi maneret in proprio conducto. verſ. 16. & 30. nulla Petri ulliuſve apoſtoli mentio. Vt nec in epiſtola ad Romanos, ubi plurimos ſalutat. c. 16. nec in eis quas Româ ſcripſit. puta ad Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, 2. ad Timotheum, & ea quæ eſt ad Philemonem. in quibus tamen multa fidelium nomina conſignantur. ſed de Petro altum ſilentium.

XVIII.

Phil. 2. 21. dicit, *omnes quæ ſua ſunt curare, neminem quæ Chriſti.* 2. Tim. 4. 16. *in primâ ſuâ defenſione neminem ſibi adfuiſſe, ſed omnes ſe deſeruiſſe. utinam* (inquit) *ne illis imputetur.* Ergo Petrus ibi non erat, vel apoſtata factus eſt. quod abſit de eo ſentiamus.

XIX.

Unicum, idque deſperatiſſimum atgumentum, ne nugamentum dicam, ex ipſis Petri verbis adducit Baronius ad annum Chriſti 45. N. 16. Primam enim ſuam epiſtolam eum Româ ſcripſiſſe vult, ex eo quod in ejus fine dicatur: *Salutat vos eccleſia quæ eſt in Babylone collecta.* per Babylonem Romam deſignari ex Hieronymo contendens. verum

XX. Ba-

XX.

Babylon illa è qua Petrus ſcribebat, non erat Roma (quanquam id nomen ei alibi à ſ. ſcriptura tribuatur, qua in re hic fatentem reum habemus Baronium) ſed metropolis διασπορᾶς ἀσίας, ad quam διασποράν epiſtolam hanc ſcripſit Petrus. vide c. 1. 1.

XXI.

Sciendum enim, Iudæis unam metropolim fuiſſe θρησκείας ſive cultus divini, Ieroſolymam, tres autem πολιτείας, Ieroſolymam, Babylonem, Alexandriam. Duas fuiſſe διασποράς, Aſianam, ad quam ſcribit Petrus; Europæam, cujus mentio Ioh. 7. 35. Aſianæ διασπορᾶς caput erat Babylon, ad illius diſperſionis Iudæos ſcribit Petrus ex ipſa metropoli Babylone. ut erudite obſervavit Scalig. Not. in N. T. p. 7.

COROLLARIA.

1.

Datur peccatum veniale ex eventu, id eſt, cujus veniam conſequimur.

2.

Item ex cauſa, eaque unica, videlicet ſatisfactione Chriſti. ita omnium electorum peccata ſunt venialia.

3.

Nullum autem ex natura ſua. ita enim omnia ſunt mortalia.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLII.

DE

ANTICHRISTO,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

Sub Præsidio

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

JOANNES CROLLIUS, Gorinchemenſis.

Ad diem Martij, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
Anno cIↃ IↃ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Nobiliſſimis ac Generoſiſſimis,

D. D. EQVITIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, avitæ libertatis propugnatoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis.

DENIQUE

Nobiliſſimis, Generoſiſſimis Dominis,

D. D. JUSTO VIIGH, Domino in *Iſendoorn*, Ducatus Gelriæ, Comitatus Zutphaniæ Conſiliario ampliſſimo, & Academiæ Gelriæ Curatori prudentiſſimo,

D. D. ARNOLDO VIIGH, Domino in *Soelen* & *Swanenburgh*, ac inferioris Bataviæ præfecto ſtrenuiſſimo.

Hanc Diſputationem Theologicam,

offert & inſcribit,

JOANNES CROLLIVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLII.

DE ANTICHRISTO, PRIMA.

THESIS I.

ANtichriſti nomen in ſcriptura vel generalem quandam, vel propriam ſignificationem habet. juxta primam, tribuitur cuilibet Chriſtum oppugnanti. ſic 1. Ioh. 2. 18. *Etiam nunc Antichriſti multi cœperunt eſſe.* 2. Ioh. v. 7. *Multi impoſtores ingreſſi ſunt in mundum, qui non confitentur, Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem. Hic eſt Impoſtor ille, & Antichriſtus.*

II.

Juxta ſecundam, peculiariter uſurpatur pro inſigni quodam & præ reliquis notabili Antichriſto. 1. Io. 2. 18. *Audiſtis quod ille Antichriſtus veniet.* ubi de re inter fideles nota & pervulgata ſe agere oſtendit, reſpiciens proculdubio ad prædictionem Pauli 2. Theſſ. 2. 3. &c. ubi prænunciatur venturus ὁ ἀντικείμενος, qui eodem ſenſu à Ioanne dicitur ὁ ἀντίχριστος.

III.

Quem & idem Apoſtolus in Apocalypſi modo ſub ſpecie meretricis. c. 17. 3. modo beſtiæ c. 13. 11. ſibi in viſione exhibitæ deſcripſit. Et probabile quoque eſt ab ipſo Daniele multo ante prædictum fuiſſe, ſed ſub typo. nam proprie & primo prophetaſſe de Antiocho Epiphane non eſt dubium, cujus in eccleſiam Judaïcam tyrannidi, Antichriſti in eccleſiam Chriſtianam perſecutio-

 nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nem παράλληλον eſſe negari non poteſt. v. Dan. 11. 21. &c.

IV.

E quibus ſcripturæ locis eruendæ notæ ſunt, è quibus Antichriſtum agnoſcamus. ita tamen, ut ſciamus eis ſigillatim ſumtis nihil concludi, ſed tantum ex omnibus conjunctim.

V.

Vbi etiam adhibenda diſtinctio. Sunt enim notæ quædam quæ præcedunt, alia quæ ſequuntur. Quæ præcedunt, eas intelligimus, quæ primæ erunt in hoc iniquitatis myſterio. ut tempus adventus, locus ubi ſedebit, tum quæcunque ad perſonam ejus vel effecta pertinent. Quæ ſequuntur vero, eæ ſunt, quæ ad finem ejus, poteſtatiſque interitum ſpectant.

VI.

Et priores quidem neceſſe eſt inveniri in eo quem deſignabimus pro Antichriſto. poſteriores autem nequaquam. nam ſecus neceſſe foret, nunquam cognoſci Antichriſtum, niſi poſt interitum. quod eſſet abſurdiſſimum.

VII.

Unicum ergo noſtrum in hac controverſiâ argumentum eſt, licet poſtmodum in complures derivetur partes. nempe hoc: *Quicunque homo omnes notas Antichriſti habet à ſcriptura delineatas, is eſt Antichriſtus. Talis eſt papa Romanus. Is ergo Antichriſtus eſt.* In majore conſenſus eſt. in minore controverſia. ea itaque probanda. quod fiet, ſi tempus, ſi locus, ſi perſona, ſi effecta ejus ad amuſſim inveniantur conſentire.

VIII.

1. Ad tempus quod attinet, quæritur an jam venerit Antichriſtus? quod affirmamus, ex 2. Theſſ. 2. 6. *Nunc*

vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vero quid obſtet noſtis, ut is ſuo tempore retegatur. Iam enim peragitur myſterium iniquitatis: tantum qui nunc obſtat, obſtabit uſque dum è medio ſublatus fuerit: & tunc retegetur impius ille. Quibus verbis ſignificatur, tunc fore tempus revelandi Antichriſti, cum Romanum imperium diſſipatum fuerit. ita Cyrillus Catecheſ. 15. Chryſoſt. Oecumen. Theophyl. in locum citatum. Tertull. lib. de reſurr. Hieronymus, Ambroſ. Primaſ. Anſelm. Gloſſa interlin. Lyra, Aquinas Neque diſſentiunt Adverſarij. v. Ioſephum à Coſta de Noviſſ. temp. c. 2.

IX.

Et confirmatur ex Apoc. 13. ubi deſcribitur diſſipatio Romani imperii in decem reges, ſignificatos per decem cornua, & poſt eam, exortus Antichriſti cap. 17. unde Tertull. quo ſup. *Quis*, inquit, *niſi Romanus ſtatus, cujus abſceſſio in decem reges diſperſa, Antichriſtum ſuperinducet?*

X.

Iam ſubſumimus: Atqui diſturbatum, imo nullum nunc eſt Romanum Imperium. Nam ex tanto provinciarum numero, ne una quidem ſupereſt quæ Romæ ſubjiciatur: omnes ſeſe in libertatem aſſeruerunt, conſtitutis ſibi forma propria rebuſpublicis: unde tam multæ monarchiæ, paucæ Ariſtocratiæ, & Democratiæ. Imo ne ipſa quidem Roma monarchia eſt, vel pars ullius monarchiæ. Denique nomen ipſum Imperii Romani tranſiit ad exteros, Germanos imperatores, quorum nemo eſt qui ſibi quicquam Romæ vindicare audeat.

XI.

Cujus rei initium videns Hieron. ad Ageruchum, *Qui tenebat*, inquit, *de medio fit: & non intelligimus Antichriſtum appropinquare?* Secutus eum Salvianus, de Gu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bern. Dei l. 4. *Romanam Remp. vel jam mortuam* dixit; *vel certe extremum ſpiritum agentem*. Epiſcopi Galli ſynod. Rhem. ſub Hugone & Roberto Francorum regibus c. 28. *imperii occaſum* nominant. Andr. Cret. in Apoc. comment. c. 53. *Vetus*, inquit, *Roma pridem Imperii Majeſtatem amiſit*.

XII.

E pontificiis idem fatentur Paulus Iovius initio ſuarum hiſtoriarum. Salmeron in 2. Theſſ. Diſp. 2. Hieronymus Juſtinianus ib. Baronius anno 476. §. 1. *Occidentale* (.i. Romanum) *Imperium penitus collapſum*, inquit, *eſt, & devolutum ad barbaros*. Barradius in Concordiam tomo 1. l. 4. c. 4. Judæis negantibus Chriſtum veniſſe, quia Imperium Romanum adhuc ſtet, reſpondet, *non extare Romanam monarchiam*.

XIII.

Unde concludimus, Antichriſtum jam veniſſe, implero nimirum tempore, per quod detineri debebat ne manifeſtaretur.

XIV.

2. Pergimus ad locum ſive ſedem Antichriſti, quam duplicem proponit ſcriptura, alteram Ioannes in Apocalypſi, alteram Paulus. Apoc. 17. 3. &c. *Cum me per ſpiritum in deſertum tranſtuliſſet, vidi mulierem inſidentem beſtiæ coccinæ, plenæ nominibus blaſphemiarum, habenti capita ſeptem, & cornua decem*. Et v. 9. *Septem capita ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet*. Et v. 18. *Et mulier quam vidiſti eſt urbs illa magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ*.

XV.

Hæc verba ſignificant, Antichriſtum (quem mulier illa meretrix adumbrat) ſeſſurum in urbe Roma, argu-

mento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mento duplici: prius deducitur à montibus ſeptem, à quibus Roma ſepticollis vocatur; poſterius ab eo quod mulier illa non ſolum ſedere dicitur ſuper montibus ſeptem, ſed etiam ipſa eſſe urbs illa magna, quæ haberet regnum ſuper reges terræ. Hæc autem tum temporis Roma erat, nec præter Romam ulla alia.

XVI.

Unde de eâ vaticinium Ioannis interpretantur Tertullianus adv. Iudæos, & l. 3. contra Marcionem. Hieronymus Ep. 17. & ad Algâſiam quæſt. 11. Eucherius in formulis ſpiritalibus. cap. 10. Primaſius, aliique, ut & Græci communiter, Ioh. Gagnæo non diffitente. & Bellarmino quoque hanc interpretationem aliis præferente, licet Romam Ethnicam denotari aſſerat, non Chriſtianam.

XVII.

Id quod manifeſtò eſt contra textum. dicitur enim Ioanni: *Decem cornua quæ vidiſti, decem reges ſunt, qui regnum uondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipiunt unà cum beſtiâ.* at hoc de Roma ethnicâ intelligi nequit: quia tantum abeſt ut cum imperio Romano alii reges regnum acceperint. ut contra potius aliis regibus Imperium Romanum regna eripuerit. Itaque intelligitur de diſſipatione imperii Romani, cujus tempore Antichriſtus ſuam auctoritatem exerturus erat. At hæc diſſipatio accidit multis annis, imo ſeculis, poſtquam Roma deſiit eſſe ethnica.

XVIII.

Deinde, deſcribit Ioannes c. 18. hujus Babylonis excidium, iis verbis quæ de Roma ethnica accipi non poſſunt. v. 2. *Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta eſt domicilium dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.*

At 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

At 1. Roma dum eſſet ethnica, non eſt exciſa: ſed ſi exciſa eſt, tum eſt exciſa cum eſſet Chriſtiana. 2. cum ceſſavit eſſe ethnica tum non eſt facta domicilium dæmoniorum, ſed Chriſtianorum potius, & eccleſiæ Dei.

XIX.

Hæc ergo quoque à ſede Antichriſti ſecundum Ioannem deſumta nota, Papæ ex amuſſim congruit. Is enim Romæ ſedem fixit, epiſcopum, pontificem, papam Romanum ſe appellari gaudet, ab ea ſede jus ſuum ducit & ſolum Romanum, non ullum alium Oecumenicum pontificem dicendum cenſet.

COROLLARIA.

1.

Peccatum in Spiritum Sanctum non committitur ab electis.

2.

Nec ab omnibus reprobis.

3.

Sed ſolis illis qui Chriſtum & veritatem ejus cognoverunt.

4.

Sive eam profeſſi fuerint, ſive non.

5.

Nemini unquam remittitur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLIII.

DE

ANTICHRISTO,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

HENRICUS ALUTARIUS, Roterodamenſis,

Ad diem Martij, loco ſolito, horâ



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIϽ IϽ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. D. PRÆTORI, CONSULIBUS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque inclytæ ac Florentiſſimæ Reipubl. ROTERODAMENSIS SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis obſervandis.

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſ. Regenti digniſſimo, Præſidi ſuo honorando,

D. THEODORO ab ALTENA, Vineæ Dei, quæ eſt in Oeſtgeeſt, cultori fideliſſimo, Theologo graviſſimo, de ſe ſtudiiſque plurimum merito.

Se & haſce Theſes obſervantiæ
& Affectus cauſa,

L. M. Q. D. D. D.

HENRICUS ALUTARIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DE

ANTICHRISTO,

SECUNDA.

THESIS I.

POſtquam de ſede Antichriſti ex Ioanne egimus, proximum eſt ut & de eadem agamus ex Paulo. Is 2. Theſſ. 2. 4. ait : *Adeo ut in templo Dei, tanquam Deus, ſedeat.* ubi per templum Dei eccleſiam intelligimus. ex 1. Cor. 3. 16. *An neſcitis vos eſſe templum Dei? Nam templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

II.

Atque ita Patres illum textum commentati ſunt. Chryſoſtomus : *Sedebit in templo Dei, non quod eſt Ieroſolymis, ſed in eccleſiis.* quem in eo ſequuntur Oecumenius & Theophylactus. Theodoretus, *Dei,* inquit, *templum appellavit eccleſias, in quibus PRIMAM SEDEM arripiet.* Ambroſius: *Vt in domo Domini, IN SEDE ſedeat Chriſti.* v. & Hieron. ad Algaſiam. tom. 3. p. 173. Auguſt. de Civit. Dei. l. 20. c. 19. &c.

III.

Inter pontificios Cajetanus : *Nec aliquod determinatum templum ſignificatur, ſed in quocunque templo Deo dicato ſedebit tanquam ſibi dicato.* clarius etiam Hugo Heterianus, De regreſſu animarum ab inferis c. 23. *Sedebit in templo Dei, in eccleſia.*

IV.

In hoc templo debuit SEDERE Antichriſtus, id eſt, ut loquitur Thomas, PRINCIPARI & DOMINARI. ſive, ut

 Theo-

Theodoretus loquebatur, Primam Sedem Arripere.

V.

Quam notam pontifici Romano convenire non eſt dubium. Neque enim, quod olim tyrannis aliis ſolenne erat, ita eccleſiam perſequitur, ut ipſe ſe ab ea profiteatur alienem, ſed & Chriſtianus haberi vult, & eccleſiæ Chriſtianæ primam, quam vocant, ſedem tenet, & ſe ejuſdem caput, ſponſum, univerſalem epiſcopum &c. eſſe jactat.

VI.

Habemus tempus & locum Antichriſti, tum proprie dictum, qui eſt urbs Roma, tum figuratè ſub nomine loci .i. templi deſcriptum, id eſt eccleſiam, in qua ſedem is ſuam erat fixurus. progrediamur ad notas reliquas.

VII.

Tertiam ergo notam deſumimus ab ejus *doctrina*, quæ futura erat contraria doctrinæ Chriſti. hujus ſiquidem reſpectu vocatur ὁ ἀντικείμενος, *is qui opponit ſe*. & magis ſpecifice ὁ ἀντίχριστος. *qui Chriſto adverſatur*. ratione doctrine videlicet, ſi enim in ea cum Chriſto conſentiret, adverſarius eſſe non poſſet.

VIII.

Quod & inde colligere promtum eſt, quia Antichriſtos Ioannes notavit à doctrina. 1. Ioh. 2. 22. *Quis eſt ille mendax, niſi qui negat Ieſum eſſe Chriſtum? hic eſt Antichriſtus, negans Patrem & Filium.* & c. 4. 3. *Quicunque Spiritus non confitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo non eſt. Et hic eſt ille ſpiritus Antichriſti, de quo audiſtis, eum venturum fuiſſe, & jam in mundo eſſe.*

IX.

Idem Apoc. 13. 11. *Vidi aliam beſtiam aſcendentem è terrâ,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

terrâ, habentem cornua duo ſimilia agni: ſed LOQVEBATVR ut draco. quod de prava doctrinâ rectè explicat Haimo.

X.

Paulus etiam: *Niſi venerit APOSTASIA prius.* quod non de defectione *ab imperio Romano* (ut quidam) ſed *à fide* interpretamur, ſecuti characterem Apoſtoli. Hebr. 3.12. ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος. *Deficiendo à Deo vivo.* & diſertius 1. Tim. 4. 1. *Spiritus diſerte dicit, quod in noviſſimis temporibus diſcedent quidam* (ἀποστήσονται) *à fide.* ita acceperunt Chryſoſtomus, Oecumenius, Theophylactus, Theodoretus. Auguſtinus ipſe, de Civit. Dei l. 20. c. 19. *Quem refugum vocat, utique à Domino Deo.*

XI.

Neque arbitrandum, ipſum tantum à fide defecturum, ſed etiam multos ſecum abducturum. quo ſpectat Ioannes Apoc. 13. 14. *Et ſeducit incolas terræ.* & c. 17. 2. *Cum qua ſcortati ſunt reges terræ. Et cujus ſcortationis vino inebriati ſunt incolæ terræ.* Et v. 4. 5. *Habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominationibus, & immunditia ſcortationis ſuæ. Et in fronte ſua ſcriptum: Myſterium, Babylon magna, mater ſcortationum & abominationum terræ.*

XII.

Hæc igitur ſingula oportet inveniri in eo quem Antichriſti nomine dignum aſſerimus. Et de regibus quidem ac incolis terræ, nemo dubitare poteſt. Nam hoc pridem orbi perſuaſum, ſubjici debere Romano Pontifici omnem animam de ſalutis neceſſitate. Atque adeo hoc uno eccleſiæ ſuæ τὸ καθολικὸν pontificii metiuntur, nempe multitudine populorum qui ei adhærent. v. Bellar. de Eccl. militante l. 4. c. 7. & alios multos.

XIII.

Erit igitur non tantum papa apoſtata, ſed etiam pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

piſmus apoſtaſia, ſi quantum eſt regum populorumque ei faventum abductum eſt à fide Chriſti.

XIV.

Quod ultimum ſi hic demonſtrare anniteremur, omnes falſas papatus doctrinas enumerare neceſſe haberemus. quod ea quam nobis præfiximus brevitas non patitur. unum cumprimis notandum:

XV.

Pontificios non tantum de dogmatibus perverſa tradere, verum ipſum quoque dogmatum canonem quâ poſſunt ratione labefactare, dum ejus auctoritatem ſuæ eccleſiæ ſubjiciunt, eumque imperfectum, ambiguum &c. eſſe cauſantur. unde deſperatiſſima eſt eorum correctio, ut qui ipſa Chriſtianitatis principia vilipendant.

XVI.

Itaque, quod ad doctrinam quidem attinet, nihil ſane eſt cauſæ quominus epiſcopus Romanus agnoſcatur eſſe Antichriſtus.

XVII.

Quarta nota nobis erit, ratio propagandi hanc falſam doctrinam. ea gemina eſt, una apud Paulum, altera apud Ioannem. Et Paulus quidem, v. 7. *Iam peragitur*, inquit, *myſterium iniquitatis*. & v. 9. &c. *Cujus adventus eſt ex efficacia Satanæ, cum omni potentia, & ſignis, ac prodigiis mendacibus: & cum omni fraude injuſtitiæ, in iis qui pereunt: pro eo quod amorem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent. Propterea ergo mittet illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio.* hic tria notanda.

XVIII.

1. *Myſterium* quid ſit, notum eſt, videl. res arcana, quæque ab omnibus non percipitur. ſed quid eſt ἐνεργεῖται ἤδη τὸ μυστήριον; id optime interpretantur Theodoretus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

retus, *Ego*, inquiens, *exiſtimo Apoſtolum ſignificare hæreſes quæ exortæ ſunt. Per illas enim multis à veritate abductis, præparat diabolus exitium deceptionis.* & Hieronymus (ſi is eſt auctor illorum commentariorum) *Myſterium operatur*, inquit, *in his qui falſis doctrinis ejus prævium faciunt iter: quos beatus Ioannes in mundum dicit exiſſe.* & Sedulius: *Antichriſtus per ſua membra agit. ut Ioannes dicit: Multi Antichriſti facti ſunt. In his ergo myſterium iniquitatis operatur, qui falſis doctrinis ejus pervium faciunt iter, quos beatus Ioannes in mundum dicit exiſſe.*

XIX.

Porro hinc duo eliciuntur. 1. Antichriſtum non ſubito emerſurum, ſed paulatim promovendum, nec niſi longo temporis tractu perficiendum, ſic tamẽ ut ejus negotium operetur nondum exiſtentis. atque hoc in pontificem Rom. competere, patet ex tenuibus initiis & lenta progreſſu auctoritatis. primo enim, in ſcriptura quum non pauci nominẽtur eccleſiarum paſtores, ne minima quidem mentio epiſcopi Romani occurrit. 2. eccleſia illa innoteſcente innotuit etiam ejus epiſcopus, quomodo & aliarum quamplurimarum, & nonnihil honoris ei delatum, ſive ob dignitatem urbis, ſive ob virorum ſanctitatem, mediocriter tamen, & ut aliis plurimis. 3. inter patriarchas cœpit numerari, quorum ne nomen quidem fuerat auditum ab initio. 4, Epiſcopus oecumenicus & caput eccleſiæ dici voluit. 5. regalem quoque arripuit poteſtatem, & ſupra omnes reges ſe extulit, eoſque ad oſcula pedum ſuorum abjecit &c.

XX.

Alterum quod hinc elicuerunt veteres, eſt, quod Antichriſto inſervierint hæreſes, jam tum ab initio irruentes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tes in eccleſiam. Et id quoque verum eſt in papa Romano. qui è plurimis hæreſibus ingens earum chaos conflavit. v. g. Imaginum cultum Simoni Mago debet. Conjugii prohibitionem Manichæis. iiſdem ciborum delectum. merita operum iis pſeudochriſtianis in quos Paulus ſtylum ſtrinxit Epp. ad Rom. & Gal. ut & cultum angelorum. Col. 2. 18. Linguæ incognitæ uſum in ſacris, iis quos idem Paulus reprehendit apud Corinthios. 1. Cor. 14. 6. virginis beatæ adorationem Collyridianis. mutilationem cœnæ illis quos Leo Magnus refert ſe hac nota hæreticos Romæ deprehendiſſe. Tranſſubſtantiationis rudimenta, Marco illi, qui jactabat ſe in conſecranda euchariſtia Chriſti ſanguinem elicere in poculum ſuum. Iren. l. 1. c. 9. Gynæco-Baptiſmum Marcioni. Liberum arbitrium Pelagianis, qui & tertium locum inter ſupplicium ac paradiſum ſtatuebant, eoque ſuos infantes relegabant, teſte Aug. quod ipſum & papa credi vult. hæc tantum ſpeciminis cauſa.

COROLLARIA.

1.

Peccatum aliquod poteſt eſſe pœna alterius peccati præcedentis.

2.

Probabile eſt, quodvis peccatum, ſui quoque ipſius pœnam eſſe.

3.

Pœna æterna non eſt infinita intenſive.

4.

Licet infinitatem ſui generis habeat. 1. *ratione objecti.* 2. *durationis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLIV.

DE

ANTICHRISTO,

TERTIA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

YSBRANDUS PETRÆUS, Goud. Bat.

Ad diem 16. Martij, loco ſolito, horâ 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Dominis ſuis clementiſſimis.

UT ET

Graviſſimis, Spectatiſſimis D. D.

Inclytæ ac Florentiſſimæ

GOVDANÆ REIPUBLICÆ CONSULIBUS,

Dominis ſibi colendis,

NEC NON

Reverendo ac Eruditiſſimo Viro,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg Theolog. D. D. Ordinum Hollandiæ & West-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi ſuſpiciendo,

Hoc Exercitium Theologicum,
dicat & conſecrat,

YSBRANDUS PETRÆUS.
Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLIV.

DE ANTICHRISTO, TERTIA.

THESIS I.

SEquitur apud Paulum πᾶσα ἀπάτη τῆς ἀδικίας. *omnis fraus injuſtitiæ*. ſive omne genus impoſturæ & doli *mali*, quo utuntur ii quibus perinde eſt fas & nefas. ideoque genus *injuſtitiæ* eſt.

II.

Hanc pontifici Romano convenire, patet è fraudibus quas in verſione, an perverſione? ſ. ſcripturæ, in falſandis Patribus, & per *excogitata* (ut ipſi fatentur) *commenta* interpretandis, in impoſturis circa ſanctos qui nunquam fuerunt, circa commentitias reliquias, circa fictitias revelationes, & ſimiles, *pias*, ut credi vult, *fraudes*, tam impudenter, tamque multipliciter admittit, ut in iis detegendis laborare, & infinitæ & ſupervacaneæ operæ foret.

III.

Subnectit Apoſtolus; *Cujus adventus eſt ex efficacia Satanæ, cum omni potentia, & ſignis ac prodigiis mendacii.* Ioannes item Apoc. 13. 13. 14. *Edit ſigna magna, adeo ut etiam ignem faciat è cœlo deſcendere in terra in conſpectu hominum. Et ſeducit incolas terræ, propter ſigna quæ datum eſt ei ut faciat in conſpectu beſtiæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Antichriſtus ergo auctoritatem ſuis impoſturis conciliabit additis prodigiis & miraculis. quæ faciet κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ. id eſt, ut Occumenius, διὰ μέσου αὐτοῦ (*per ipſum*) πάντα πράξει ὁ διάβολος. Nec tantum *faciet* Antichriſtus *omnia diabolo inſtigante*, ut loquitur Anſelmus, ſed & *operante*, quæ vis eſt verbi ἐνεργείας.

V.

Porro hæc miracula erunt ſigna & prodigia *mendacii*. triplicem ob cauſam ita dicta. 1. quia falſa ſint ipſa, non autem vera miracula, ὅτι (verba Theodoreti ſunt) κατὰ φαντασίαν μέλλει ποιεῖν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπατᾶν. 2. quia ſervient mendacio. ὅτι πρὸς τὸ ψεῦδος ἄγουσιν. idem v. Aug. de Civit. Dei l. 19. c. 20. vel denique 3. quia ab hominibus malè feriatis confictа.

VI.

Atque hoc pontifici Romano imprimis convenire vel ex eo notum eſt, quod ejus aſſeclæ miracula pro notâ eccleſiæ ſuæ habent. & in iis fingendis uſque adeo ſibi indulgent, ut ipſis pontificiis ſæpe querelas ac liberas voces exprimant. v. Canum loc. lib. 11. c. 6. ubi inter alia ait, *Negare non poſſumus, viros aliquando graviſſimos in divorum præſertim prodigiis deſcribendis, ſparſos rumores & excepiſſe, & ſcriptis etiam ad poſteros retuliſſe. Qua in re, ut mihi quidem videtur, aut nimium illi ſibi, aut fidelium certè vulgo indulſerunt: quod vulgus ſentiebant, non tantum ea facile miracula credere, ſed impensè etiam flagitare. Itaque ſigna nonnulla & prodigia ſancti quoque memoriæ prodiderunt, non quod ipſi ea libenter credidiſſent, ſed ne deeſſe*

fide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

fidelium votis viderentur. Et paulo poſt, *Nec ego hic libri illius auctorem excuſo, qui ſpeculum exemplorum inſcribitur: nec hiſtoriæ etiam ejus, quæ Legenda aurea nominatur. In illo enim miraculorum monſtra, ſæpius quam vera miracula legas: hanc homo ſcripſit ferrei oris, plumbei cordis, animi certè parum ſeveri & prudentis.*

VII.

Nos, ne in Oceanum harum deceptionum ulterius nos immittamus, ita cenſemus, miracula omnia papiſtarum, eſſe *ſigna mendacii*, vel quod penitus conficta, vel quod mera ludibria, non autem actus ſupernaturales, vel quod falſæ doctrinæ fulciendæ patrata, atque ita nec divina, ſed diabolica eſſe judicanda. Quo habito, quæ à Paulo & Ioanne de Antichriſti miraculis dicuntur, papæ Romano quadrare certum redditur.

VIII.

Modum propagandi falſam Antichriſti doctrinam ex Paulo executi ſumus, in myſterio, impoſturis, miraculis. Hiſce Ioannes adjungit crudelitatem. Apoc. 17. 6. *Vidi mulierem illam ebriam ſanguine ſanctorum, & ſanguine martyrum Ieſu.* quibus verbis conſtat apud omnes, ſignificari immanem Antichriſti rabiem adverſus eccleſiam, in qua ſola ſancti ſunt, quæ etiam ſola novit Martyres Ieſu, nec martyres alios quam ſanctos.

IX.

Capite 12. deſcribitur mulier parturiens, & pariens maſculum: Draco autem expectans ut partum devoret:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tum mulier fugiens in ſolitudinem: quo tamen eam draco perſequutus eſt: poſtque eam ejecit ex ore ſuo magnam vim aquarum quæ eam abſorberent. quod cum non ſucceſſiſſet, converſus, geſſit bellum cum reliquis ex ſemine mulieris, cuſtodientibus mandata Dei, & habentibus teſtimonium Ieſu Chriſti.

X.

Pertinere hæc ad Antichriſtum duo evincunt. 1. quia is draco deſcribitur habens ſeptem capita & decem cornua, ſimiliter ut beſtia ſuper quam mulier ſedet, c. 17. 7. 2. quia mulieri in deſerto profugæ aſſignatur *tempus, & tempora, & dimidium temporis*. c. 12. 14. quod idem eſt tempus durationis Antichriſti. Dan. 7. 25. & 12. 7.

XI.

Qui enim mulierem hic virginem Mariam intelligunt, non inveniunt quomodo quæ hic dicuntur ei applicent. ut taceam partum virginis &c. pridem elapſum fuiſſe, ac inconcinnum futurum, Ioannem qui futura vaticinatur, de præteritis agere. quæ ratio Methodii eſt apud Andr. Cæſarienſem.

XII.

Itaque Haimo cogitur dicere, Virginem hic gerere figuram eccleſiæ. *Neque enim*, inquit, *omnia quæ hic narrantur, juxta literam beatæ virgini ſpecialiter congruere poſſunt: ſed electorum eccleſiæ.*

XIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIII.

Mulier ergo hæc, agnoſcentibus Methodio, Andrea, Primaſio, eſt eccleſia, quæ quaſi parturit Chriſtum, cum liberam & ſinceram ejus confeſſionem edere molitur. eum perſequi dicuntur qui confeſſores ejus perſequuntur, & doctrinam ejus opprimere conantur. v. Act. 9. 4. 5.

XIV.

Id facturus erat Antichriſtus, duplici eventu, 1. ita ut fideles vinceret, & eccleſiam in ſolitudinem compelleret, quod hic innuitur, & Apoc. 11. 7. *Beſtia aſcendens ex abyſſo geret adverſus ſanctos bellum, & vincet eos, & occidet eos.* & c. 13. 15. *Datum eſt ei, ut faciat, ut quicunque non adorarint imaginem beſtiæ, occidantur.* nimirum donec invadat confirmetque dominationem in omnes.

XV.

Deinde vero, cum id tempus advenerit quo neceſſe eſt eum confici, retinebit quidem ſuam ſævitiam, & quantum poterit exeret, verum non amplius licebit vincere eccleſiam ac rurſus in ſolitudinem abigere. ſancti enim triumphum reportabunt de beſtia & imagine ejus. c. 15. 2. & *reges ipſi odio proſecuturi ſunt meretricem, carnes ejus comeſturi, ipſamque igne exuſturi.* c. 17. 16.

XVI.

Atque hæc Pontifici Romano evidentiſſime convenire docent horrendæ ejus perſecutiones in Albigenſes, Val-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Valdenſes, Wiclefitas, Huſſitas &c. quæ eccleſiam Chriſti in latebras ſeſe abdere coëgerunt. Non æque felix (licet non minus atrox) fuit ea quam adverſus Euangelicos & Reformatos patrum noſtrorum memoria concitavit, quamque ubicunque poteſt adhuc continuat. ea enim non obſtante, cœpit *Dominus ſceleratum illum abſumere Spiritu oris ſui*, quem tandem *illuſtri ſuo adventu abolebit*. 2. Theſſ. 2. 8.

COROLLARIA.

1.

In intellectu hominis corrupti reliqua eſt quædam notitia Dei.

2.

Eaque tum inſita, tum acquiſita.

3.

Item notitia quædam practica recti ac turpis.

4.

Et conſcientia recte vel ſecus geſtorum.

5.

Harum tamen nulla ſalutaris eſt.

6.

Sed ad hoc valet ut ſit inexcuſabilis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLV.

DE

ANTICHRISTO,

QUARTA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

REINERUS BRANDOLPHUS, Rijſvicenſis.

Ad diem Martij, loco ſolito, horâ 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Illuſtriſſimis, Potentiſſimiſque

HEROIBUS,

D.D. EQVITIBVS HOLLANDIÆ & FRISIÆ OCCIDVÆ, Veris Patriæ Patribus, & avitæ libertatis & Religionis antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

Dominis & Mæcenatibus colendis.

Nominatim vero

Nobiliſſimis, Generoſiſſimis Dominis,

D.D. JACOBO de WASSENAER, Domino in *Opdam* & *Zuytwijck* &c. excellentiſſimo, Civitatis Heuſdanæ gubernatori graviſſimo, & Equeſtris Ordinis membro præclariſſimo,

D.D. GUILIELMO de SCHAGEN, Domino in *Schagen*, *Beringhorn*, *Haring-huyſen*, *Colhorn*, Equiti præſtantiſſimo, prudentiſſimo,

Dominis meis uſque ad extremum vitæ halitum obſervandis.

Meſſem hanc Academicam,

Sacram facio,

REINERUS BRANDOLPHUS,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLV.

DE

ANTICHRISTO,

QUARTA.

Thesis I.

AD quintam notam Antichriſti pedem promoveamus, quæ eſt, vita ejus, inque ea, ſcelera & luxus. Quod ad ſcelera, Paulus eum appellat *Hominem illum peccati*. v. 3. & τὸ ἄνομον, .i. *exlegem*. v. 8. videlicet, quia ſe divinæ legi non ſit ſubjecturus. Ioannes eum vocat *meretricem*. c. 17. 1. &c. ob impuriſſimam vitam. etſi ob falſam religionem etiam. quæ duo ſe mutuo ſolent conſequi. ſolet enim Deus idololatras & veritatis hoſtes tradere in reprobum ſenſum, ut faciant quæ minimè conveniunt. Rom. 1. 23. 24. &c.

II.

Hanc notam ſi papæ Romano applicare velimus, tota pontificum hiſtoria nobis exſcribenda erit. præſtabit ergo canonem qui eis liberum commeatum quicquid libitum fuerit perpetrandi largitur, ob oculos ponere. is reperitur in Decreto Gratiani Diſt. 40. in hæc verba: *Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur: inutilis & remiſſus in ſuis operibus, & inſuper à bono taciturnus, quod magis officit ſibi & omnibus, nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus: hujus culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe judicaturus, à nemine eſt judicandus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

III.

Luxus Antichriſti deſcribitur à Joanne Apoc. 17. 4. *Erat autem mulier illa amicta purpura & cocco; & inaurata auro, & lapidibus pretioſis, & margaritis*. Et c. 18. 14. quæcunque luxus inſtrumenta ſunt, appellantur *fructus deſiderii animæ* Babylonis.

IV.

Hæc quoque ſi papæ quis voluerit accommodare, ei & patrimonium Petri (quod vocant) & luxus quo excedit omnes Sardanapalos & Heliogabalos, & pompa quam ex commentitia Conſtantini donatione exſculpſit, & infinita pecuniarum aucupia, per quæ hæc fovet & auget, excutienda venient. nemo ſané rerum pontificiarum paulo peritior dubitare poteſt, quin in papa hoc Apoſtoli vaticinium ſuum complementum habeat.

V.

Sexta & poſtrema nota eſt, Auctoritas quam ſibi uſurpaturus prædicebatur Antichriſtus. Paulus ergo 2. Theſſ. 2. 4. *elatum* eum dicit, ſive *efferentem ſe, adverſus*, ſeu *ſupra quicquid dicitur Deus, præ ſe ferentem*, ſive *oſtentantem ſe eſſe Deum*.

VI.

Unde tria hic examinanda veniunt. 1. An ſeſe Romanus Epiſcopus gerat pro Deo? 2. Quamnam auctoritatem uſurpet in eccleſia? 3. quam etiam in republica? Nam qui ſeſe hiſce ſuperiorem conſtituit, divinam hauddubie poteſtatem invadit.

VII.

Quod ad primum attinet, nihil eſt certius, quam titulum Dei à pontificiis ſuo papæ aſcribi. Froiſſardus tom. 4. c. 10. Cardinales Avenionenſis ad regem Galliæ ſcripſiſſe narrat: *Sicut unicus eſt in cœlis Deus, ſic nullo jure*

lo jure poteſt aut debet non eſſe unicus in terris DEVS. Lælius Zecchius de rep. Eccl. c. de ſtatu papæ, art. 28. *Eſt & dicitur Chriſti vicarius, & quaſi DEVS in terris, & quod ipſe facit, non humanus princeps, ſed DEVS facere videtur*. Stapletonus dedicatione operis de Principiis, Gregorium 13. ſalutat, *plane ſupremum iu terris NVMEN*.

VIII.

Sed de re ipſa præcipue dicamus, .i. de uſurpatione divinæ poteſtatis. Decretal. tit. de tranſlat. Epiſc. cap. *Quanto perſonam*, cum Innocentius 3. dixiſſet, *Romanus pontifex non puri hominis, ſed veri DEI vicem gerit in terra*, Gloſſator addidit, hinc ſequi, *Habere eum cœleſte arbitrium; naturam rerum immutare, ſubſtantialia unius rei applicando alii: de nullo poſſe aliquid facere; ſententiam quæ nulla eſt facere aliquam; in his quæ vult eſſe ei pro ratione voluntatem, nec eſſe qui ei dicat, Cur ita facis? poſſe ipſum ſupra jus diſpenſare: de juſtitia poſſe facere injuſtitiam: plenitudinem obtinere poteſtatis* &c. quæ ſingula confirmat ex Decretis & Decretalibus.

IX.

De poteſtate *diſpenſandi* ita Pet. de Monte in Monarchia: *Papa tollit jus divinum, diſpenſando contra euangelium. Papa diſpenſat contra univerſalem ſtatum eccleſiæ. Diſpenſat contra vetus Teſt. Diſpenſat contra multa capitula quatuor Conciliorum.*

X.

Adorationem quoque eum admittere teſtatur Blondus Inſtaur. Rom. l. 3. *Dictatorem nunc perpetuum, non Cæſaris, ſed piſcatoris Petri ſucceſſorem, & imperatoris prædicti vicarium, Pontificem ſummum, principes orbis ADORANT & colunt*. Iovius hiſt. l. 2. dicit regem Franciæ Carolum, priuſquam regni Galliæ fines exiret, decreviſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

pontificem *ſuppliciter ADORARE*. idem de eodem: *AD-ORAVIT Pontificem projectus*. Idem de Carolo quinto Cæſare: *Ille pie inflexo genu, pronus exoſculato pede Pontificem ADORAVIT*. Et veneratio illa quæ pontifici recens electo exhibetur vocatur ADORATIO lib. Cærem. Eccl. Rom.

XI.

Qualis ſit hæc adoratio obſervatu dignum ex Antonino part. 3. hiſt. tit. 23. c. 17. ubi Legati Florentini eam *hyperduliam* vocant. ſed *latriam* eſſe innuit Anton. Puccius in Later. Conc. ſub Leone 10. ſeſſ. 9. in ea dicit impletum propheticum illud: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei*. Baronius to. 12. ex Neubrig. Saracenorum quendam principem ait Alexandrum 3. *tanquam ſanctum & pium Chriſtianorum DEUM adoraſſe*. Videntes autem (addit) hæc univerſi dicebant ad invicem illud propheticum: *Et adorabunt eum omnes reges terræ &c.* quæ verba de Chriſto fuerunt dicta. Pſal. 72. 11.

XII.

Videamus jam, quam ſibi poteſtatem vindicet in eccleſia, in qua eum *ſeſſurum* .i. ſupremum dominium uſurpaturum prædixit Paulus. Dicimus autem, papam in ea ſibi ſumere auctoritatem *Chriſto* propriam. quod ita probamus:

XIII.

1. Quia *Chriſti* nomen ſibi tribuit. unde Bernardus de Conſideratione l. 2. c. 9. Eugenium appellat, *unctione Chriſtum*. Greg. 7. bulla 2. Excommunicationis contra Henricum Imperatorem, *Aſtiterunt*, inquit, *reges terræ, & principes ſeculares & eccleſiaſtici, aulici & vulgares convenerunt in unum adverſus Dominum, & vos* (Petre

& Paule

& Paule, quibus ſe ſuccedere autumat) *Chriſtos ejus.* abutens Pſalmo 2.2. ubi de Filio Dei agitur.

XIV.

2. Quia ſe vocat *fundamentum eccleſiæ.* unde Bell. præfat. in 3. gen. controv. l. 1. ei tribuit vaticinium Ieſaiæ 28.16. *Ecce ego fundamentum poſui in Sione lapidem: lapidem probationis, angularem, pretioſum, fundationem fundatiſſimam* (quod falſo vertit, *in fundamento fundatum*) *qui credit non præfeſtinabit.*

XV.

3. Quia ſe vocat *ſponſum eccleſiæ.* unde Innocentius 3. ſerm. 3. in Conſecr. pont. *Qui habet ſponſam*, inquit, *ſponſus eſt. Annon ego ſponſus ſum, & quilibet veſtrûm amicus ſponſi? utique ſponſus, quia habeo nobilem, divitem, & ſublimem, decoram, caſtam, gratioſam, ſacroſanctam Romanam eccleſiam: quæ, diſponente Deo, cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra.* ita & Leo 10. in bulla Concordatt. cum Franciſco 1. Ant. Puccius orat. ad eundem Leonem habita ſeſſ. 9. concil. Later. Auguſtinus Triumphus de poteſt. eccl. q. 19. a. 1. At hanc appellationem uni Chriſto convenire, docet inter alios Paulus 2. Cor. 11. 3.

XVI.

4. Quia ſe vocat *Agnum Dei qui tollit peccata mundi.* unde Paulus Iovius in Philippo 3. narrat à Panormitanis miſſos ad Martinum 4. *oratores, viros ſanctos, qui ad pedes illius ſtrati, velut pro ara hoſtiaque Chriſtum agnum Dei ſalutantes, illa etiam ex altaris myſteriis verba ſupplices effarentur, qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri. Iterum, Qui tollis peccata mundi, miſerere noſtri. tertium: Qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* hoc autem unius Chriſti eſſe v. Ioh. 1. 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVII.

5. Et *Leonem de tribu Iuda, radicem David, ſalvatorem.* unde Simon Beguinus ſeſſ. 6. Later. Conc. ſub Leone 9. *Ecce,* inquit, *venit Leo de tribu Iuda, radix David. Ecce ſuſcitavit tibi Deus Salvatorem.*

XVIII.

6. Quia dicit *ſibi datam eſſe omnem poteſtatem in cœlo & in terra.* item, *dominium à mari ad mare, & à flumine uſque ad fines orbis terrarum.* deque ſua ſede dicit, *Hæc eſt ſola quæ claudit & nemo aperit; aperit & nemo claudit.* v. Conc. Later. ſub Iulio ſeſſ. 9. & 10. lib. 1. Cerem. tit. 7. in benedictione enſis. Conc. Lat. ſub Leone 9. Ott. Friſing. l. 1. de vita Frid. cap. 50. Orationem Epiſcopi Fanenſis ad Philippum Hiſpaniarum principem, cum ei gladium à pontifice conſecratum offerret. Calvet. Itinerario principis p. 78. b. At hæc omnia ſoli Chriſto peculiaria eſſe, v. Matth. 28. 18. Pſal. 72. 8. Apoc. 3. 7. De titulo *Capitis eccleſiæ* nuper actum fuit.

COROLLARIA.

I.

In voluntate hominis lapſi remanſit naturalis libertas.

II.

Veruntamen non extendit ſe ea ad verè & ſpiritualiter bonum, ſed ad malum tantum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLVI.
DE

ANTICHRISTO,

QUINTA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabitur

GOVERARDUS CROUSIUS, Goud. Bat.

Ad diem Aprilis, loco ſolito, horâ 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Conſultiſſimis,

Florentiſſimæ ac Inclytæ

GOVDANORVM

REIPUBLICÆ

CONSULIBVS,

D. D. mihi perpetim colendis.

UT ET

Reverendo, ac Doctiſſimo VIRO,

D. AZARIÆ PEUDEVIN, Eccleſiæ quæ Chriſto Ieſu in Voorſchooten, Miniſterio verbi colligitur, Paſtori fideliſſimo, vigilantiſſimo.

Hanc anti-Papiſticam Diſputationem,
Antichriſti demonſtrationem,

in σφραγῖδα honoris debiti, & obſervantiæ,

Sacram facio,

GOVERARDUS CROUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLVI.

DE

ANTICHRISTO,

QUINTA.

THESIS I.

VT papa auctoritatem Chriſti ad ſe rapuit, ita in omnia Chriſti membra merum imperium exercet. unde Bonifacius 9. in Extravag. *Vnam ſanctam*, de majorit. & obedientia, *Subeſſe*, inquit, *Romano pontifici, omni humanæ creaturæ, declaramus, dicimus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis*. Io. de Turrecrem. ſummâ de Eccl. lib. 2. c. 65. & 80. *Romanus pontifex juriſdictionis auctoritate ac poteſtate ſuperior ac major exiſtit tota univerſali eccleſia.*

II.

Gloſſator Gratiani cauſ. 9. q. 3. Canone *Nemo*. *Concilium* (inquit) *non poteſt papam judicare: unde, ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negotio contra papam, videtur quod ſententiæ papæ ſtandum eſſet.* Imo Carranza Proleg. in ſummam Concil. controv. 3. & Ieſuitæ in noviſſimo colloquio Ratiſb. docent eum haberi velle pro *regula fidei*.

III.

Hinc etiam omnes epiſcopos *miniſtros* ſuos vocat. v. Conſil. delect. Cardd. & qui alibi ſunt *archiepiſcopi*, Romæ (cum ipſi placet) ſunt *presbyteri*. qui alibi *epiſcopi*, Romæ *diaconi*. v. g. Carolus à Lotharingia S. R. E.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

presbyter Cardinalis, qui tamen in Gallia erat *Archiepiſcopus* Rhemenſis. Ludoïcus Madrucius S. R. E. *diaconus* cardinalis, electus *Epiſcopus* Tridentinus. Taceo quod ex eis faciat ſuos *datarios, cancellarios, quæſtores, prætores, & familiæ ſuæ diſpenſatores*. ut quæ ſumma dignitas eſt in eccleſia, ea ad papæ officia domeſtica abjiciatur.

IV.

Actum de eccleſia. videamus de republica. Conſtat enim & hanc ſibi Antichriſtum ſubjecturum. Nam Apoc. 13. ubi duæ beſtiæ deſcribuntur, quarum illa eſt Romanum imperium, hæc Antichriſtus: de poſteriore dicitur v. 12. *Ea vero poteſtatem prioris beſtiæ omnem exercet in conſpectu ejus*. Et Daniel c. 7. 24. eum regibus annumerat, quum dicit, *poſt* 10 *reges alium ſurrecturum*. adjicit v. 25. quod *putabit ſe poſſe immutare tempora & leges*. quæ ſine politica auctoritate fieri non poſſunt.

V.

Unde Chryſoſt. in 2. Theſſ. 2. *Quum*, inquit, *Romanum imperium è medio ſublatum fuerit, tum ille veniet: & merito. quamdiu enim fuerit metus ab hoc imperio, nemo facile ſubjicietur. Eo vero ſublato, tum ille vacuum imperium invadet: & divinum humanumque imperium ad ſe rapiet. Sicut enim præcedentia imperia everſa ſunt, Medorum à Babyloniis, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis: ſic & Romanum ab Antichriſto, hic autem à Chriſto.*

VI.

Hæc ita papæ conveniunt, ut alii nemini. neque enim

nim

nim in orbe terrarum alius unus eſt, qui utramque hanc poteſtatem ſibi arroget. de eccleſiaſtica vidimus, de politica probandum reſtat.

VII.

Huc pertinet, quod pontificis mancipia ad eum pertinere utrumque gladium diſputant, & hunc quidem vel directè, ut Canoniſtæ, vel indirectè, ut Theólogi definiunt. utrovis modò ſumatúr, ſufficit papæ quod habeat, & pro libitu utatur.

VIII.

Hinc in Concilio Lateranenſi ſeſſ. 7. Leo 10. dicitur *Rex regum, & orbis terrarum monarcha.* & ſeſſ. 9. *in regale Romanorum pontificum genus, conſentientibus omnium, ſuffragiis aſcitus.* In decretalib. cap. *Solitæ benignitatis.* de Majorit. & obed. detortis ad hoc ſcripturæ locis, ſe *conſtitutum* ait *ſuper gentes & regna, ſe majori, imperatorem minori luminari confert.* ubi Gloſſator, *Cum terra ſit ſepties major luna, ſol autem octies major eſt terra: reſtat ergo, ut pontificalis dignitas quadragies ſepties ſit major regali dignitate.* mirabilis & aſtronomia & theologia!

IX.

Proinde Adrianus papa ſcriptis ad Fridericum literis conquerebatur his verbis: *In literis ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis: in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ notam incurris.* Innocentius quartus, ne quis de nomine tantum diſputari putet, *Nonne,* inquit, *Rex Anglorum noſter eſt Vaſſallus, &, ut plus dicam, mancipium?* Apud Ottonem de ſ. Blaſio, c. 8. *Imperator ſe imperium de manu*

pontificis accepiſſe admonetur. &c.

X.

Imperator & reges accedentes ad papam, eum ut primum viderunt, detecto capite, genu terram tangentes venerantur, iterum cum appropinquant ad gradus ſedis ejus; demum cum ad pedes pervenerint eos oſculantur. v. Pontificale Rom. & lib. cerem. imo Vignerius Epitom. hiſt. eccl. ad annum 1191. annotat ex quodam manuſcripto, Papam ſedentem in pontificali cathedra tenere coronam Imperialem inter pedes ſuos, eamque ab Imperatore inclinato capite de pedibus ejus ſuſcipi: tum papam pede eam coronam percutere, projicereque in terram, *in ſignum, quod habeat poteſtatem, eum, ſi merita ſua exigant, deponendi.*

XI.

Adhæc tenetur Imperator aut rex papæ ad cœnam eunti aquam fundere, lavandis manibus. accumbenti, primum ferculum inferre menſæ, flexis genibus bibituro ſcyphum porrigere, equum conſcendenti ſtapedem tenere, ac deinde accepto equi freno per aliquot paſſus equum pontificis deducere. v. Cerem. lib. 1. tit. 3. Theod. à Nihem l. 1. c. 7. Paul. Iov. hiſt. l. 27. Baron. anno 1155. quæ totidem proculcati imperii documenta ſunt.

XII.

Huc pertinet Ottonis juramentum fidelitatis, inſertum decreto Gratiani, diſt. 3. cap. *Tibi Domino.* Ubi notat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

notat Gloſſator, & Io. de Turre cremata, *Quod, qui feudum recipit ab Eccleſia, juramentum fidelitatis, non ſolum eccleſiæ, ſed etiam prælatis præſtare debet.* diſertè Imperium feudi nomine appellantes, & quidem accepti ab eccleſia. Unde illa perſuaſio, neminem eſſe Romanum Imperatorem, niſi quem papa coronaverit.

XIII.

Item regnorum donationes, ablationes, tranſlationes. ſic Zacharias papa Galliæ regnum à Childerico in Pipinum ejus Majorem-domus tranſtulit. Leo 3. imperium Conſtantinopolitano abjudicatum, Carolo Magno donavit. Adrianus 3. ſancivit, ut moriente Imperatore Craſſo ſine liberis, regnum Italicis principibus una cum titulo Imperii traderetur. Gregorius 5. cum hærede careret Otho 3. ſynodo habita, decrevit, ut ſoli Germani Imperatorem eligerent. unde ortum habent ſeptemviri electores. Alexander 3. Venetis jus maris quotannis injecto annulo ſibi de ſponſandi tribuit. Bonifacius 8. Carolo Valeſio Philippi Pulcri filio, titulotenus dedit Orientis imperium. Pius 2. Muhammedi Turcarum imperatori imperium Græciæ obtulit, modo Chriſtianus fieret, & laboranti eccleſiæ .i. pontificiæ factioni ſuccurreret. Alexander 6. Ferdinando Aragoni, & Iſabellæ Caſtellanæ, Indiam Occidentalem, à Columbo circa id tempus detectam, tanquam orbis Dominus, diviſit. &c.

XIV.

Quia vero de temporum mutatione ex Daniele mentionem fecimus, etiam illam ſibi arrogavit papa. nam

Gre-

Gregorius 13. Kalendarium vetus abolevit, reformatum, quod Gregorianum à ſuo nomine appellavit, edidit, hortans ac mandatum dans Cæſari ac regibus, ut id curarent obſervari. Cum contra dicerent Principes, & novam jurisdictionem papæ quæri oſtenderent, Cæſar vetus Kalendarium in Germania retinuit, Gallus novum recepit, ut & Belgium, urgente Andino Brabantiæ Duce. Soli Gelri & Ultrajectini obſtitere. In Livonia etiam hæc mutatio turbas dedit.

COROLLARIA.

1.

Datur in Deo lex æterna & immutabilis.

2.

Dantur in homine actiones, à quibus ratio pravi prorſus ſit inſeparabilis.

3.

Et contrà, tales à quibus juſtitia & bonitas divelli haud poſſit.

4.

Quæ ſunt de lege æterna, non ſunt præciſe bona quia jubentur, ſed jubentur quia bona.

5.

Nec mala quia vetantur, ſed vetita quia mala.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLVII.

DE

ANTICHRISTO,

SEXTA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

GUILIELMUS DE QUESNOY, Harlemenſis.

Ad diem 9 *Aprilis, loco ſolito, horâ* 8.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Graviſſimo, Spectatiſſimo, & Ampliſſimo

Inclytæ ac celeberrimæ

HARLEMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis & Mæcenatibus meis colendis.

UT ET

Reverendo, Doctiſſimoque VIRO,

D. MATTHIÆ HAZARD, Myſteriorum olim Dei in Bevervico & Vico-ad-Mare Diſpenſatori fideliſſimo, jam emerito, avo dilecto, ob innumera in me collata beneficia ad ſummum venerando.

Hoc Exercitium Theologicum,

offero & inſcribo

GUILIELMUS de QUESNOY.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLVII.
DE
ANTICHRISTO,
SEXTA.

THESIS I.

HActenus papam eſſe Antichriſtum multifariam demonſtravimus. Nunc quid objiciant pontificii excutiamus. Primum eorum argumentum in oppoſitum petitur ex *unitate individuali* Antichriſti, quam ſi obtineant, patebit papam Antichriſtum non eſſe, quum plures papas fuiſſe ac ſibi invicem ſucceſſiſſe extra dubium ſit. Hanc vero probant

II.

1. Ex Ioh. 5. 43. *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis.* ubi ajunt agi de Antichriſto, & quidem unico.

III.

Reſp. 1. Ut de Antichriſto hic locus accipiatur, nulla ratio nos urget. quia non ſibi Chriſtus quenquam opponit unum & individuum, ſed indefinite quemlibet pſeudochriſtum. fatentibus Ianſenio, Maldonato, Salmerone, Pererio.

IV.

At, inquiunt, opponuntur, *Ego*, & *alius*. *Ego* notat perſonam determinatam & abſolute unam, ergo & *alius*. Reſp. Neg. conſ. Nam Ioh. 21. 18. *Quum eſſes junior*, inquit Chriſtns, *cingebas te: quum autem ſenueris, ALIVS te cinget.* ubi *Petrus* & *alius* opponnntur, quod poſtremum tamen non determinate ſed *indefinite* ſumendum con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtat. ita Paulus 1. Cor. 3. 10. *Vt peritus architectus fundamentum poſui, ALIVS autem ſuperædificat.* 2. Cor. 11. 4. *Si IS QVI VENIT alium Ieſum prædicet, quem non prædicavimus.* quibus locis, nec *alius* nec *is qui venit*, ſignificat perſonam unam definitam, ſed *quamlibet*, atque etiam *multas.*

V.

Excipiunt: Chriſtus Iudæis dicit: *illum recipietis.* certum autem eſt 1. Iudæos *unum* tantum Meſſiam expectare. 2. eos pro Meſſia ſuo recepturos Antichriſtum. is ergo *unus* erit. Reſp. Iudæos Antichriſtum pro Meſſia recepturos, nec dicit Chriſtus, nec probabile eſt. Nam ſecundum pontificios Antichriſtus & idola colet, & ritus Iudaïcos abolebit, quorum neutrum ex Iudæorum genio eſt. ut taceam, eos convertendos tandem ad Chriſtum. Rom. 11. 25. quomodo ergo recipient Antichriſtum? pſeudochriſtos autem aliquos jam olim eos recepiſſe patet in utroque Bar Choziba &c. & ſic impletum eſt vaticinium Chriſti.

VI.

2. Idem probant ex 2. Theſſ. 2. 3. 8. ὁ ἄνθρωπος, ὁ ὑγὸς, ὁ ἄνομος. ubi articulus particularem perſonā notat. Reſp. nec hoc neceſſariam veritatem habet. cum articulus ſæpenumero perſonam ἀόειςον deſignet. Matth. 5. 13. καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. c. 12. 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος & ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος. c. 15. 10. κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Marc. 2, 27. οὐχ ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον. Luc. 4. 4. ζήσεται ὁ ἄνθρωπος. Rom. 4. 6. τὸν μακαρισμὸν τῶν ἀνθρώπων. ſic Levit. 4. ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ ἱερεὺς, ὁ ἄρχων, notant ſummum ſacerdotem &c. quicunque tandem ille ſit futurus.

VII.

Siqua tamen hic in articulo eſt *emphaſis* (quod non abnui-

abnuimus) hæc erit, quod eum Antichriſtum deſignet, cui inter multos κατ' ἐξοχὴν id nominis conveniat. Et ſi-qua eo deſignetur *unitas*, ea talis erit, qualis intelligitur cum unum Imperatorem Germaniæ, unum regem Galliæ, unum denique Papam eſſe dicimus, unum videlicet eodem tempore, licet plures ſucceſſive.

VIII.

3. Idem concludunt ex Dan. 7. & 11. & 12. capp. ubi ſermo eſt de Antichriſto, iſque vocatur, non unum aliquod regnum, ſed unus quidam rex. Nec refert, quod ea prophetia dicatur eſſe de Antichriſto ſub figura Antiochi, nam & Antiochus perſona fuit unica. ergò & Antichriſtus. hæc illi.

IX.

Reſp. 1. nominari unum regem, quomodo & reliquas Monarchias, in quibus tamen certum eſt, regnaſſe ſucceſſive plures. hinc qui Chaldaïcè ſunt ארבעה מלכין græcè vertuntur τέσσαρες βασιλεῖαι, latine, *quatuor regna*. Quam facile porro ex *unitate* Antiochi probant *unum* eſſe Antichriſtum, tam facile ex *multitudine* agnorum paſchalium probarent *multos* eſſe Chriſtos. ſcitum eſt, ſimile non eſſe idem.

X.

4. Id extundunt, ex eo, quod Apoc. 13. 18. exprimitur numerus quo conſtabit nomen beſtiæ. At nomina propria non niſi certis & individuis perſonis induntur. Reſp. 1. Nec epitheton *proprii* vocabulo *nominis* in textu additur, ſed gratis aſſumitur. 2. Nec verum eſt nomina ſolis individuis imponi, cum etiam imponantur integris gentibus &c. atque ita Ioannem intellexit Irenæus, qui ab eo vocabulum λατεῖνος putavit innui, nomen,

men, videlicet populi illius penes quem erat ſumma rerum.

XI.

5. Antichriſtus, ajunt, vocatur *Filius perditionis*, 2. Theſſ. 2. 3. quomodo & à Chriſto vocatus fuerat Iudas. Ioh. 17. 12. ut ergo hic fuit unicus, ita & ille. Reſp. Imo quia & hic & ille dicitur ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ſequitur plures uno eſſe filios perditionis. & hoc nomen competere multis individuis, licet non omnibus. plura adducunt, quæ ex allatis facile ſolvuntur.

XII.

Secundum pontificiorum argumentum petitur è *tempore* Antichriſti, quod nondum veniſſe varie probant. 1. ex eo quod euangelium nondum ſit prædicatum in toto mundo, quod tamen ante perſecutionem Antichriſti futurum prædixit Chriſtus Matth. 24. 14. Reſp. Euangelii prædicatio per totum orbem impleta eſt non modo ante adventum Antichriſti, ſed & ante excidium Ieroſolymitanum, miſſis quaquaverſum apoſtolis, & viris apoſtolicis. & hunc citati loci ſenſum eſſe agnoſcunt Hilarius, Euſebius, Chryſoſtomus, Theophylactus, aliique, quibus addimus è pontificiis Ianſenium Concordiæ c. 122. & Maldonatum, qui hic vel ſynecdochicam, vel etiam hyperbolicam locutionem non male obſervant. v. Col. 2. itaque argumentum nihil probat.

XIII.

Tertium deſumitur ex eo quod tempore Antichriſti futura ſit *tribulatio qualis nec ante fuit, nec poſtea erit*. Matth. 24. 21. at illa non eſt impleta ſub papa. Reſp. ad Majorem: non de Antichriſti tempore hoc futurum

præ-

prædicitur, ſed excidium Ieroſolymitanum hiſce verbis veriſſime deſcribitur. fatente Chryſoſtomo, Zacharia, Victore, aliis. Et ratio adverſus papiſtas manifeſta eſt in textu. quia Antichriſti perſecutio futura eſt poſtrema, ut ipſi quidem ſentiunt: at illa de qua loquitur Chriſtus non eſt futura poſtrema. quia talis erit, *qualis nulla futura ſit poſtea*. poſtea ergo futuræ ſunt etiam perſecutiones, licet non ita graves. De Hieroſolymæ excidio, Ioſephus de bello, Iud. l. 6. c. 11. μήτε πόλιν, inquit, ἄλλην τοιαῦτα πεπονθέναι, μήτε γενεὰν ἐξ αἰῶνος γεγονέναι κακίας γονιμωτέραν.

XIV.

Quartum arceſſunt ex Apoc. 20. 7. ubi legitur tunc *ſolvendam Satanam è carcere ſuo*. & v. 8. *gentes* (eodem duce) *circuituras caſtra ſanctorum & dilectam civitatem*. quæ ingentem perſecutionem notant ſub Antichriſto futuram. at illa ſub papa nondum accidit.

XV.

Reſpondemus 1. ad Majorem: An ligatio & ſolutio Satanæ, item perſecutio Gog & Magog (quam hic prædicit Ioannes) ad Antichriſtum ſpectet, difficile eſt ſcire, ſaltem pontificii nihil tale probant. 2. Minor falſiſſima eſt. quod fatebuntur qui perſecutiones papæ adverſus Valdenſes, Wiclefum, Huſſum, & denique adverſus eos qui Patrum noſtrorum memoria euangelicam doctrinam in lucem retraxere, cognitas habent. legantur Martyrologia, & corruet argumentum.

XVI.

Quintum habent ex Dan. 12, 11. *A tempore quum ablatum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

latum fuerit juge ſacrificium. ergo tempore Antichriſti ceſſabunt publicæ ceremoniæ, præſertim *ſacrificium miſſale*. at contrarium fit ſub papa. Reſp. 1. Locus Danielis ad literam ſi ſumatur, non Antichriſtum, ſed Antiochum Epiphanem reſpicit, qui Iudæos adegit omittere juge ſacrificium. 2. ſacrificium miſſæ fabula eſt, nullo ſcripturæ loco nixa. ideo non tollet id Antichriſtus, ſed potius ſtabiliet. 3. Tolli à papa verum Dei cultum & Chriſti meritum (quod per juge ſacrificium adumbrabatur) ita certum eſt, ut ſi quis ei deprehendatur adhærere, vivicomburio ſibi id luendum eſſe ſciat.

COROLLARIA.

1.

Lex moralis abrogata eſt quoad juſtificationem, reſpectu omnium.

2.

Quoad maledictionem & coactionem, reſpectu credentium.

3.

Non autem quatenus iiſdem vel peccati agnitionem affert, vel vitæ normam præſcribit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLVIII.

DE

ANTICHRISTO,

SEPTIMA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

PETRUS MUS, Amſtelo-Bat.

Ad diem Aprilis, loco ſolito, horâ 8.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIↄ Iↄ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Auguſtiſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

AMSTELODAMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore, debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis,

Hoc Exercitium Theologicum,

D. D. D.

PETRUS MUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLVIII.

DE

ANTICHRISTO,

SEPTIMA.

THESIS I.

SExtum pontificiorum argumentum eſt ab adventu Henoc & Eliæ. quos putant venturos ut Antichriſto ſe opponant, electos in fide conſervent, & tandem Judæos convertant. At illi nondum venerunt, ergo Antichriſtus nondum eſt revelatus. Nos adventum illum meram fabulam eſſe arbitramur.

II.

Conantur tamen eum probare è ſacris literis. 1. ex Malachiæ 3. 23. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & reverendus. & convertet corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres eorum.*

III.

Reſp. Malachiam nihil prædicere de Antichriſto, nec de Elia Thiſbita, ſed de Chriſto, & Ioanne Baptiſta ejus præcurſore. probatur ex Luc. 1. 17. *Ipſe præcedet in conſpectu ejus, cum ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, & rebelles ad prudentiam juſtorum.* & clarius ex Matth. 17. 10. 11. 12. 13. *Interrogarunt eum diſcipuli ſui, dicentes: Quid igitur ſcribæ dicunt, oportere ut*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Elias primum veniat? Ieſus autem reſpondens dixit eis, Elias quidem veniet primum, & reſtituet omnia. Sed dico vobis, Eliam jam veniſſe, quem non agnoverunt, ſed fecerunt ei quæcunque voluerunt. Tunc intellexerunt diſcipuli eum de Ioanne Baptiſta hæc *ipſis dixiſſe*. Et c. 11. 14. *Et ſi vultis* hoc *recipere, ipſe eſt Elias ille qui venturus erat.*

IV.

Idem eruunt ex Apoc. 11. 3. *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.* poſtea ii dicuntur ab Antichriſto interficiendi, eorumque corpora per tres dies manſura inſepulta in platea Ieruſalem: iidem poſt triduum reſurrecturi, & in cœlum aſcenſuri.

V.

Reſp. 1. Ne nomen quidem vel Henochi, vel Eliæ hic exprimitur. 2. Nulla circumſtantia indicatur quæ iis conveniat. 3. Hebr. 11. 5. dicitur *Henoc fide tranſlatus* eſſe, *ne videret mortem.* Atqui à Ioanne dicuntur hi duo teſtes occidendi: ergo neuter eorum erit Henoc. Quod ſi in uno fallit interpretatio, quid in altero poteſt eſſe certi? Addunt quædam ex Sirach c. 44. 16. & 48. 10. quæ & perperam verſa ſunt, & quum ſint apocrypha, vim probandi non habent.

VI.

Septimum pontificiorum argumentum petitur ex duratione Antichriſti, quem dicunt regnaturum tantum annos tres cum dimidio. quod verum non eſt in papa. Majorem probant 1. ex Dan. 7. 25. & 12. 7. ubi legatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tur, duraturum Antichriſti regnum *per tempus, & tempora, & dimidium temporis*, .i. annum, duos annos, & anni dimidium. ſive, menſes quadraginta duos, ſive, dies mille, ducentos, ſexaginta.

VII.

Reſp. Apud Danielem de Antichriſto proprie nihil, ſed tantum ſub Antiochi figura prædicitur. In Antiocho ad literam hic numerus impletus fuit. Anno enim Græci imperii 143. (ut eſt 1. Machab. 1. 21.) ſpoliavit templum. poſt annos duos eo miſit præfectum ærarii ſui, ac tum deſertum fuit ſanctuarium, nempe anno 145. poſtea die 15. menſis 9. qui eſt Caſleu, idolo impoſito templum profanavit. Denique anno 148. (ut eſt c. 4. 52.) 25. ejuſdem menſis templum repurgatum fuit. Id ſpatium facile colligitur æquare tempus, & tempora, & dimidium temporis .i. tres annos cum dimidio. v. Scal. de Emend. temp. l. 6.

VIII.

At, inquiunt, idem clarè perſecutioni Antichriſti applicatur Apoc. 12. 14. Reſp. non poſſe id ad literam intelligi, papiſtas ipſos teſtes faciemus. Volunt enim Antichriſtum à Iudæis regem eligendum: inde Ægyptum invaſurum, & Æthiopiam, & Lybiam, tum converſum in Occidentem occupaturum provincias olim Romano imperio ſubjectas. hæc omnia $3\frac{1}{2}$ annis. quibus iiſdem annis præciſe ceſſabit juge ſacrificium. ceſſa-
: ergo faciet ubiq; ſacrificium antequam paſſim regnet.
uum manifeſtum ſit, eum qui rem tantam per totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

terrarum orbem, ut ipſi putant, facturus eſt, prius ubique imperium obtinere debere. hæc ergo opinio per apertam contradictionem ſe ipſam evertit.

IX.

Hinc eſt, quod viri eruditi hic cenſuerint intelligendos annos non dierum, ſed annorum. 1. annos 1260. qui numerus dierum exprimitur. c. 12. 6. Nam dies pro annis prophetice uſurpari frequens eſt. v. Ezech. 4. 6. Daniel 9. 24. ſeqq. Apoc. 2. 10.

X.

Addimus, vaticinia ante ſui complementum obſcura eſſe, quum ergo tempus hoc Antichriſti nondum expletum ſit, ſcientiam hujus ſupputationis à nobis exactè haberi non poſſe, ſed ſuo tempori reſervari. confer Act. 1. 7.

XI.

Octavum argumentum petunt ex nomine & charactere Antichriſti, quorum cum nulla adhuc certa ſit cognitio, liquet Antichriſtum nondum veniſſe. textus ad quem reſpiciunt eſt Apoc. 13. 16. &c. *Et facit, ut omnes, parvi & magni, divites & pauperes, liberi & ſervi accipiant characterem in manu ſua dextra, aut in frontibus ſuis, & ne quis poſſit emere aut vendere, niſi qui habeat characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis ejus. Hic ſapientia eſt, Qui intelligentia præditus eſt, computet numerum beſtiæ: numerus enim hominis eſt, & numerus ejus, ſexcenta, ſexaginta ſex.*

XII.

XII.

Reſp. 1. negando conſeq. nihil enim abſurdi eſt, etiam in vaticiniis jam completis quædam remanere obſcura. exemplum ſit in Hebdomadibus Danielis, & in ſtatua Nebucadnezari viſa. Et hic tale quid futurum innuunt verba Ioannis: *Hic ſapientia eſt* &c. notans ſingularem intelligentiam requiri ad hæc capienda. 2. Non deſunt tamen explicationes probabiles, prout eſt illa Irenæi, qui vocem λατεῖνος hoc numero comprehendi obſervavit. Hugo Brougtonus lib. Concent. ſ. ſcript. putat ſignificari numerum hominum quorum *nomina* in catalogum aliquem ſ. ſcripturæ referuntur. porro numerus 666. reperitur Ezræ 2. 13. ſubjunctus nomini *Adonicam*. quod ſignificat Dominum erectum, ſive *ſe efferentem*. τὸν ὑπεραιρόμενον. adjicere poſſumus, etiam notare Dominum *inſurgentem* in aliquem .i. *adverſantem* cui piam, τὸν ἀντικείμενον. nam קמים ſunt hoſtes ſive *adverſarii*. Exod. 15. 7. utroque autem modo id Antichriſto convenit, & in papa impletum eſt, ut patuit in præcedd.

XIII.

De charactere reſpondemus, 1. eum in papali eccleſia eſſe multiplicem, prout in ea ſunt varii hominum ordines, variis characteribus inſigniti. 2. communem ſi velimus, per eam qui eſt in fronte, Romanæ fidei profeſſionem, qui in manu dextera, eidem per externa opera præſtitam obedientiam intelligere nihil vetat. ad quam ſignificationem præeunt nobis Haimo, Andreas Cæſarienſis, Aretas, Anſbertus. Hæc porro nota omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bus communis eſt, *magnis & parvis, divitibus & pauperibus, liberis & ſervis.* nec ſine hac ullum cuiquam cum ſynagoga Romana commercium eſt.

COROLLARIA.

I.

Lex ceremonialis non eſt abrogata quoad ſignificationis doctrinam.

2.

Sed quoad obſervationis continuationem.

3.

Primo de jure, ita ut ex neceſsariis indifferentes, ex vivis mortuæ ſint redditæ ceremoniæ.

4.

Deinde inſuper de facto, quum ex indifferentibus illicitæ, ex mortuis mortiferæ evaſerunt.

5.

Sacra ſcriptura eſt divinitus inſpirata, perfecta, perſpicua, neceſſaria, & ab omnibus debet legi.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLIX.

DE

ANTICHRISTO,

OCTAVA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

ARNOLDUS BRANDTS, Graveſand-Batavus.

Ad diem 16. Aprilis, loco ſolito, horâ 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIϽ IϽ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Spectatiſſimiſque Quatuor-Viris,

D. D. CURATORIBUS

Scholæ Collegiique Literarij

Delphici, I. V. peritiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus benevolis,

UT ET

Clariſſimo ac Eruditiſſimo Viro,

D. IACOBO CRUCIO, Theologo graviſſimo, Literatori expertiſſimo, ejuſdemque Scholæ ac Collegii Moderatori digniſſimo.

Theſes haſce Theologicas,

quam humillime

OFFERO

ARNOLDUS BRANTS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLIX.

DE ANTICHRISTO, OCTAVA.

THESIS I.

NOnum argumentum pontificii deſumunt à gente & generatione Antichriſti. de qua multa multi fabulantur, nos tantum ea quæ pro certioribus habent examinabimus. ſunt autem iſta:

II.

1. Antichriſtum præcipuè propter Iudæos venturum. & ab eis tanquam Meſſiam recipiendum 2. Ex gente Iudæorum futurum. 3. ex tribu Dan. 4. circumcidendum, & Sabbatum obſervaturum, ſaltem ad tempus. nihil autem tale convenit papæ, ergo non eſt Antichriſtus.

III.

Primum probant ex 2. Theſſ. 2. 10. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fiant, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* ecce inquiunt, *non receperunt*, in præterito. agit ergo de eis qui prædicanti Chriſto & apoſtolis ejus credere noluerunt. ii autem ſunt Iudæi. Reſp. non eſſe vim illam aoriſti ἐδέξαντο, qui verti poteſt, *non receperint*, videlicet, cum oblatum eis fuerit. ut Epheſ. 6. 8. ὃ ἐάν τις ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται. *Vnuſquiſque quod fecerit bonum, hoc recipiet.* & loco citato: ut *damnentur* πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες. *omnes qui non crediderint.* reliqua quæ afferunt nugatoria ſunt & ἀσυλλόγιστα.

IV.

Secundum & tertium probant 1. ex Gen. 9. 17. *Fiat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retro. Salutare tuum expectabo Domine. 2. ex Num. 2. 25. *Ad Aquilonis partem caſtrametati ſunt filii Dan.* collat. cum Ieſ. 14. 13. *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* & Dan. 11. 7. ubi *rex Aquilonis* vocatur Antichriſtus. & Ierem. 8. 16. *A Dan auditus eſt fremitus equorum &c.* 3. ex Apoc. 7. 5. &c. ubi cum numerantur Iudæorum, Eliæ prædicatione convertendorum, è ſingulis tribubus 12000. tribus Dan omittitur.

V.

Reſp. ad locum Geneſeos, cum à Bellarmino & Pererio de Samſone accipi, ſecutis in eo paraphraſten Chaldæum, ab Aria Montano de invaſione ejus tribus, quæ alios locos occupavit, præter eos qui ſibi erant in terræ diſtributione aſſignati. quid hoc ad Antichriſtum?

VI.

Ad locum Numerorum, non ſolum Dan caſtrametatum eſſe ad Aquilonem, ſed cum eo Aſer & Naphthali. an & ex illis Antichriſtus venturus eſt? Apud Ieſaiam & Ieremiam de Nebucadnezare agitur, apud Danielem de rege Syriæ, quæ Iudæis ad Aquilonem erat.

VII.

In apocalypſi cur tribus Dan omittatur Bellarminus conſtare negat. & quænam quæſo conſequentiæ ratio: Non numeratur tribus Dan, ergo ex ea naſcetur Antichriſtus?

VIII.

Quarti probatio nititur falſo præſuppoſito, nempe Antichriſtum fore Iudæorum Meſſiam. quod jam exploſimus, nec operæ pretium eſt amplius in eo immorari.

IX. De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

Decimum argumentum mutuantur ex ſede Antichriſti, quam Ieruſalem, & in ea templum Solomonis futuram ajunt. Ibi autem nemo è pontificibus Romanis ſedit. ergo. Majorem probant 1. ex 2. Theſſ. 2. 4. *Ita ut in templo Dei ſedeat* (qui locus ante excuſſus eſt) 2, ex Apoc. 11. 8. *Et corpora eorum jacebant in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus eſt.* nuſquam autem Chriſtus crucifixus eſt, niſi Ieroſolymæ. 3. Ex Dan. 11.45. *Et figet tabernaculum ſuum inter maria, ſuper montem inclytum & ſanctum, & veniet uſque ad ſummitatem ejus, & nemo auxiliabitur ei.* Mons ille ſanctus eſt mons Oliveti, ex quo Chriſtus in cœlos aſcendit: & in quo Antichriſtus peribit ac ad inferos deſcendet, & nemo auxiliabitur ei. &c.

X.

At hæc fabuloſa ſunt. Nam 1. ſcriptura dicit ſedem Antichriſti fore urbem ſeptem montibus impoſitam, quæque regnabat ſuper gentes, quorum neutrum Ieroſolymæ convenit. 2. Templum Ieroſolymitanum ita eſt exciſum, Matth. 24. 2. ut nunquam ſit reædificandum. Dan. 9. 26. 27.

XI.

Quod ad Apocalypſin attinet, nihil cogit urbem illum magnam Ieroſolymam intelligere, ex eo quod Chriſtus ibi crucifixus ſit. crucifigitur enim idem *ſpiritualiter* ubicunque prædicatur. Gal. 3. 1. & alio ſenſu, ubicunque gratia ejus contumeliæ exponitur. Heb. 6. 6. aut fideles ejus perſecutionem patiuntur. Act. 9. 4. 5. Et ipſi pontificii dicunt eum Petro fugienti apparuiſſe, ſeque Romam ire *iterum* ibi *crucifigendum*, ſignificaſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ita ut per urbem illam magnam Roma rectius intelligatur quam Ieroſolyma.

XII.

Apud Danielem agitur de Antiocho, & ſenſus loci eſt, eum expeditionem ſuſcepturum adverſus Jeruſalem, verum in itinere moriturum. nam illa: *veniet uſque ad ſummitatem ejus,* melius vertuntur; *veniet ad finem ſuum.* ut ut ſumantur, ſedem ejus Jeroſolymæ & in templo futuram negant. ut futilitas hujus argumenti ſit evidens.

XIII.

Vndecimum argumentum conficiunt ex doctrina Antichriſti, is enim, inquiunt, Jeſum eſſe Chriſtum negabit, ſeque & Chriſtum & Deum eſſe profitebitur. quæ nec ipſa in papa locum habent. primum probant ex 1. Joh. 2. 22. *Quis eſt mendax, niſi qui negat Ieſum eſſe Chriſtum? Et hic eſt Antichriſtus.* ὁ ἀντιχριςός.

XIV.

Reſpond. negari Jeſum eſſe Chriſtum dupliciter. 1. diſertis verbis. 2. per conſequentiam. quomodo Paulus dixit quoſdam *verbis confiteri Deum, operibus autem negare.* Tit. 1. 16. priori modo fatemur papam non negare Jeſum eſſe Chriſtum. neque Joannes id Antichriſtum facturum prædixit. poſteriori affirmamus eum id negare. qui enim negat Chriſtum ſalvare populum à peccatis ejus, eum negat eſſe *Ieſum.* qui ei mediationis honorem minuit, negat eſſe *Chriſtum.* hæc perpetrat papa 1. dum maximam partem redemtionis tribuit meritis, ſuffragiis, purgatorio. 2. dum mediationis officium commune facit ſanctis & angelis. ergo &c.

XV.

Antichriſtum ſe ipſum Chriſtum eſſe dicturum probant

bant ex Joh. 5. 43. *Si alius venerit in nomine ſuo* &c. Reſp. 1. locum illum de Antichriſto in ſpecie non agi ſupra docuimus. 2. *in nomine ſuo venire*, non eſt *appellare ſe Chriſtum*, ita enim cum dicit Chriſtus, *Ego veni in nomine Patris mei*, ſignificaret, *ego appellavi me Patrem.* quod ſtultiſſimum dictu eſſet. Significat autem, Chriſtum ſibi non ſumſiſſe hoc munus à ſe ipſo. Ebr. 5. 4. ſed ad id miſſum à Patre. ac proinde, *veniet in nomine ſuo*, ſignificat eum qui non miſſus à Deo, propria auctoritate re ipſa venturus ſit, quod de omnibus pſeudochriſtis verum eſt. Porro, an Papa ſe ipſum Chriſtum vocet, in præcedd. excuſſum fuit.

XVI.

Antichriſtum ſe Deum eſſe dicturum, & quidem ſolum, probant ex 2. Theſſ. 2. 4. *Ita ut in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus.* item ibidem: *Extollitur ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* item Dan. 11. 37. *Nec quenquam Deorum curabit, ſed contra univerſa conſurget.*

XVII.

Reſp. ad primum locum, non eſſe in eo λέγοντα, ſed ἀποδεικνυῶντα, id eſt, rebus ipſis præ ſe ferentem. prout Chriſtus Act. 2. 22. dicitur ἀποδεδειγμένος, non verbis, ſed δυνάμεσι καὶ τέρασι, καὶ σημείοις. qui ergo ſibi rapit ea quæ Dei propria ſunt, implet dictum Pauli, licet à directa appellatione Dei abſtineat. à qua tamen non temperaſſe papam ſupra vidimus.

XVIII.

Ad ſecundum, dicimus 1. ἐπὶ non neceſſario verti *ſuper* cum poſſit transferri Adversus *omne &c.* ita Iſocrates: ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν. 2. conceſſo, vertendum *ſupra*, negamus λεγόμενον θεὸν notare verum Deum,

ſed

ſed putativum. v. 1. Cor. 8. 5. 3. ὁ ὑπεραιρόμενος non tam verba quam effecta deſignat. 4. nec à verbis quidem huc ſpectantibus caviſſe papam ſuo loco fuit oſtenſum.

XIX.

Ad tertium, Neg. 1. proprie de Antichriſto Danielem agere, ſed de Antiocho. 2. Neg. illum ſe ſolum pro Deo adorari voluiſſe. nam ipſe coluit & coli juſſit idola. 3. diſerte dicitur adoraturus Deum Maozim. v. 38. 4. aliud eſt nullum Deum præter ſe agnoſcere, aliud *nullum Deum curare.* hoc primum non dicitur de Antiocho, ſed poſtremum, quod commune eſt omnibus profanis hominibus. ſic papa & falſos gentium Deos contemnit, ut conſtat, & verum Deum flocci facit, cujus verbum irritum reddit, eique humana ſua inventa anteponit.

COROLLARIA.

1. *Lex forenſis abrogata eſt ſimpliciter quoad diſtinctionem Iudæorum à gentibus.*

2. *Quoad typicam regni Chriſti adumbrationem.*

3. *Secundum quid, quoad politicam gubernationem, eorum videlicet quæ fuerunt Juris particularis gentis Iudaicæ.*

4. *Non autem quæ ſunt juris communis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLX.

DE

ANTICHRISTO,

NONA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO


Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè tueri conabor

HERMANNUS GEORGIUS, Campenſis.

Ad diem 25. Aprilis, loco ſolito, horâ 9.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Illuſtriſſimis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, & Orthodoxæ Religionis Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

Dominis & Mæcenatibus honorandis.

UT ET

Reverendo, Doctiſſimoque Viro,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theolog. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi honorando,

Hoc ἄσκημα *Theologicum honoris ergo*

offert ac inſcribit,

HERMANNUS GEORGIUS, Campenſ.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLX.

DE

ANTICHRISTO,

THESIS I.

DVodecimum argumentum conſtruunt ex miraculis Antichriſti, qui 1. educturus ſit ignem de cœlo, 2. effecturus ut imago beſtiæ loquatur. 3. ficturus ſe mori & reſurgere. Apoc. 13.3.12.13.15. verum

II.

Quod ad primum miraculum attinet, nihil vetat allegoricè accipi. Anſbertus & Primaſius de donis Spiritus Sancti accipiunt, quas finget ſe ſuis impertiri. alii de fulmine excommunicationis, quam dejectis ſuperne facibus ardentibus adumbrat.

III.

Quod ad ſecundum, iidem id tropice accipiunt, non de imagine manu facta, ſed animis ſuorum impreſſa, alii de imaginum cultu ab Antichriſto ſtabilito. Alii veriſimilius intelligunt imaginem prioris beſtiæ, .i. imperii Romani, re ipſa everſi & aboliti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Tertium, de morte & reſurrectione Antichriſti, nuſpiam reperitur. dicitur quidem v. 3. unum è capitibus beſtiæ fuiſſe viſum *quaſi lethaliter cæſum* & plaga ejus lethalis *curata*. quæ nihil commune habent cum ſimulata morte & reſurrectione. ut taceam non hoc dici de ſecunda beſtia .i. Antichriſto, ſed de prima .i. imperio Romano. quicquid tandem per unum illud caput denotetur. nam manifeſto hæc ab illa diſtinguitur v. 11.

V.

Decimum tertium argumentum ſpectat humilem ortum Antichriſti, ex Dan. 11. 21. *Stabit in loco ejus deſpectus &c.* id autem non convenit papæ. Reſp. 1. de Antiocho agi, cujus omnia ad literam in Antichriſto non erant implenda. 2. humilem pontificis & pontificii regni ortum, ipſi fatentur, per *ſedem* ſuam *ſtercorariam* (ut vocant) cui ſtatim electus imponitur, & canitur è pſalmo 113. 7. *De ſtercore erigit pauperem.*

VI.

Decimum quartum argumentum huc rapit prælium Gog & Magog, de quo Apoc. 20. 7. at illud nondum advenit: ergo nec Antichriſtus advenit. ille enim eſt Gog &c. Reſp. ſcopæ diſſolutæ. præterquam enim quod Gog eſſe Antichriſtum ſumit adverſarius, non probat, ſi id maxime detur, nihil ei proderit. Nam perſecutionem hanc ultimam fore dicit. illam nondum perpetratam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tratam fatemur, ſed an ideo Antichriſtus qui ejus auctor futurus eſt, nondum eſt in rerum natura? quis unquam ita concluſit?

VII.

Decimum quintum affertur ex Daniele, c. 7. 25. *Putabit quod poſſit mutare tempora & leges.* hoc papa non facit. ergo. Reſp. 1. De Antiocho eſt ſermo, qui feſtivitates Iudæorum ac leges eorum mutare laboravit. 2. Et papam idem facere vidimus Anal. 156. hic addimus, eum dies communes in religioſos mutare, per tot inſtituta feſta; legum quoque omnigenarum mutationem ſibi ſumere per auctoritatem de jure contra jus diſpenſandi. &c. ergo ex hoc etiam capite eſt Antichriſtus.

VIII.

Subjiciemus nunc quæſtiones duas, ad præſens negotium ſpectantes. prima hæc eſt: An in nomine *Antichriſti*, præpoſitio ἀντὶ poſſit ſumi, non tantum ſignificatione *contrarii*, ſed etiam ſignificatione *vicarii*? ut Antichriſtus ſit & adverſarius, & vicarius Chriſti? Negat Bell. nos affirmamus.

IX.

Et quidem ex vocibus æquipollentibus, quarum prima eſt ἀντιστράτηγος. qua voce denotatur & *contrariæ partis imperator*, apud Thucyd. ac Plutarch. & is qui eſt,

 loco

loco imperatoris. Vicem gerens Imperatoris. item, *proprætor, legatus prætoris, legatus conſulis* apud Demoſthenem. ut docet Budæus comment. ling. græcæ, & ex eo Henr. Steph. in Theſauro.

X.

Hoc ſenſu 2. vox ἀντίδειπνος quoque apud Lucianum accipitur, pro eo qui in abſentis convivæ locum, vel ab illo mittitur, vel ab invitatore tanquam vicarius ſubrogatur. & 3. apud alios auctores ἀντίψυχος, qui mortem pro altero obiturus eſt.

XI.

Nec abſimilis eſt in ſ. literis ſignificatio 4. ἀντιτύπου. 1. Pet. 3. 21. Heb. 9. 24. & frequens acceptio voculæ ἀντί in materia ſubſtitutionis. Matth. 5. 3. Luc. 11. 11. 1. Cor. 11. 15. Matth. 2. 2. &c. de qua in Diſpp. de ſatisfactione Chriſti latius egimus.

XII.

Quæ cum ita ſint, nihil eſt incommodi in illa explicatione. quanquam concedamus, primario Antichriſtum ea notione dici, qua ſignificatur ὁ ἀντικείμενος, *is qui* Chriſto *opponitur.*

XIII.

Altera quæſtio eſt, an 2. Theſſ. 2. 4. εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ,

ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vertendum ſit *in templum Dei*, hoc ſenſu, quod Antichriſtus ſe ita geſturus ſit, acſi ipſe eſſet templum Dei? ita è veteribus nonnulli. v. Auguſt. de civit. Dei l.20. cap. 19.

XIV.

Nos id nulla ratione ſubnixum putamus, cum frequentiſſimum ſit in ſ. literis εἰς pro ἐν uſurpari. Marci 1. 9. ἐβαπτίσθη εἰς τὸν ἰορδάνην. v. 39. ἦν κηρύσσων εἰς ὅλην τὴν γαλιλαίαν. c.2.1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. c.13.16. ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν. Luc.11. 7. εἰς τὴν κοίτην εἰσίν. c. 16. 8. εἰς τὴν γενεὰν αὐτῶν. Ioh.1. 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς &c. c.20. 19. ἔστη εἰς τὸ μέσον. Act.8.40. εὑρέθη εἰς ἄζωτον. 2. Cor.11.3. τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν χειστόν. Eph. 5.32. τὸ μυστήειον τοῦτο μέγα ἐστίν. ἐγὼ δὲ λέγω εἰς χειστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. & in Vet. Teſt. Pſal. 16.10. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. poſſemus & ex aliis auctoribus exempla proferre. ſed hæc ſufficiunt.

COROLLARIA.

1.

Lex & euangelium Deo obtemperantibus vitam æternam pollicentur.

2.

Sed illa, ſub conditione juſtitiæ propriæ perfectæ.

3.

Iſtud autem ſub conditione juſtitiæ alienæ, nempe Chriſti, fide apprehenſæ.

Legis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

4.

Legis & euangelii mandata eandem vitæ regulam nobis præſcribunt.

5.

Præcepta Chriſti non ſunt Moſaïcis perfectiora.

6.

Nec Chriſtus moralem legem à Moſe latam ut imperfectam ſupplevit.

7.

Multo minus ut doctrinæ ſuæ adverſam, correxit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXI.

DE

ANTICHRISTO,

DECIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO


Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

LUCAS à NOORDT, Amſtelodamenſis.

Ad diem 26. Aprilis, loco ſolito, horâ 9.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIↄ Iↄ c L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, Præpotentibus;

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ,

Dominis ſuis clementiſſimis.

Nobiliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac totius Hollandiæ celeberrimæ

AMSTELODAMENSIVM REIPUBLICÆ MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore, debitâque cum reverentia in perpetuum colendis.

UT ET

Pietate, Probitate, & arte eminentiſſimis Iuvenibus,

D. ANTONIO à NOORDT,
D. IOANNI à NOORDT,

Germanis dilectiſſimis, ob innumera collata beneficia, ſibi nunquam non honorandis,

Se cum hocce Exercitio Theologico, in grati animi Symbolum,

L. M. Q. D.D.C.

LUCAS à NOORDT.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXI. DE

ANTICHRISTO, DECIMA.

THESIS I.

HActenus adverſus pontificios de Antichriſto nobis actum eſt Nunc novum ingruit certamen adverſus ſemi-papiſtam quendam, qui ad præcipua ſcripturæ loca quæ de hoc argumento agunt, ea commentus eſt gloſſemata, quæ nemini unquam vel veteri vel recentiori in mentem venerunt. Illa per quæſtiones breviter eventilabimus. ac primo quæ excogitavit ſuper vaticinio Pauli. de quo

II.

Quæritur 1. *An homo peccati & Filius perditionis*, quem venturum Paulus prædicit 2. Theſſ. 2. 3. 4. ſit Caius Caligula? ita cenſet adverſarius Comment. ad loca quædam N. T. &c. p. 8. ſeqq. nos negamus.

III.

1. Quia ſic Paulus vaticinatus fuiſſet, non de re futura, ſed præterita. cum Cajus diem clauſerit multis annis antequam Paulus hæc ſcriberet. Etenim

IV.

Caligula regnavit triennio & 10 menſibus. primo anno imperii Agrippam vinculis liberavit, eique regnum Iudææ dono dedit. Agrippa regnavit annos VII. ergo quatuor poſt mortem Caji, nec tamen adhuc venerat Paulus Theſſalonicam. Nam mors Agrippæ refertur Act. 12. adventus Pauli Theſſalonicam c. 17. Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtolas autem poſt illum acceſſum ſcriptas eſſe patet hoc ipſo loco, 2. Theſſ. 2. 5. *Annon meminiſtis, me, cum adhuc eſſem apud vos, hæc dixiſſe vobis?* & c. 3. 7. *non inordinate nos geſſimus inter vos*. v. 10. *Cum eſsemus apud vos, hoc demandabamus vobis.* ſic 1. Theſſ. 1. 5. *noſtis quales fuerimus inter vos*. &c. Eos ergo viderat & alloquutus fuerat cum hæc ſcriberet.

V.

Adventus Pauli Theſſalonicam refertur à Baronio in annum à Chriſto nato LII. imperii vero Claudii (qui Caio ſucceſſit) x. idem ait Paulum ſcripſiſſe hanc epiſtolam anno ſeq. decem ut minimum annis poſt mortem Caji. à cujus *primo* anno, quo adverſarius vult hanc epiſtolam ſcriptam, uſque ad eum annum qui ponitur à Baronio, fluxerunt anni XIII.

VI.

Adde, quod hæc epiſtola ſcripta fuerit nominibus Pauli, Sylvani, & Timothei Sylvanum cenſent eſſe Silam, qui nominatur Act. 15. 40. ſed ſi de eo dubitatur, de Timotheo nullum eſt dubium eum à Paulo inventum eſſe Lyſtriæ Act. 16. 1. ac conſequenter poſt mortem Agrippæ, quam & præceſſit Caji mors. è quibus (ne in re clara diutius immoremur) adverſarij ἀνιϛορησία abunde convincitur.

VII.

Nec minus evidenti falſitate laborat, quod pag. 3. cenſet epiſtolam ſecundam ſcriptam ante eam quæ prima appellatur. Id enim refellitur ab ipſo Apoſt. 2. Theſſ. 2. 15. *Tenete traditiones quas edocti eſtis, ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram*. Iam ergo ad eos ſcripſerat, cum mentionem faciat prioris epiſtolæ.

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

Quæritur 2. *An dies Chriſti*, de quo. v. 2. ſit dies excidii Hieroſolymitani? affirmat adverſarius p. 7. nos neg. Etenim

IX.

1. Si hoc ita haberet, non erraſſent qui prædicebant inſtare diem Chriſti: advenit enim illud excidium anno XVII vel XVIII poſtquam hæc epiſtola ſcripta eſt.

X.

2. Quod Apoſtolus diceret, diem excidii illius non venturum, antequam Caius proderet ſuam impietatem (ut cenſet adverſarius) prorſus foret ridiculum, cum Caius jam ante annos tredecim eſſet mortuus, ut probavimus.

XI.

3. Fingamus fuiſſe ſuperſtitem, quam inſulſa fuiſſet hæc Apoſtoli præmonitio: cavete ne credatis inſtare exciſionem Ieroſolymæ, neque enim ea excindetur antequam Caligula ſe appellet Deum? præſertim cum id à Caligula factum ſit, vix elapſo primo ejus imperii anno?

XII.

Quæritur 3. An *templum Dei, in quo ſeſſurus erat homo peccati*. v.4. ſic templum Jeroſolymitanum, in quo Caligula ſuas imagines eſſet poſiturus? Affirmat adverſarius p. 12. &c. nos negamus. Etenim

XIII.

1. Nec templum illud tum temporis verum erat templum Dei, ſed tantum nomine tenus, quum verus & Deo gratus cultus in eo deſiiſſet.

XIV.

2. Nec ſedere in eo, eſt imagines ſuas in eo ponere, ſed ſedem imperii, quam nunquam in eo conſtituit Caligula.

 XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XV.

3. Nec verum eſt eum ſuas ſtatuas intuliſſe templo Ieroſolymitano. Id quidem in animo habuit, & ut fieret mandavit Petronio, qui Vitellio Syriæ præſidi ſucceſſit, ſed caruit ſucceſſu hic ejus conatus: prius enim à Charon confoſſus eſt. v. Ioſeph. Ant. l. 19. c. 10. 11.

XVI.

Neque hic voluntas pro facto accipienda eſt, quod quidem locum habet in judicio divino, at nihil facit ad complementum prophetiarum, nihil ad hiſtoriam. An Pompejus Cæſarem, an rex Hiſpaniarum Belgas debellavit, quia voluit? apage ineptias.

XVII.

Quæritur 4. An per apoſtaſiam ſive defectionem intelligatur impietas Caligulæ? Affirmat adverſarius p. 7. nos negamus. Etenim

XVIII.

1. Defectio abſolute poſita notat vel magnam populorum rebellionem adverſus imperium, vel ſeceſſionem ſchiſmaticorum ab eccleſia. quis unquam audivit malitiam unius hominis ea ſignificari, niſi id expreſſe addatur?

XIX.

2. Omnis defectio eſt à re aliqua bona & laudabili, ut defectio impia à pietate. ea in Caligula non aliter poteſt conſiderari, quam ut à pietate vel ſua, vel deceſſorum ſuorum deſciviſſe dicatur, Auguſti, v. g. & Tiberij. at ii eadem cum Caligula impietate fuerunt polluti, dum ſe paſſi ſunt & Deos vocari, & mactari ſibi victimas, & erigi altaria. v. Vergil. Eclog. 1. Horat. epiſt. l. 2. &c. eam impietatem utut auxiſſe Caius poſſit dici, non tamen à contraria eorum pietate (quæ nulla erat) deſciviſſe.

XX. Sin

XX.

Sin ideo eum deſciviſſe quis arbitretur, quod ſe ipſo deterior evaſerit. Nos hoc de Auguſto majori probabilitate dici poſſe (in re de qua agimus) cenſemus quam de Caligula. ille enim, poſtquam & favere Iudæis, & multa eis indulgere viſus eſt, paſſus quoq; generum ſuum Marcum Agrippam hecatombam immolare Ieroſolymæ, & epulum populo præbere (Ioſeph. Antiq. l. 16. c. 2.) paulo poſt mutavit mentem, religionemque Judaïcam averſatus eſt. *Caium* enim *Cæſarem nepotem collaudavit, quod Iudæam prætervehens apud Ieroſolymam non ſupplicaſſet.* Suet. in Aug. tale nihil de Caligula uſpiam legitur.

XXI.

Quæritur 5. An *myſterium iniquitatis*, de quo v. 7. ſignificet occulta Caji conſilia & voluntatem nondum patefactam? Affirmat adverſarius p. 15. nos neg. Etenim

XXII.

Myſteria vocantur arcana religioſa, quæ neſas eſt efferre in vulgus quale nihil in Caligulæ ſtolida vecordia. quod ſi quæcunque clam fiunt vocanda ſint myſteria, cur nocturna furta &c. myſteria vocanda non ſint, ratio reddi non poteſt.

XXIII.

Quæritur 6. An τὸ κατέχον, de quo v. 6. ſit Lucius Vitellius Syriæ præſes, cujus dignitas & virtus remorata fuerit Caligulæ impietatem? Affirmat adverſarius ib. nos neg. Etenim

XXIV.

1. Iam evicimus, Cajum vita exutum fuiſſe, antequam Paulus hæc ſcriberet. An Caligula mortuus metuiſſet Vitellium?

XXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXV.

2. Nec Vitellius vir tantus fuit, ut Caligulam terreret. Indicio eſt, quod jubente Caligula ſine cunctatione ceſſit loco, & Syria exceſſit.

XXVI.

3. Et quis unquam majores nugas effutivit, quam Vitellium obſtitiſſe, ne Caligula ſe Deum appellaret? unde in homine Romano hæc religio? in politico hæc cura rei nihil ad ipſum attinentis?

XXVII.

4. Cumque Paulus agat de re ad Chriſtianos ſpectante, quid illa ad Vitellium? qui Chriſtianam eccleſiam, recens tunc naſcentem, vel ignoraſſe, vel flocci feciſſe exiſtimandus eſt, magis, quam ut multum de ea lædenda vel juvanda fuerit ſollicitus.

COROLLARIA.

1. *Perſona Chriſti eſt una & ſingularis.*
2. *Conſtat duabus naturis, divina & humana.*
3. *Idque neceſſario, ſuppoſito decreto Dei de nobis redimendis.*
4. *Naturas has eſſe veras partes, perſonam componentes, abuſive dicitur.*
5. *Melius vocantur duo principia numero diverſa.*
6. *Electio non eſt ex fide aut operibus prævifis.*
7. *Non tantum paſſiva, ſed & activa Chriſti juſtitia nobis ad ſalutem imputatur.*
8. *Sanctificatio in hac vita perfecta non datur, juſtificatio vero perfecta datur, quæ non eſt ex operibus.*
9. *Iuſtificationis & ſanctificationis adjunctum recte cenſetur immutabilitas ſeu perſeverantia.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXII.

DE

ANTICHRISTO,

UNDECIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

PETRUS BACKER, Amſtelodamenſis.

Ad diem 4. *Maji, loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIɔ Iɔ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Reverendo, Clariſſimo, Doctiſſimoque

VIRO,

D. IACOBO REVIO,

S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per Illuſtr. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſ. Regenti digniſſimo, Præceptori & Præſidi meo honorando, de me ſtudiiſque meis optime merito indieſque merenti,

UT ET

Generoſiſſimo, Spectatiſſimo, Doctiſſimoque Juveni-Viro,

D. WALICHIO PROOST, I. V. Candidato, amico & Fautori meo colendo,

Hoc Exercitium Theologicum,

offero & inſcribo,

PETRUS BACKER.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXII.

DE

ANTICHRISTO,

UNDECIMA.

THESIS I.

QUæritur 6. An ὁ ἄνομος, de quo v. 8. ſit Simon Magus? Affirmat adverſarius p. 17. nos neg. quis enim 1. non videt, ex filo orationis, eundem hic deſignari voce ἀνόμου qui ante homo peccati, & filius perditionis appellatus fuit?

II.

2. Idem patet ex conjugato ἀνομίας quod immediatè præcedit, id autem non patitur vocem ἀνόμου quaſi obtorto collo aliovorſum detorqueri.

III.

3. Idem colligitur ex verbo ἀποκαλυφθῇ. v. 3. & ἀποκαλυφθῆναι. v. 6. cujus impedimento ſublato v. 7. ἀποκαλυφθήσεται, inquit, ὁ ἄνομος. v. 8. hæc de eodem ſubjecto agi quam evidentiſſime arguunt.

IV.

4. Ex adverbio τότε. id eſt (ſi ſibi conſtare velit adverſarius) *tunc cum Caius meditatum animo ſcelus aperuerit.* At ipſe hac in re à ſe ipſo diſſidet. Dicit enim p. 6. Simonem Magum cœpiſſe cognoſci anno ſecundo Claudii, id eſt, quatuor annis poſtquam Caji impietas apparuit.

V.

Id ſubolfaciens adverſarius, τότε interpretatur per *non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

antequam id evenerit. ib. ſed poſtea, videl. poſt quadriennium. hoc vero pacto loquens quiſquam de agone Chriſti in horto, dicere poſſet, *tunc* enim *reſurrexiſſe*. ſi enim *tunc* poteſt ſignificare, *poſt quadriennium*, cur non *poſt triduum*, quod multo minus eſt?

VI.

5. Ex eo quod nulla hic ſit cohærentiæ ſpecies: *Poſtquam Cajus prodiderit ſuam impietatem, tunc emerget Simon Magus.* hæc coherent ut arena ſine calce.

VII.

Falſum nihilo minus eſt quod adverſarius, ut ſcenæ ſuæ ſerviat, comminiſcitur, nempe Simonem Magum cœpiſſe cognoſci, & falſa ſua dogmata ſpargere anno 2. Claudii: Ante id impietatem ſuam occultaſſe, & baptiſmo ſuſcepto ſe Chriſtianis aggregaſſe. Etenim

VIII.

1. Iam ante ſuſceptum baptiſmum impura ſua dogmata ſparſerat, & Magicas artes palam exercuerat. ita enim Lucas Act. 8.9. *Vir quidam nomine Simon* προϋπῆρχεν, *antea erat, in urbe illa, exercens artem magicam, dicenſque ſe eſſe quempiam magnum.* & paulo poſt: *Populus dicebat; hic quidem eſt virtus Dei magna.*

IX.

Quæritur 7. An verba illa: *quem abſumet Dominus ſpiritu oris ſui, & illuſtri adventu ſuo abolebit.* v. 8. ſignificent, Petrum Romam venturum, & ibi Simonem Magum ex aêre in terram deturbaturum? Affirmat adverſarius p. 17. 18. nos negamus.

X.

Ut autem rem hanc penitius evolvamus, gloſſa adverſarii primo proponetur: *Quem Simonem* (inquit)

Domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Dominus conficiet Spiritu oris ſui, per Apoſtolos videlicet eorumque prædicationem, præcipue vero per Petrum, qui cum eo Romæ confliget, & quadrigas ejus igneas difflabit, quibus ſe, ſub oculis populi Romani, per aërem ſublimi volatu attollet. Quo caſu hic Simon corruet præceps fracta cervice, & eliſo cerebro. hæc ſumma eſt.

XI.

Fabula hæc à quibuſdam ex veteribus, Iuſtino Martyre, Irenæo, Theodoreto, Arnobio &c. vel tangitur obſcure, vel plenius narratur. fabulam tamen eſſe hæc ſuadebunt:

XII.

1. Cum hoc certamen dicatur peractum ſub oculis totius populi Romani, an rem tantam, & quæ ignorari non potuiſſet, & omnibus ethnicorum prodigiis magis admirabilem, tacuiſſent tam multi celebres auctores, qui illo ævo claruerunt, aut fuerunt illi ævo proximi? quales fuerunt Seneca, Tacitus, Suetonius, uterque Plinius, Plutarchus, & plurimi illius ſeculi poëta?

XIII.

An non id Noctibus ſuis Atticis inſeruiſſet A. Gellius, potius quam narrationem de Androclo Dacico mancipio, excerptam ex Appiano Polyhiſtore αὐτόπτῃ, idque eodem ferè tempore quo Petrus cum Simone Romæ certaſſe perhibetur?

XIV.

2. Auguſtinus epiſt. 86. ad Caſulanum, dicit hæc à pleriſque Romanis haberi fabuloſa. *Eſt quidem* (inquit) *hæc opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant falſam plerique Romani, quod Petrus cum Simone certaturus &c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XV.

Ambroſius, aut quiſquis eſt auctor Comment. in Epiſtolas, quæ ſub Ambroſii nomine leguntur, in Rom. 7. hac de re dubitanter admodum loquitur: *Neque ſi virtus ab aliquo facta fuerit, ſicut DICITVR facta à Simone Mago, qui DICITVR in aëra ſurſum, ut populo Chriſtiano ſcandalo eſſet, volaſſe, fidem noſtram debet imminuere.*

XVI.

4. Narrat Tertull. c. 13. Apologet. Romanos Simonem Magum ſtatua, & inſcriptione *Sancti Dei* honoraſſe. quod & habet Euſeb. Hiſt. l. 2. quæ nullo modo cohærent cum opinione recepta, Petrum Romæ in crucem actum, ac martyrium ſubiiſſe. Etenim

XVII.

An Romani adoraſſent Simonem, quem turpi caſu vidiſſent præcipitatum, & impoſturam ejus detectam? Annon potius Petro erexiſſent ſtatuas, & thura adoleviſſent, admirati ejus virtutem ac potentiam? quænam hic umbra veriſimilitudinis?

XVIII.

Verum fons hujus erroris detegatur: Inter Deos Romanorum fuit quidam Deus *Semo*, qui & *Sancus*, & *Fidius* appellabatur. Ovid. VI Faſtorum.

Quærebam Nonas Sanco, Fidione referrem,
An tibi Semo pater: tunc mihi Sancus ait:
Cuicunque ex iſtis dederis, ego munus habebo:
Nomina terna fero: ſic voluere Cures:
Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini:
Inque Quirinali conſtituere jugo.

Hunc Varro 4. de lingua latina dicit eundem eſſe qui & Dieſpiter dicitur.

XIX.

Hujus Dei ſtatuam in baſi habuiſſe hanc inſcriptionem

nem, conſentaneum eſt: *Semoni Sanco Deo.* & ea verba Chriſtianos quoſdam parum peritos Romanæ antiquitatis legiſſe: *Simoni Sancto Deo.* idque ad Simonem Magum traxiſſe.

XX.

Idque confirmat obſervatio Baronii, qui ad annum Chriſti 44. §.55. narrat, tempore Gregorii 13. in inſula Tiberina effoſſum eſſe lapidem tali inſcriptione: SEMONI SANCO DEO FIDEI SACRVM. nota, hanc eandem eſſe inſulam in qua Iuſtinus ſtatuam Simoni Mago erectam fuiſſe ait, videlicet in amni Tiberis, inter duos pontes. lapidem porro hunc adhuc Romæ aſſervari ait Baronius in horto religioſorum mendicantium.

XXI.

Ludovicus de la Cerda Ieſuita notis ſuis ad Tertull. Apologet. in dubio relinquit, an decepti fuerint illi Patres, qui hanc inſcriptionem ad Simonem Magum retulerunt, & locos etiam profert ex variis auctoribus, quibus probatur, *Sancum* fuiſſe Sabinorum regionis genium.

XXII.

Semonis autem nomen Greg. Gyraldus Syntagm. lib. 1. vult commune fuiſſe ſemideis omnibus, quaſi inter Deos cœleſtes & homines mediis. v. de ea re Scalig. Auſon. Lect. lib. 2. c. 28. Salmaſ. in Notis ad Spartianum.

XXIII.

Mirum porro eſt, adverſarium, cui placuit Mago huic partem fabulæ quam in ſcenam produxit agendam dare, non totum id quod hic vaticinatur apoſtolus, eidem tribuiſſe, excluſo Caligulâ: quod pari, ſi non majori facilitate poterat. Etenim

XXIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXIV.

1. Miraculis ac prodigiis Simon inſignis fuit, quibus Cajus caruit. 2. cum fuerit κατ' ἐξοχὴν (ut vult adverſarius) ὁ ἄνομος, fuit quoque *homo ille peccati, filius perditionis*, ὁ ἀντικείμενος, qui hoc myſterium iniquitatis fovebat, ut Romæ pro Deo coleretur (v. Clem. Recognit.) quique ſupra omne numen ſe extulit, aſſerendo, ſe Samaritanis tanquam Patrem apparuiſſe, Iudæis tanquam Filium, cæteris gentibus tanquam Spiritum Sanctum. Helenam ſive Selenam uxorem ſuam primam eſſe Intelligentiam, per quam angelos condiderit &c. ut eſt apud Irenæum l. 1. c. 20. ſin agnovit unius nebulonis præſtigias eſſe infra myſterium iniquitatis & tyrannidē in eccleſia exercendam ab illo qui ſeſſurus erat in templo Dei &c. inconcinnum certè fuit, poſteriorem hanc pericopam eodem ſpectantem, ad Simonem pertrahere conari.

COROLLARIA.

1. *Chriſtus eſt verus homo.*

2. *Conſtans corpore & anima.*

3. *Habet proprietates veri corporis.*

4. *Vnde id non poteſt eſſe omnipreſens.*

5. *In anima ejus fuerunt infirmitates ſive defectus negativi non privativi.*

6. *Sola fide juſtificamur.*

7. *Anima humana non eſt ex traduce.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXIII.
DE

ANTICHRISTO,

DUODECIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HERMANNUS ab OTTEN,

Ad diem 7. Maji, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIɔ Iɔ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Spectatiſſimis, Conſultiſſimis

DOMINIS,

D. NICOLAO vander MEER,

D. IOHANNI vander MARSCHE,

D. IACOBO vanden BERG,

D. CORNELIO van BVYTEVEST,

Florentiſſimæ Reipublicæ Lugduno-Batavæ
CONSULIBUS,

D. GERHARDO van HOOGEVEEN,
I. V. Doctori, eorumque Secretario,

Mæcenatibus ſuis maximè venerandis,

Haſce Theſes Theologicas, in
debitæ gratitudinis pignus,

D. D. D.

HERMANNVS ab OTTEN.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXIII.
DE

ANTICHRISTO,

DUODECIMA.

THESIS I.

VAticinium Paulinum excuſſimus, nunc ad ea quæ prædixit Ioannes progrediemur. in quibus quæritur, 1. an 1. Ioh. 2. 18. ἐσχάτη ὥρα ultimum tempus, ſignificet excidium Ieroſolymæ & templi, quod brevi affuturum ſit? affirmat adverſarius. nos negamus.

II.

Quia Ioannes hanc epiſtolam ſcripſit Ieroſolyma jam everſa: 1. enim Baronius in Chriſti annum 99. qui eſt Nervæ primus, hujus epiſtolæ ſcriptionem conjicit, longe poſt urbis & templi cladem.

III.

2. Epiſtola hæc olim vocata fuit Epiſtola ad Parthos. v. Aug. Quæſt. euang. l. 2. p. 353. ad quos ſuo quondam miniſterio converſos, ex Aſia jam ætate provectior ſcripſit. unde & *Senioris* nomen in duabus poſterioribus epiſtolis aſſumſit.

IV.

3. Apoſtolorum eum ultimum vixiſſe, ac teſtem fuiſſe σύγχρονον hujus excidii, nec niſi ultima ſenectâ ſcripſiſſe aſſerunt omnes, uno forte Salmerone excepto, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ea de cauſa reprehenditur à Lorino Proleg. in 1. Ioh. 5. tranſierat ergo jam illud excidium.

V.

Epiphanius hæreſi 24. arbitratur contra Baſilidianos potiſſimum, Simonianorum ſobolem hanc epiſtolam ſcriptam fuiſſe. at illi poſt excidium vixerunt.

VI.

Ambroſius in Pſal. 36. dicit Ioannem jam ſenem cœpiſſe ſcribere euangelium & epiſtolas, quod eodem facit.

VII.

Gloſſa ordinaria aſſerit, tum euangelium, tum epiſtolas eum ſcripſiſſe poſtquam reverſus eſſet de exilio, cum vero ipſum exulare coëgerit Domitianus, Tito poſterior, neceſſe eſt omnem hanc ſcriptionem excidio Ieroſolymitano (quod ſub Tito contigit) poſteriorem eſſe.

VIII.

4. Noviſſima hora, quæ Ioannis tempore jam erat, complectitur totum temporis decurſum ab Apoſtolorum ævo, uſque ad conſummationem ſeculi. v. Aug. l. 3. de doctr. Chriſt. c. 36. & confer 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. Apoc. 1. 1. 3. recte Corn. à Lapide in 2. Tim. 3. Nihil uſitatus prophetis eſſe ait quam Meſſiæ tempus vocare noviſſimum, *quia eſt ultima mundi ætas, ultimaque lex, religio, & eccleſia Chriſti, cui nulla alia ſuccedet.* ad quod probandum citat etiam locum quem præ manibus habemus. non ergo terminatur in excidio Ieroſolymitano.

IX. Quæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

Quæritur 2. An verba: ϗ καθὼς ἠκούσατε, *& ſicut audi-ſtis*, ad Paulinas epiſtolas reſpiciat? negat adverſarius, nos negationis illius nullam rationem videmus. nec aliunde certius quam è ſecunda ad Theſſal. hunc rumorem de Antichriſto venturo pervadere potuiſſe eccleſias cenſemus. audiamus quid afferatur in contrarium:

X.

Non (audiverant hoc) *ex epiſtolis*, inquit, *Paulinis, quæ cum Ioannes hæc ſcriberet, aut ſcriptæ non erant, aut non vulgatæ per eccleſias*. hæc ille. ineptè omnino ac pueriliter. Etenim

XI.

1. Non modo poſt omnes apoſtolos & vixit & ſcripſit Ioannes, ſed & Canonem Novi Teſt. cenſetur condidiſſe, collectis aliorum euangeliis & epiſtolis, quibus & ſua poſtremo addiderit. itaque ante ejus ſcripta jam evulgatæ erant epiſtolæ Pauli.

XII.

2. Aſſerit adverſarius ſecundam ad Theſſalonic. epiſtolam Caji anno ſecundo ſcriptam eſſe. ea epiſtola monuit (juxta eundem) *non ita propè* eſſe tempus excidii Ieroſolymitani ac nonnulli imaginabantur. Hic Ioannem inducit dicentem *ultimam* illam *horam* jam *eſſe* .i. eſſe valde propinquam, idque ante epiſtolam illam Pauli vel ſcriptam vel vulgatam. quis tam ἀσύστατα conciliabit?

XIII.

3. Inſtante excidio templi & urbis, non ſolum ſcriptæ erant & vulgatæ Pauli epiſtolæ, ſed ipſe jam ſublatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

è medio martyrii coronam retulerat. id enim factum ſub Nerone, cum excidium de quo diximus contigerit ſub Tito.

XIV.

4. Idem adverſarius, tractatu in loca quædam Pauli, Jacobi, & Joannis *de fide & operibus*, ad Iac. 2.5. *Quod*, inquit, *veterum multi, atque inter eos Aug. lib. de fide & operibus cenſent, & hanc epiſtolam, & IOANNIS PRIMAM, & eam quæ Petri ſecunda dicitur, ſcriptas adverſus eos qui PAVLINAS EPISTOLAS pravè interpretantes, fidem dicebant ſine bonis moribus ad ſalutem ſufficere, PROBABILE ſit, tum ex ultimis epiſtolæ illius quæ Petro aſcribitur verbis, tum quod hic Iacobus ejuſdem Abrahami exemplo utitur* &c. Qui probabile cenſet Ioannis primam ſcriptam eſſe adverſus abutentes epiſtolis Paulinis, quomodo eidem probabile eſſe poteſt, epiſtolas Paulinis cum Ioannes hanc ſcriberet, vel ſcriptas vel vulgatas nondum fuiſſe?

XV.

Quæritur tertio, An per τὸν ἀντίχριϛον ὃς ἔρχεται intelligatur, Barcochebas, qui tempore Hadriani Imperat. rebellavit? Affirmat adverſarius. nos negamus. Etenim:

XVI.

Nulla ex notis quibus ſcriptura Antichriſtum inſignit, ei convenit. Nec enim 1. defecit à Chriſto, quem nunquam fuerat profeſſus; nec 2. myſterio, ſed vi armata rem ſuam peregit. nec 3. ſedit in templo Dei. nec 4. Deum ſe profeſſus eſt. nec 5. miraculis claruit. falſa ergo quoad hoc eſt opinio adverſarii, & nihil certius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tius; quam eundem hic intelligi per τ̄ ἀντίχριστον, cum eô quem Paulus vocat τ̄ ἀντικείμενον.

XVII.

Quæritur quarto; An verba illa: καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασι, denotent peculiariter pſeudo-chriſtos, Iudam Galilæum Theudam, Ægyptium illum, de quibus Act. 5. 36. 37. & 21. 38. Simonem Magum, & Doſitheum? Affirmat adverſarius. Nos negamus. Etenim

XVIII.

1. Non ſcripta ſunt hæc à Ioanne ante excidium Iudæorum, ideo hiſce qui ante id inſurrexerunt competere non poſſunt. 2. ipſe Commentator dixit Antichriſtos Ioannis eſſe pſeudochriſtos quos Chriſtus prædixerat venturos poſt excidium Ieroſolymorum. hic contra. ita paſſim ſecum pugnat. 3. Antichriſti in plurali non ſolum ii dicuntur qui ſibi Chriſti nomen imponunt, ſed communiter ii qui nomine Chriſtiani, doctrina ac factis, Chriſto adverſi ſunt. qui enim non eſt pro Chriſto, eſt *contra Chriſtum*. Matth. 12. 30. tales erant hæretici qui Ioannis tempore graſſari jam inceperant, ut ipſe teſtatur, & de quibus ait: *ex nobis* (Chriſtianis) *egreſſi ſunt*. 1. Io. 2. 19.

XIX.

Nec repugnat quod addit. v. 22. *quis eſt mendax, niſi qui negat Ieſum eſſe Chriſtum?* id enim non modo directe fit, ſed & indirectè, prout dicuntur ii qui ſuorum curam non habent *negaſſe fidem*. 1. Tim. 5. 8. & qui impie vi-

ventes

ventes Deum ſe noſſe profitentur, eum *factis negare.* Tit. 1. 16. quo argumento probat Ioannes, ſui ævi hæreſiarchas Antichriſtos eſſe, quamvis ex illis nonnulli Chriſtianum nomen directe non ejuraſſent.

COROLLARIA.

1.

Incarnationis Chriſti principium operans communiter eſt tota Trinitas.

2.

Principium operans ſimul & terminus, ſolus Filius.

3.

Principium activum proprium & immediatum Spiritus ſanctus.

4.

Principium paſſivum ſemen & ſanguis virginis Mariæ.

5.

Quia Chriſtus ab Adamo tantum habet principium materiale, non autem activum, (quod ſupplevit Spiritus Sanctus) ideo à macula peccati originalis immunis eſt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXIV.

DE

ANTICHRISTO,

DECIMA-TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè deſendet

WINANDUS NEOSTADIUS, Dord. Bat.

Ad diem 10. *Maji, loco ſolito, horâ*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis, Spectatiſſimiſque VIRIS,

D. D. PRÆTORI, CONSVLI, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, Cæteriſque Antiquiſſimæ ac celeberrimæ Reipubl. Dordracenæ Rectoribus vigilantiſſimis, Εὐεργέταις, & ſtudiorum meorum Promotoribus honorandis,

Nominatim

Clariſſimis, Conſultiſſimiſque Viris,

D. CORNELIO van ESCH, Urbis Dordracenæ Quæſtori & Scabino, Eccleſiæque Seniori venerando,

D. IOHANNI vander BURGH, J. U. D. ejuſdemque Urbis Theſaurario digniſſimo,

D. JOHANNI de VRIES, I. U. D. & Quæſtori benè merito,

NEC NON

Præſtantiſſimo Juveni-Viro,

D. CORNELIO van ESCH, C. F. Liberalium Artium, ac Juriſ-prudentiæ Studioſo, Amico meo familiariſſimo, dilectiſſimo,

Hanc DE ANTICHRISTO *Diſputationem, dedico conſecroque*

WINANDUS NEOSTADIUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXIV.

DE

ANTICHRISTO,

DECIMA-TERTIA.

THESIS I.

QUæritur quinto: An 1. Ioh. 4. 3. καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ ἰησοῦν χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, poſtrema verba nempe, *veniſſe in carne*, idem notent, quod *veniſſe cum carne*, id eſt, in ſtatu humili, non cum pompa & armis; uti Meſſiam ſuum Iudæi imaginantur? Affirmat adverſarius. nos negamus. Etenim

II.

1. Socinianorum eſt illud gloſſema, qui negant hac phraſi, *quod Ieſus venerit in carne*, ſignificari Filium Dei eſſe incarnatum, & in unitatem perſonæ naturam noſtram aſſumſiſſe. v. Volkel. de vera relig. lib. 5. c. 11. nec non Oſtorrod. & alios illius ſectæ.

III.

Sed cum dicatur Ioh. 1. 14. Verbum *caro* factum. 1. Tim. 3. 16. Deus manifeſtatus *in carne*. Hebr. 2. 14. Chriſtus particeps factus *carnis* & ſanguinis. 1. Pet. 3. 18. mortificatus *carne*. Hebr. 10. 20. nobis per velum, id eſt propriam ipſius *carnem* dicatum iter ad ſanctuarium, quæ omnia ad naturam humanam ſpectant, cur 1. Ioh. 4. ea dictio aliter accipiatur nulla ratio eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Quanquam autem locus unus & alter *carnis* voce infirmitates & humilitatem carnis denotet, quas una cum natura humana Chriſtum aſſumſiſſe non negamus, tamen ipſam humanam naturam, & quidem præcipue, ea comprehendi nemo negabit, qui loca ſupra allata conſideravit, ut & Gen.6.12.13. Ieſ.40.5. Ioël 2.28. Rom.3.20. &c.

V.

2. Cum adverſarius hanc ſuam gloſſam applicat Iudæis, mirum eſt quam turpiter impingat. illi enim non negabant *Ieſum veniſſe in carne*, ex ſenſu adverſarii, id eſt, abſque pompâ, ſplendore externo & armis; quin ideo quod ſic venerat in carne nolebant ipſum pro Meſſia agnoſcere. unde dictum Ioannis ne longâ quidem perticâ ipſos tangit.

VI.

Quæritur ſexto: An verba Ioannis verſ. 3. καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ ἀντιχρίστου ſpectent ad Barcozibam Meſſiam Iudæorum? Affirmat adverſarius. Nos negamus. Etenim, præter rationes ſuperiori Diſp. allatas:

VII.

Addit Ioannes: ὃν ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται. καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν ἤδη. *quem audiſtis venire* (.i. certo venturum) *& nunc jam in mundo eſt.* videlicet, *non ſecundum perſonam, ſed ſecundum ſimilitudinem ſpiritus*, (ut recte Cajetanus) omnes enim hæretici veteres ſtraverunt viam Antichriſto

illi

illi magno, cujus doctrina verè eſt cento veterum hæreſium.

VIII.

At hæreticos illos prodromos fuiſſe Barcozibæ ad ſua ſeditioſa conſilia, aut eum eorum dogmata in rem ſuam traxiſſe, vel promovendæ ſuæ auctoritati accommodaſſe, cum ratione non poteſt affirmari. Progreſſus enim ſuos omnes fecit non inter Chriſtianos, ſed Iudæos, Chriſtiani nominis hoſtes apertos.

IX.

Unde nec *actu* fuit in rerum natura tempore Ioannis, emerſit enim demum ſub Hadriano, diu poſt obitum Ioannis, anno videlicet Chriſti 130. Nec *potentia*, in illis videlicet hæreticis qui Ioannis tempore vivebant.

X.

Vero autem Antichriſto hanc quoque notam convenire, quod (licet indirecte) neget Chriſtum in carne veniſſe, non inficiabitur, qui quantum is veritatem carnis ejus, dogmate ſuo de Tranſſubſtantiatione, illocalitate circumſcriptiva, & πολυτοπίᾳ corporis Chriſti, labefactet, ſerio conſideraverit.

XI.

Ut jam taceam etiam juxta gloſſam adverſarii verba hujus vaticinii in papam competere; quum enim cum pompa & armis &c. eum venire toti mundo manifeſtum ſit, *humilem Chriſti* (cujus ſe vicarium profitetur) *ſtatum* ipſo facto negare non immerito dici poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XII.

Quæritur ſeptimo: An Apocal. 13. verſ. 1. *Beſtia de mari aſcendens* ſignificet *idololatriam*, verſu autem 11. *beſtia de terra aſcendens*, *magiam*? Affirmat adverſarius, nos neg. Etenim

XIII.

Apud Danielem, cujus ſtylum Ioannes in hiſce vaticiniis imitatur, beſtiæ regna & imperia denotant, non vitia in abſtracto. v. Dan. 7. 3. 17. Nec dubium quin in priore beſtia Ioannes alludat ad Danielis quartam. v. ib. verſ. 7. & 23.

XIV.

Quæritur octavo, An beſtia ſecunda nominatim deſignet Apollonium Thyanæum magum? Affirmat adverſarius. nos negamus. Etenim

XV.

1. Sic totum hujus capitis vaticinium clauditur in Domitiano & Apollonio, ut ante prædictio Pauli in Caligula & Simone Mago. atque ita Apoſtoli hi rerum jam factarum vates efficiuntur. quod ridiculum eſt.

XVI.

2. Nuſquam minus artes Magicæ valuerunt quam in orbe Romano. conſulantur leges adverſus Magos latæ *Dig. ad leg. Corn. de Sic. l. 3.* nominatim à Neronis ævo ita earum artium vanitas innotuit, ut illas omnes execrarentur. v. Plin. l. 30. c. 1. & 2. Domitianus denique, cujus imperio Magiæ ſtudium agglutinat noſter, urbe & tota Italia philoſophos expulit, ſub quorum nomine

 Chal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Chaldæi & Magi comprehendebantur. Suet. in Domit. c. 10. Apollonium ipſum duriter & ſævè habuit, v. Philoſtrat l. 8. qui niſi ſuis ſe præſtigiis Imperatoris oculis ſubduxiſſet, pœnam commeritam non evaſiſſet. Contemni ergo & imminui tum temporis cœpit Magia, unde non niſi ineptè admodum emerſiſſe tum demum poteſt dici.

XVII.

Quæritur nono, An numerus *666.* de quo v. 18. deſignet Ulpium Traianum, in cujus prænomine οὔλπιος is numerus reperiatur? Affirmat adverſarius, nos negamus. Etenim

XVIII.

1. Numerus hic, non pertinet ad primam, ſed ad ſecundam beſtiam, .i. non ad Romam ethnicam, ſed Chriſtianam, ut tota contextus ſeries evincit.

XIX.

2. Nec idololatria vires reſumſit (quod per ſanationem vinus è beſtiæ capitibus intelligit adverſarius) ſub Traiano, ſed potius labefactata eſt, ob creſcentem Chriſtianorum multitudinem.

XX.

3. Nec potuit id fieri ſub Traiano, ſtante Commentatoris noſtri commento, quo dixit id factum reſtaurato capitolio quod exuſtum erat. ea enim reſtauratio pertinet ad Veſpaſiani tempora, non Traiani.

XXI.

4. Nec ratio eſt cur numerus beſtiæ quæratur in nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mine Traiani, cum multi Imperatores crudeliores & eccleſiæ nocentiores fuerint quam Traianus. qui & edictum de inquirendis & ſupplicio afficiendis Chriſtianis paulo poſtquam editum erat revocavit. v. Epiſt. Plinii Iunioris lib. 10. ep. 98.

XXII.

5. Denique falſum eſt in nomine ὄλπιος reperiri numerum 666. cum vere in eo reperiatur numerus 860. nam ς finale apud græcos 200 valet, quod adverſarius imperitè pro epiſemo ϛ accepit, & 6 tantum notare arbitratus eſt. de re ipſa egimus Anal. 158. th. 11.

COROLLARIA.

1. *In unione duarum Chriſti naturarum ſalvæ manent naturarum eſſentiæ, voluntates, proprietates eſſentiales, & operationes naturales.*

2. *Humana natura, nec ex naturæ ordine, neque ullo ſuo merito conſecuta eſt, ut cum divina hypoſtaticè uniretur, ſed gratuito dono.*

3. *Communicatio idiomatum eſt naturæ ad perſonam, ita ut proprietates utriuſque naturæ, ipſi perſonæ Chriſti communicentur.*

4. *Non autem naturæ ad naturam, ita ut una natura ſuas proprietates in alteram transferat.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXV.

DE

ANTICHRISTO;

Decima-quarta & ultima:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

JOHANNES BURUM, Harlemenſis.

Ad diem Maji, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Nobiliſſimis ac Generoſiſſimis,

D. D. EQUITIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, avitæ libertatis Propugnatoribus ſtrenuiſſimis;

Dominis ac Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis.

Nominatim vero,

D. D. GUILIELMO de SCHAGEN, Toparchæ in *Schagen, Dirxhorn, Beringhorn, Haringhuyſen, Colhorn, Sliedrecht, Lochorſt,* Ordinis Equeſtris membro præclariſſimo,

DENIQUE

Doctiſſimo & Erudititiſſimo Viro,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-illuſtr. D. D. Ordd. Holland. & Weſt-Friſ. Regenti prudentiſſimo, Præſidi ſuo venerando,

Hanc Diſputationem Theologicam,

offert

JOHANNES BURUM, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXV.

DE ANTICHRISTO,

Decima-quarta & ultima.

Thesis I.

QUemadmodum appellatio τοῦ ἀντιχρίστου in Epiſtolis Joannis manifeſto deſignat τὸν ἀντικείμενον apud Paulum, ita Apocal. 17. 5. nomen in fronte meretricis purpuratæ ſcriptum, videlicet μυστήριον manifeſtam ἀναφορὰν habet ad *myſterium iniquitatis* de quo Paulus vaticinatur. ita ut idem ab utroque Apoſtolo negotium agi, conſideranti non ſit obſcurum.

II.

Id quod ex omnibus circumſtantiis pronum erat evincere. ſed impræſentiarum errores tantum adverſarii, velut Augiæ ſtabulum, expurgamus. in iis ergo præſtat progredi.

III.

Quæritur itaque decimo: An Apoc. 17. 10. è ſeptem qui memorantur regibus, *quinque* priores qui *ceciderant*, ſint Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, ſextus qui *jam erat*, Veſpaſianus, ſeptimus qui *nondum venerat, & poſtquam veniſſet, non diu manſurus erat*, Titus, quem ſequiturus eſſet Domitianus? Affirmat adverſarius. nos negamus. Etenim

IV.

1. Præſupponit hoc commentum, ſcripta hæc eſſe à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Joanne ſub Veſpaſiano. cum ſcripta ea eſſe ſub finem Domitiani teſtentur Irenæus lib. 5. Hieron. de viris illuſtr. Similiter Aretas, Victorinus, Euſebius. qui Domitiano omnes aſcribunt relegationem Ioannis.

V.

Unde 2. ineptè noſter ea refert ad Claudium. quia videlicet is Judæos urbe exegit Act. 18. 2. quo nomine & Chriſtiani (ut putat) continebantur, veroſimile autem eſſe idem factitaſſe præſides provinciarum, & ſic Joannem expulſum Epheſo. ſed hæc ſcatent emendicatis hypotheſibus. nam

VI.

1. Judæorum nomine etiam Chriſtianos comprehenſos in edicto Claudii durum eſt credere, cum Tertull. referat, Tiberium Chriſtianorum accuſatoribus capitis periculum intentaſſe.

VII.

2. Judæos quidem urbe pulſos legimus à Claudio, toto imperio non legimus, & quomodo id fieri potuiſſet, cum ipſi ad imperium pertinerent?

VIII.

3. Aquila & Priſcilla ſecure poſt illud edictum Corinthi & Epheſi commorati ſunt Act. 18. 2. 19. non ergo à præſide inde erant pulſi.

IX.

4. Iudæi ſuas ſynogogas in Aſia & Græcia poſt edictum illud obtinuerunt, & nominatim Epheſi. v. Act. 18. 4. 8. 19. & 19. 8. 10. 17. quomodo, ſi inde à præſidibus erant ejecti?

X.

5. Severius egiſſet præfectus Epheſi in Joannem, relegando eum in inſulam Pathmon, quam ipſe Claudius

Romæ,

Romæ, qui Iudæos urbe quidem exegit, non tamen in ſolas terras deportavit.

XI.

Ipſe commentator antea volebat, caput 13. Apoc. ſcriptum fuiſſe poſt reſtitutum capitolium, & Appollonium retectum, nunc fingit revelationes cap. 17. ordine inverſo continere ea quæ præceſſerant aut præceſſura dicantur. hæc autem minime cohærent.

XII.

Accedit alterum μέγα λίαν ἄιτημα. Nam ſi hîc Cæſares intelligerentur, cur primum ſeptem illorum capitum quibus mulier inſidet, Claudius eſſe dicetur, cum eum præceſſerint Iulius, Auguſtus, Tiberius, Caligula, adeo ut duodecim Cæſarum vitas in Domitiano finierit Suetonius?

XIII.

Quæritur undecimo: An *beſtia quæ erat & non eſt.* v. 11. ſit Domitianus, *beſtia* dictus propter ferum ingenium, prout Nero *Leo* appellatur 2. Tim. 4. 17. is autem *erat*, quia abſente Patre Veſpaſiano dominatum exercuerat Romæ. *non eſt*, quia ab eodem Patre in privatum modum redactus modeſtiam ſimulabat &c. ita adverſarius, abſurdiſſime. Nam

XIV.

1. Viſa hæc & ſcripta ſunt poſt Veſpaſianum & Titum, ipſo Domitiano imperium obtinente. ut ante dictum. non pertinent ergo ad tempus quod fingit auctor.

XV.

2. Cur potius Domitianus *beſtia*, quam Nero, vel Claudius, vel Vitellius, non minora hominum portenta.

XVI.

3. Quî dicatur aliquis *fuiſſe*, & *non eſſe* abſolutè, eo quod imperii auctoritate antea precario exercitâ, & po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtea cum pleno jure reſumendâ, ad tempus abſtinuerit?

XVII.

4. Quæ conſequentia: Nero dictus eſt Leo, propter crudelitatem (ponamus ita eſſe, alii enim aliter dictum Pauli accipiunt) ergo beſtia de qua Joannes, eſt Domitianus? quid Paulina metaphora ad Propheticam viſionem.?

XVIII.

5. Rectius ergo noſtri Beſtiam hanc Romanum imperium ſub Antichriſto eſſe obſervant, quod (ut dicitur hic & v.8.) *fuit* (ſub imperatoribus) *& non eſt* (idem quod olim, imperium mere politicum) *ſed tamen eſt* (quoad imitationem & ſimilitudinem) confer c. 13. 11. ſeqq.

XIX.

Quæritur duodecimo; An decem cornua beſtiæ de quibus v. 12. 13. ſunt Gothi & illis federati populi, qui tunc quidem in partibus imperii Romani regnum nondum acceperant, ſed poſtea intra fines imperii, concedentibus Romanis, erant regnaturi, ſed brevi tempore, quod non fuerit diuturna concordia illa, quâ Romanis fuerant federati? Affirmat adverſarius, nos negamus. Etenim

XX.

1. Si beſtia hæc, cum qua decem illi reges erant ſuam dominationem accepturi, Domitianus eſt, non poſſunt Gothi eorumque federati, iſti reges eſſe, cum: Primum Gothorum fedus cum Romanis factum fuerit demum Maximiani tempore, ut ipſe annotat ex Iornande.

XXI.

2. Non poſſunt hi populi vel reges unquam fuiſſe cornua ſive arma potentiæ Romanæ, cum in ſocietatem imperii recepti non fuerint, niſi poſt varias imperio illatas clades, adeo ut intra imperii fines regnantes, non reg-

regnarint cum Cæſaribus, ſed potius in illos, & eorum tandem autoritatem everterint.

XXII.

Unde non poſſunt dici potentiam ſuam dediſſe imperio unanimi conſenſu, pro illo pugnaturi, cum eam nunquam expedierint, niſi adverſus imperium, & in illius ruinam.

XXIII.

Neceſſario ergo hic intelligendi tales qui lapſo jam imperio regiam auctoritatem erant adepturi cum Antichriſto, non, *ad breve tempus*, ut iſte vult ſed *unâ horâ cum beſtiâ*, id eſt, eodem ferè cum Antichriſto tempore. tunc enim è variis antea imperii provinciis varia regna emerſerunt, quæ ſedi Romanæ omne detulerunt obſequium &c.

XXIV.

Quæritur decimo-tertio : An odium meretricis, & illius ruina tum contigerit, cum federati illi populi ac reges cæperunt fieri hoſtes imperii ? Affirmat adverſarius, nos negamus : Quia

XXV.

Reges illi non fuerunt facti, nec regna conſtituerunt, niſi imperio jam everſo. quæ fuit illa Tertulliano dicta *Romani imperii abſceſſio in decem reges*, *Antichriſtum ſuperinductura*.

XXVI.

Quare illud decem regum una cum beſtia exortorum in illam (quæ eſt eadem cum purpurata meretrice) odium, longe poſterius debet eſſe hac abſceſſione, & pertinere ad Antichriſti ruinam gradatim peragendam per eoſdem reges, qui ipſi ante à faviſſe fuerant viſi, donec opibus planè nudetur, & provinciis ac regnis ſibi obnoxiis exuatur &c.

XXVII:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXVII.

Quæritur decimo-quarto: An vaticinium de urbe exurenda, pertineat, ad Totilæ incendium ? affirmat adverſarius, nos negamus. quandoquidem

XXVIII.

1. Nec totale, nec finale hoc fuit, quale Babyloni minatur Deus, capite præſertim 18. quod adverſarius, quia hoc videbat, non fuit auſus attingere.

XXIX.

2. Chriſtiani per imperium diſperſi, aut in ipſa urbe commorantes non potuerunt, nec debuerunt illi ruinæ inſultare, cum ejus magna pars fuerint : prout præcipitur ſanctis lætari in exidio Babylonis c. 18. 6. 20.

XXX.

3. Non evocavit Deus ſuos Româ aut ex orbe Romano, ne illius Gothicæ cladis eſſent participes (quo enim quæſo confugiſſent?) ſicut ex hac Babylone populum ſuum evocat c. 18. 4.

XXXI.

4. Abſurdum eſt, cum jam Roma eſſet Chriſtiana Totilæ tempore, populum inſontem propter paucos in eo, ut ſuſpicatur adverſarius, reſiduos idololatras, tam horribiliter puniri. videant Arminiani (quorum unus fuit hic adverſarius) quomodo hac in re juſtitiam Dei defendant, quam lædi arbitrantur, ſi Adami peccatum ejus poſteris imputari dicatur.

XXXII.

Rectius ergo excidium hoc urbis Romæ ad ruinam ultimam Antichriſti referunt ipſi pontificii, & inter illos Ieſuita Ribera, licet eum papam Romanum eſſe non fateantur, de quo nos non dubitamus.

COROLLARIA.

1. *Chriſtus non potuit peccare, nec in actu primo nec ſecundo.*
2. *Nec potuit non-obedire. id enim (licet diſſentiant Remonſtrantes) idem eſt quod peccare.*
3. *Vnde nec potuit damnari, quod Durandus blaſphemè affirmat, & ex Remonſtrantium doctrina neceſſario ſequitur.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXVI.
DE

Sacramentis in genere,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

THEODORUS BRANDOLPHUS, Rijſvico-Batavus.

Ad diem Maji, loco ſolito, horà

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, avitæ Libertatis Propugnatoribus acerrimis, Orthodoxæ Religionis antiſtitibus ſtrenuiſſimis, piiſſimis,

NEC NON

Nobiliſſimo, Generoſiſſimo, ac Spectatiſſimo,

ORDINI EQUESTRI HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Politiæ & Eccleſiæ columinibus,

Dominis, Patronis ac Mæcenatibus perpetuo colendis.

UT ET

Reverendis, Doctiſſimis, & pietate longè eminentiſſimis Dominis,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theolog. Doctori meritiſſimo, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D.D. Ordd. Holland. & Weſt-Friſ. Regenti prudentiſſimo, Præſidi ſuo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. Philoſophiæ in Almâ Batavorum Profeſſori celeberrimo, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti digniſſimo,

Studiorum ſuorum promotoribus,

Hanc Diſputationem eâ, quâ par eſt, animi humilitate ſacras facit,

THEODORUS BRANDOLPHUS, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXVI.

DE

Sacramentis in genere,

PRIMA.

Theſis I.

DE Sacramentis in genere acturi, hac diſputatione nomina quibus ea deſignari creduntur tum in veteri, tum in novo teſtamento conſiderabimus, ac primum Hebræa.

II.

Quæritur ergo an Exod. 12. 14. & 18. 20. per חקה & חקים denotentur ſacramenta? Affirmat Bellarm. quanquam ea nomina omnibus ceremoniis communia eſſe fateatur, imo non tam ceremonias ipſas quam legem ceremonialem iis ſignificari tandem agnoſcat.

III.

Nos indefinite pro *lege*, *mandato*, *decreto* quocunque accipi ſcimus. ex Pſ. 2. 7. אספרה אל חק יהוה. Pſ. 50. 16. מה לך לספר חקי. Pſalm. 148. 6. חק נתן ולא יעבור &c. unde nullus unquam interpretum חקים vertit ſacramenta.

IV.

Quæritur 2. An מלוא ſive מלואה ſive מלואים. Exod. 29. 22. Lev. 8. 22. Iudæis ſacramentum notent? Affirmat Bell. nos negamus. Etenim

V.

Singularia מלוא & מלואה nuſquam aliud quam plenitudinem ſonant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſonant. unde græcè redduntur πλήρωμα vel πλήρωσις. ſolum plurale מלואים græci expreſſerunt per τελείωσιν, & vulgata per *conſecrationem*: idque duobus tantum locis. utut eſt, nuſquam pro Iudæorum ſacramento, puta circumciſione aut paſchate uſurpatur.

VI.

Neque pro conſecratione rei, ſed *perſonæ*, quum ſacramenta ſint *res* conſecratæ ad ſacrum uſum. unde Pauli phraſis 1. Corinth. 10. 15. *Calix benedictionis*, non *quo benedicimur*, ſed *cui benedicimus.*

VII.

Quæritur 3. An רזא Iudæis ſit ſacramentum. Affirmat Bellarm. ex Ieſ.24.16. Dan. 2.18. nos negamus. Etenim

VIII.

Vox ea apud Ieſaïam vel Hebraïca eſt vel Chaldaïca: ſi prius, non ſignificat *ſecretum* ſed *maciem*. v. Num. 13. 20. Jeſ. 17. 4. Ezech.34.20. Sephan.2.11. & hoc vero ſimilius, ſequitur enim in textu *Væ mihi*! ut utrumque ſit lamentantis.

IX.

Si poſterius (ut certum eſt accipi à Daniele) ſignificat quidem *ſecretum* .i. rem ſecretam, ſed non *ſignum* rei ſecretæ. per eam enim vocem Chaldæi explicant Hebraïcum סתום Ezech. 28. 3. חרש Joſuæ 2.1. בתרמה Jud.9.31. בלט Ruth.3.7. בסתר Pſal. 91. 1. בסורם Gen.49.6. de quibus Elias Levitha, כלם לשון סוד. *Omnibus ſignificatio ſecreti.*

X.

Neque demonſtrari poteſt apud Danielem רזא denotare *ſtatuam*, quod autumat Bell, ſed ſomnium, ejuſque ſignificationem, quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quorum utrumque latebat. neque ſi ſignificaret ſtatuam, ideo ſignificaret *ſacramentum*, cum ſtatuæ non ſint ſacramenta. imo neque ideo ſignum notaret, cum non ob ſignificationem, ſed quia ab omnibus ignorabatur ita appellari meruiſſet. Denique repugnat nomen hoc naturæ ſacramentorum quatenus ſigna ſunt. Sunt enim ea in aperto, & ſenſibus expoſita. rei autem ſignificatæ convenire poſſe non negamus, non tamen peculiariter & adæquate, ſed prout omnibus rebus occultis convenit.

XI.

Quæritur 4. An in Novo Teſt. vox *myſterii* ſignificet ſacramentum? Affirmat Bellarm. nos negamus. & quæ ſuper ea re diſputat pauli altius indagamus.

XII.

Ait ergo, vocem eam triplex ſignificatum habere. 1. notare ceremoniam initiandi. 2. arcanum quodcunque, 3. ſignum quodcunque rei arcanæ & latentis.

XIII.

Nos duas priores ſignificationes admittimus. nam 1. μυεῖσθαι, unde μυστήριον, eſt ſacris inſtitui, initiari, edoceri. & 2. quia ſacra olim efferri neſas erat, inde τὰ μυστήρια fuerunt, non tantum ſacra ipſa quæ tradebantur, ſed etiam quæ ſilentio honorabantur: indeque latius, quæcunque recondita erant.

XIV.

Quanquam ſecunda hæc ratio præter ſcripturam eſt. ea enim myſteria ſua non vetat efferri, ſed jubet: ideo autem ita vocat, quia multis ea ſeculis fuiſſent occultata, etſi deinceps evulganda. v. Rom. 16. 26. Epheſ. 6. 19.

XV.

Tertiam ſignificationem (licet Chriſtianis ſcriptoribus uſitatam) tamen vel apud probatos auctores alios, vel in ſ. ſcriptura extare prorſus negamus. de illis conſtat, de hac videamus.

XVI.

1. Affert pro ea Bell. Dan. 2. 18. de quo loco jam actum eſt. & porro notandum, 1. Argumentum hoc non eſſe à ſcriptura, ſed ab auctoritate græci aut latini interpretis, quibus ita viſum vocem Chaldaïcam interpretari. 2. Nec Hieronymum, nec Lyranum eo loco *myſterium* ſignum interpretari, ſed duntaxat *ſecretum.*

XVII.

2. Huc trahit Apoc. 17. 5. *In fronte ejus ſcriptum Myſterium.* & v. 7. *Ego dicam tibi Myſterium* (Sacramentum latinus interpres ſubſtituit) *mulieris.* Hinc, inquit, Bell. habemus, mulierem illam forma meretricia, fuiſſe quoddam myſterium, i. ſignum rem latentis, nimirum Romani imperii Antichriſtive. Non enim res ipſa latens, ſed quæ videbatur mulier, myſterium appellabatur. hæc ille.

XVIII.

Ineptè profecto: Neque enim mulier dicitur myſterium, ſed oſtenditur *myſterium mulieris.* quomodo reperitur Marc. 4. 11. *myſterium regni.* Eph. 1. 9. *myſterium voluntatis ejus.* c. 6. 19. *myſterium euangelii.* Col. 2. 2. *myſterium Dei.* c. 4. 3. *myſterium Chriſti.* 1. Tim. 3. 9. *myſterium fidei & pietatis,* &c. an hinc inferetur regnum cœlorum, voluntatem Dei, euangelium, Deum, Chriſtum, fidem, pietatem, totidem ſigna dici? quod profecto dicendum eſſet, ſi ex *myſterio mulieris,* ſequatur mulierem eſſe ſignum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIX.

Myſterium ergo ſive *ſacramentum mulieris* notat id quod de muliere ſciendum erat, ut myſterium regni cœlorum, id quod de eo cognoſcendum, nec niſi revelando cuiquam poterat innoteſcere. Emmanuel Sa, *Sacramentum,* inquit, *græcè myſterium, quaſi dicat, quid ſignificet.* nempe, ut ne ſit ipſa mulier myſterium, ſed id quod per eam ſignificabatur.

XX.

3. Huc obtorto collo rapit 2. Theſſ. 2. 7. *myſterium peragitur iniquitatis* .i. ſigna perſecutionis Antichriſti, qualia vult fuiſſe perſequutiones eccleſiæ primitivæ. Reſp. Myſterium illic nominatur non à ratione *ſigni,* ſed à ratione *ſecreti.* opponitur enim ei τὸ ἀποκαλύπτεσθαι, v. 8. ita Rom. 16. 26. ἀποκάλυψιν dixit μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου. quid autem per myſterium iniquitatis intelligatur alibi docuimus.

XXI.

4. Tandem progreditur cum loco Epheſ. 5. 32. ubi matrimonium vocetur *myſterium* ſive *ſacramentum.* directè contra apoſtolum, qui addit, ſe non de conjugio, ſed de *Chriſto & eccleſia* loqui. Nos plenius ea de re agemus in ſequentibus. Atque hæc de appellationibus ſacramenti ex utroque fœdere falſò allegatis, pro quibus vera reperiuntur hæc אות ſignum. Gen. 17. 11. σημεῖον, σφραγίς. Rom. 4. 11. ἀντίτυπον. 1. Pet. 3. 21. ὑπόδειγμα. Heb. 8. 5. & 9. 23.

XXII.

Vox *Sacramenti* latina apud bonos auctores alio planè ſpectat. licet de ea, atque etiam de græca myſterii, poſtquam longo inter Chriſtianos uſu receptæ ſunt, contendendum non arbitremur, modo res ipſa rite percipiatur, nec inſidiosè per eas falſæ doctrinæ invehantur, quod manifeſtè fit in loco Eph. 5. 32.

COROL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

COROLLARIA.

I.

Chriſtus ſecundum humanam naturam duntaxat potuit pati.

2.

Vnde recte dicitur totum Christum paſſum eße, non autem totum Chriſti.

3.

Tam ſecundum animam paſſus est quam ſecundum corpus.

4.

Nec in inferiore tantum parte animæ, ſed & in ſuperiore.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXVII.
DE

Sacramentis in genere,

SECUNDA:

QUAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,
D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

IACOBUS SNOEKIUS, Stolvico-Batav.

Ad diem Maji, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c L.

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ libertatis Propugnatoribus, & Antiſtitibus ſtrenuiſſimis.

UT ET

GRAVISSIMO, PRVDENTISSIMO,

Florentlſſimæ

SCHIEDAMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATVI,

Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

NEC NON

Reverendo, Doctiſſimo, Clariſſimoque Viro,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, ac Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo venerando,

DENIQUE

Reverendis, Eruditiſſimis viris,

D. PETRO VLIEGERO,
D. NATHANI VOGELSANG, Med. Doct.
D. FREDERICO ABBAMA,
D. ABRAHAMO MIRKINIO,

Iſti in Iſſelſteyn, illi Vianæ, huic in Polsbrouck, Paſtoribus fideliſsimis, amicis integerrimis,

Diſputationem hanc Theologicam,

offero & inſcribo

IACOBUS SNOEKIUS, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXVII.

DE

Sacramentis in genere,

SECUNDA.

Thesis I.

QVæritur, an intentio miniſtri ſit de eſſentia ſacramenti? Affirmant pontificii, ex Eug. 4. decret. ad Armenos, in quibus hæc occurrunt: *Omnia ſacramenta tribus perficiuntur: videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi quod facit eccleſia. quorum ſi aliquid deſit, non perficitur ſacramentum.*

II.

Eugenium hac in parte ſequitur Conc. Trid. can. 11. de ſacram. ſeſſione 7. *Siquis dixerit, in miniſtris dum ſacramentum conficiunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit eccleſia, anathema ſit.* In quibus hæc indaganda veniunt: 1. Qualis hic innuatur *neceſſitas.* apparet enim Eugenium plus dicere quam Patres Tridentinos. ille *ita requiri* intentionem ſacerdotis autumat, ut abſque ea non poſſit confici ſacramentum: Hi vero tantum modo *requiri* ſciſcunt. quaſi non multa requirantur in *miniſtro*, quæ tamen ad eſſentiam perfectionemve *ſacramenti* non pertineant. qualis eſt vitæ probitas &c. imo & veſtes ſacras, & voculam *enim* in verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

euchariſtiæ deſiderant, quæ tamen ſalvo ſacramento (ut ipſi fatentur) poſſunt ab eſſe.

III.

Interim pontificii communiter ſupplent ex Eugenio quod Tridenti defuit. nec aliter hoc Anathema explicant quam de intentione abſolute neceſſaria, non in *miniſtro* tantum, ſed in *ſacramento*, conficiendo perficiendoque. ita ut abſque illa ſacramentum apud pontificios nullum ſit, ſed meræ ejus loco præſtigiæ.

IV.

2. Qualis requiratur *intentio?* id eſt cujus *objecti* & cujus *gradus?* Objectum definitur, *facere id quod facit eccleſia.* quæro, quæ eccleſia? an *Catholica?* ita videtur ſentire Thomas part.3.q.64.a.10. ubi eccleſiæ intentionem *rectam* dicit eſſe, & miniſtrum conformantem ſe huic intentioni perficere ſacramentum. Quod ſi verum eſt, non conficiunt ullum ſacramentum hæretici, ac proinde quicunque ab eis baptiſmum acceperunt rebaptizandi erunt:

V.

An *eccleſia qualiſcunque?* ita cenſet Bell. dum ait: *Quid ſiquis intendat facere, quod facit aliqua eccleſia particularis, & falſa; & intendat non facere quod facit eccleſia Romana? Reſpondeo id etiam ſufficere.* Quod ſi ita habet, ſequitur nullos hæreticos eſſe rebaptizandos, contra quam de Pauliniſtis ſancitum Conc. Nic. canon. penult. ita hic utrinque præcipitium.

VI. Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VI.

3. Quid intelligatur per id *quod facit* eccleſia? Fuerunt enim 1. qui dicerent ſufficere intentionem *faciendi actiones ſacramenti externas* licet eæ fiant decipiendi vel illudendi cauſa. idque probant exemplo Athanaſii, à quo cum puer ad huc eſſet, per luſum quoſdam baptizatos Alexander epiſcopus cenſuit legitime baptizatos.

VII.

Alii actum materialem & externum ſufficere negant, ſed requiri addunt intentionem *faciendi ſacramentum.* ita Suarez & Bellarm. qui tamen non audent adiicere τὸ *formaliter* at Vazques non materialiter (inquit) tantum, ſed *aliquo modo formaliter.* hoc ita explicat, ut quis utatur iis rebus, iiſque verbis, eodem modo quo eccleſia univerſalis, ſciens ipſe quid hæc ſit. ſi eodem modo quo vidit aliquam eccleſiam uti, aut aliquem parochum. Si tanquam ceremoniis religioſis, quibus aliquem aut aliquos novit uti ſolitos &c.

VIII.

Alii etiam ad finem ſeu effectum ſacramenti aliqua ratione referri volunt. ut Scotus, & Greg. de Valentia. qui hanc conditionem prorſus neceſſariam eſſe ait. Nota, ut non *formaliter*, ſed *aliquo modo formaliter* modo ajebant, ita nunc non ad finem *referri*, ſed *aliqua ratione referri* balbutiunt. ſed quid eſt illud *aliqua ratione?*

IX.

Explicat Vazques : *Vt neceſſaria ſit hæc intentio, non*

expreſſa circa effectum ſacramenti, ſed implicita ſaltem. id eſt, ut contineatur in alia aliqua intentione, ut velit aliquis facere ut vidit parochum aliquem facientem, ita enim haberi *implicitam* intentionem ejuſdem rei quam parochus habebat fortaſſe *explicitam.*

X.

Sed ſi ne parochus quidem ille habuerit explicitam intentionem, ſed implicatam in intentione alterius parochi? & hic ſimiliter in intentione alterius? in infinitum ſane abibit illa implicatio. Ideo alii aliter diſtinguunt:

XI.

Effectum enim finemve ſacramenti ex Scoto ajunt eſſe vel propinquum, vel remotum. illum, characteris impreſſionem, ſive (in baptiſmo v.g.) Chriſtianum facere: hunc, juſtificationem. remotum fatentur non eſſe neceſſarium, proximum requiri putant, ſed ita timide, ut dum hoc explicant, in rem plane diverſam dilabantur, nam, *per ſacramentalem effectum*, ait Suarez, *non neceſſarium eſt intelligere gratiam vel characterem, ſed ipſum eſſe ſacramenti, quod eſt effectus MINISTRI. Itaque intendere ſacramentalem effectum, nihil aliud eſt, quam intendere conſtitutionem Sacramenti, actione ipſius miniſtri perficiendam.* Ridicule. quorſum enim diſtinctio finis remoti à propinquo, ſi omnia recidunt in ipſum eſſe ſacramenti à miniſtro intentum? an non eo uterque finis, ſaltem implicite, continetur? & quomodo finis ſacramenti eſt ipſum ſacramentum? vidit hoc Suarez, ideo terminos veteratorie mutavit, & pro *fine ſacramenti*, de quo agebatur, ſuppoſuit *finem ſacramentalem*, quem confudit cum ipſo ſacramen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſacramento. hæc de objecto.

XII.

Gradus intentionis varii ſunt, diſtinguebantur enim olim in *habitualem* & *actualem*, & ſtatuebatur ſufficere habitualis. Thom. p. 3. q. 61. a. 8. *Licet ille qui aliud cogitat non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem habitualem, quæ ſufficit ad perfectionem ſacramenti.*

XIII.

At Scotus addit tertiam, vid. virtualem. atque ita ſe explicat in 4. Sent. Diſt. 6. q. 6. *Ille dicitur actualiter intendere, qui habet actum elicitum reſpectu ejus quod intendit: ille autem dicitur habitualiter intendere, qui habet habitum inclinantem ipſum ad talem actum. Sed aliquis eſt minus perfectè intendens quam primo modo, & perfectius quam ſecundo modo. Ergo eſt medium inter iſta duo membra. Aſſumtum probatur: quod ſi aliquis intendit in principio miſſæ celebrare miſſam, ſi poſtea eſt diſtractus, non habet actualem intentionem quando eſt diſtractus: patet, quum non intelligat tunc illud in actu: nec habet tantum intentionem habitualem, quod talem habet dormiens. Habet ergo ſe medio modo.* Hoc approbavit Bell. *Non requiritur* (inquiens) *neceſſario actualis intentio, nec ſufficit habitualis, ſed virtualis requiritur, & ſufficit: quamvis ſit danda opera ut actualis habeatur.*

XIV.

At ſtultiſſima eſt hæc diſtinctio. cum inter habitum & actum non ſit medium, neq; inter virtualem & habitualem ullum diſcrimen aſſignari poſſit. nam quod de dormiente dicunt, in eo virtualem intentionem eſſe poſſe patet

ſe patet ex exemplo quo ipſi utuntur, de eo qui proficiſcitur ad S. Iacobum, & fatigatus labore, ſomnum capiat ad reperandas vires itineri perficiendo. quis hic inter habitualem & virtualem intentionem diſcrimen poteſt videre? ita nec in exemplo miſſificatoris, quod in hoc commento adhibent.

XV.

Nos ſpretis illis nugatoribus, ita ſentimus cum Calvino in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 11. *Ego ſacroſanctæ Chriſti inſtitutioni tantum deſero, ut ſi Epicurus quiſpiam intus totam actionem ſubſannans, mihi coenam ex Chriſti mandato, & ſecundum regulam ab eo datam, rituque legitimo adminiſtret, non dubitem panem & calicem illius manu porrecta, vera mihi eſſe corporis & ſanguinis Chriſti pignora.*

COROLLARIA.

1.

Paſſio Chriſti neceſſaria fuit, ex hypotheſi decreti divini, veritatis divinæ, muneris mediatorii, & noſtræ ſalutis.

2.

Contingens autem, reſpectu Dei libere decernentis, Chriſti libere obſequentis, & cauſarum ſecundarum libere eam exequentium.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXVIII.

DE

Sacramentis in genere,

TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

JOANNES DABELIUS, Geertrudenb. Bat.

Ad diem 24 Maji, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Potentiſſimis, Ampliſſimis

DOMINIS,

D. DUYST van VOORHOUT, Per-Illuſtr. ac Potent. D.D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſ. membro digniſſimo, Reipubl. Delphenſium CONSULI prudentiſſimo,

D. IACOBO vander GRAEF, ejuſdem Reipubl. Ex-CONSULI, atque ibidem ſupremo aggerum præfecto æquiſſimo,

Cognatis meis in æternum mihi colendis:

UT ET

Nobiliſſimo, Generoſiſſimo, Spectatiſſimo

DOMINO,

D. DOMINICO CASSIOPIIN, Geertrudabergæ, & circumjacentium munimentorum Gubernatori ſtrenuiſſimo, pro-Chiliarchæ & Centurioni fortiſſimo, plurimum mihi venerando:

NEC NON

Reverendis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Coll. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordd. Holl. & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo honorando,

D. GULIELMO PISTORIO, Geertrudabergæ,
D. NAGELIO, in Waſpik,
D. TILMANNO WALRAVIO, in Ooſterhout,
D. SAMUELI PISTORIO, in Sundert,
D. JOHANNI KISCHIO, in Roſmaalen,

Verbi Divini Diſpenſatoribus fideliſſimis, Theologis graviſſimis, plurimum de me meritis.

DENIQUE

Morum integritate ac Eruditione conſpicuo Iuveni-Viro,

D. IACOBO van BERGEN, in Athenæo Auriaco quod Bredæ eſt, Iuriſprudentiæ ſtudioſo, amico ſummo,

Hanc Diſputationem Theologicam, honoris & obſervantiæ ergò,

L. M. Q. D. D. D.

JOHANNES DABELIUS, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXVIII.

DE

Sacramentis in genere,

TERTIA.

Thesis I.

DE diſcrimine ſacramentorum Veteris & Novi Teſt. agentes Tridentini, hunc Canonem cuderunt, qui eſt ſecundus Seſſ. ſeptimæ: *Siquis dixerit, ea ipſa novæ legis ſacramenta, à ſacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia ceremoniæ ſunt aliæ, & alii ritus externi, anathema ſit.* Brevius, & obſcurius, inquit Bellarminus. nos etiam, prorſus ineptè, ſi noſtram ſententiam ſe iis verbis confodere putent. Etenim

II.

Docemus, convenire ſacramenta vetera cum novis, omnibus iis capitibus quæ ſunt de ſacramenti natura: ſed multis tamen differre. Et quidem primo ratione ſigni. nam 1. diverſi ſunt ritus externi. 2. olim plura fuerunt, nunc ſunt pauciora. 3. eaque faciliora, cum olim duriora fuerint. 4. nobiliora nova, ratione auctoris: utpote à Chriſto ipſo immediatè inſtituta, cum vetera ita fuerint à Deo, ut tamen per Moſen. quæ prærogativa eſt totius Novi Teſt. v. Hebr. 1. 1. 2. & 2. 2. &c. 5. vetera fuerunt ad tempus data, .i. uſque ad priorem adventum Meſſiæ: at nova duratura uſque ad adventum ejus ſecundum, qui erit in fine mundi.

III.

Addit ſextum Bell. fuiſſe vetera novorum figuras: quo ſenſu Petrus dixerit, arcam fuiſſe baptiſmi ἀντίτυπον.

1. Pet. 3. 21. Nos non agnoſcimus figuras ſigurarum, ſed utraque figuras ejuſdem rei eſſe cenſemus. licet enim ἀντίτυπος interdum ſit idem cum τύπῳ. ut Hebr. 9. 24. videlicet quando comparatur cum archetypo, non tamen cum duo typi inter ſe comparantur unum eſt typus alterius, ſed utrumque typus ejuſdem archetypi. quemadmodum ἀντίστοιχα dicuntur literæ quarum poteſtas ſive ſignificatio eadem eſt, licet figura diverſa. e. g. φιάλη (ſecundum Athenæum) κατ' ἀντιστοιχίαν eſt πιάλη. à πίνω. ita ſacramentorum V. Teſt. eadem fuit ſignificatio quæ novorum, qua de re nunc agemus paulo plenius.

IV.

Si ergo ſacramenta conſiderentur ratione rei ſignificatæ, diſtinguenda res ipſa à modo rei. *Rem* pronunciamus utrobique eandem eſſe, nempe Chriſtum ipſum, beneficiaque ab eo in homines ſalvandos derivata. *Modum* autem rei differre. 1. enim, vetera Chriſtum *exhibendum* adumbrarunt, nova eum jam *exhibitum* teſtantur. 2. pro ampliori revelationis modo eſt etiam gratiæ communicatio uberior in Novo quam in Vet. Teſt.

V.

5. Papiſtis hæc diſcrimina non ſufficiunt. Eugenius 4. in Synodo Florent. & Decreto de unione Armenorum: *Novæ legis ſacramenta multum differunt à ſacramentis antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant; hæc vero noſtra & continent gratiam, & ipſam digne ſuſcipientibus conferunt.*

VI.

Catechiſmus ad Parochos ita habet: *Plane conſtat, excellentiorem & præſtantiorem vim ſacramentis novæ legis ineſſe, quam olim veteris legis ſacramenta habuerunt: quæ cum*

infir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

infirma eſſent, egenaque elementa, inquinatos ſanctificabant ad emundationem carnis, non animæ. Quare, ut ſigna tantum earum rerum quæ myſteriis noſtris efficienda eſſent, inſtituta ſunt.

VII.

Greg. de Valentia ait, *Sacramenta novæ legis differre maxime à ſacramentis veteris legis, ſecundum efficaciam & virtutem: non ob eam rem ſolum, quod uberior in his quam in illis gratia conferatur, ſed quod gratia ipſa omnino per hæc noſtra ſacramenta, tanquam per cauſas, tribuatur; cum olim in lege veteri non proprie per ſacramenta, ſed in uſu duntaxat ſacramentorum, virtute fidei in Chriſtum futurum cujus illa ſacramenta proteſtationes erant, gratia tribueretur.*

VIII.

Suarez: *Dico primo,* inquit, *in illis ſacramentis Veteris legis nullam fuiſſe gratiam datam ex opere operato. Dico ſecundo, homines juſtos utentes illis ſacrificiis vel ſacramentis, de condigno illis actibus meruiſſe coram Deo gratia augmentum.*

IX.

Archangelus Rubeus: *Iuſtificabant,* inquit, *quoad opus operans, per modum meriti, non quoad opus operatum per modum ſacramenti: cum eſſent tantum ſigna, & non cauſa gratiæ.* Hæc illi.

X.

Nos neutrum concedimus: aut Sacramenta vetera contuliſſe gratiam ex opere operantis .i. ex merito condigno uſurpantis; aut nova ea conferre ex opere operato. de quo Diſp. ſeq. utraque autem dicimus gratiam ſignificaſſe & obſignaſſe. argumenta noſtra petuntur

XI.

1. Ex 1. Cor. 10. 1.2.3.4. *Nolim vos ignorare, fratres, Patres noſtros omnes ſub illa nube fuiſſe, & omnes per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mare tranſiſſe: & omnes in Moſe baptizatos eſſe nube & mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem ediſſe. Et omnes eundem potum ſpiritualem bibiſſe. Bibebant enim ex ſequente ſpirituali petra: Petra vero erat Chriſtus.

XII.

Ubi Paulus duobus novi Teſtamenti ſacramentis, baptiſmo & cœnæ, comparat typos veteres bis binos, Illi nubem & mare, iſti manna & aquam ex petra. utrorumque vero objectum notat, participationem rei ſignificatæ utrinque ejuſdem. Non poteſt ergo negari Sacramenta veteribus fuiſſe, quod ad rem ſignificatam paria novis.

XIII.

2. Ex Gen. 17.7. *Et ſtatuam pactum meum inter me & te, ac ſemen tuum poſt te in generationes eorum, fœdere perpetuo, ut ſim tibi in Deum, & ſemini tuo poſt te.* v. 10. 11. 12. 13. 14. *Hoc autem eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te, ut circumcidatur vobis omnis maſculus: & circumcidetis carnem præputii veſtri, eritque in ſignum fœderis inter me & vos. Et filius octo dierum circumcidetur vobis, omnis maſculus per generationes veſtras. Et erit pactum meum in carne veſtra in fœdus perpetuum. Incircumciſus autem maſculus, qui non circumciſus fuerit carnem præputii ſui, exſcindetur anima illa de populis ſuis: fœdus meum irritum fecit.*

XIV.

Unde argumentamur: Fœdus Dei cum Abrahamo & delebat peccatum, & conferebat gratiam. At circumciſio erat *fœdus Dei* cum Abrahamo (ſacramentaliter videlicet, nam v. 11. dicitur *ſignum fœderis*) ergo delebat peccatum & conferebat gratiam (eo quo diximus modo) & conſequenter, quoad rem ſignificatam cum baptiſmo pari paſſu ambulabat.

XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XV.

Minor eſt in textu: major probatur inde, quia id fedus deſcribitur, ut Deus foret *Deus Abrahami* & ſeminis ejus. quibus verbis vitæ æternæ promiſſionem contineri docet Chriſtus Matth. 22. 32. Luc. 20. 38.

XVI.

Hinc ſcholaſtici omnes circumciſioni eandem cum baptiſmo vim tribuunt. Suarez Diſp. 5. q. 65. ſect. 1. a. 3. *Secunda ſententia eſt: Circumciſionem inſtitutam fuiſſe, & datam populo Iſraëlitico, in remidium originalis peccati.* & poſtea: *Sententiam hanc ſecuti ſunt omnes Scholaſtici, ſine ulla opinionum diverſitate.* Soto in 4. Diſt. 2. q. 1. a. 4. *Conveniunt omnes in illum effectum, quod in circumciſione auferretur peccatum originale.* inde Altenſtaig circumciſionem definivit, *Signaculum efficax curationis ab originali, permanens in carne, inſtitutum à Deo, determinans Iſraël à gentibus.*

XVII.

Sed an etiam *collationis gratiæ?* videtur hoc negare Magiſter. in 4. Diſt. 1. q. 6. *Tamen in hoc* (ait Durandus) *communiter non tenetur.* & Soto dicit *eam opinionem ut erroneam repudiari.* adducitque Thomam, qui *veram conſtituat differentiam inter circumciſionem & baptiſmum, non in re ipſa gratiæ, ſed in modo illam conferendi.* quod nobis hic ſufficit.

XVIII.

3. Ex Ro. 4. 11. *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ fidei.* nota, *ſignum* & *ſigillum* ſive ſignaculum, & quidem *juſtitiæ fidei.* quid majus habent ſacramenta Teſtamenti novi?

XIX.

Certe Salmero in hanc Epiſt. Diſput. 33. *Quod volumus,*

mus; inquit, *ſignificari tanquam certum & firmum, ſolemus ſigno aut nota aliqua obſignare. Nec ob aliud circumciſus eſt Abraham, quam ut circumciſionem deferret, in ſignum ac ac-demonſtrationem juſtitiæ, quo ſigno id quod oculis externis ſpectandum objiciebatur, intus per Spiritum Sanctum fieret & ſtabiliretur, ne ſigna ſint vana & mendacia.* Greg. de Val. in 4. Thomæ Diſp. 3. q. 3. puncto 1. *Intelligi poteſt, Sacramenta illa vetera contuliſſe ſive exhibuiſſe gratiam, quatenus fuerunt velut pignora, aut etiam ſigilla quædam, quibus eſt obſignata & firmata apud omnes divina promiſſio, cujus vi atque efficacia conferebatur etiam tunc gratia propter paſſionem Chriſti futuram.*

XX.

Denique, hæc in V. & N. T. eodem modo ſe habere profitetur Catech. Trident. *Quemadmodum*, inquiens, *in V. T. Deus fecerat, ut magni alicujus promiſſi conſtantiam ſignis teſtificaretur: ita etiam in nova lege Chriſtus Salvator noſter, cum nobis peccatorum veniam, coeleſtem gratiam, Spiritus Sancti communicationem pollicitus eſt, quædam ſigna, oculis & ſenſibus ſubjecta inſtituit, quibus eum quaſi pignoribus, obligatum haberemus, atque ita fidelem in promiſſis futurum dubitare nunquam poſſemus.*

COROLLARIA.

1. *Per mortem Chriſti ſoluta fuit unio corporis & animæ* naturalis.
2. *Non tamen unio Verbi cum corpore & anima* perſonalis.
3. *Chriſtus per mortem deſiit eſſe* homo *ſimpliciter & proprie.*
4. *Licet rectè dicatur fuiſſe* homo mortuus, *per terminum alienantem.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXIX.

DE

Sacramentis in genere,

QUARTA:

QUAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,
D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet
LUDOVICUS SUGGERAET, Hagâ-Batav.

Ad diem Maji, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac celeberrimæ

HAGIENSIS

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis honorandis,

UT ET

Doctiſſimo, Clariſſimoque Viro,

D. CASPARO STRESONI, Eccleſiæ Hagienſis Paſtori indefeſſo, Theologo eximio, ſtudiorum meorum Fautori maximo,

Exercitium hocce Theologicum, quam humillimè offero,

LUDOVICUS SUGGERAET,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLXIX.
DE
Sacramentis in genere,
QUARTA.

Thesis I.

DE efficacia ſacramentorum Novi Teſt. tres habet Canonas Conc. Trid. Seſſ. 7. can. 6.7.8. in hæc verba:

Siquis dixerit, Sacramenta novæ legis non continere gratiam *quam ſignificant: aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint acceptæ per fidem gratiæ vel juſtitiæ, & notæ quædam profeſſionis, quibus ab hominibus diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.*

Siquis dixerit non dari gratiam *per hujuſmodi ſacramenta* ſemper & omnibus, *quantum eſt ex parte Dei, etiamſi rite ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit.*

Siquis dixerit, per ipſa novæ legis ſacramenta ex opere operato *non* conferri gratiam, *ſed ſolam fidem divinæ promiſſionis ad gratiam aſſequendam ſufficere, anathema ſit.*

II.

Summa eorum quæ hic *affirmantur* eſt: Sacramenta novæ legis *continere gratiam, dare gratiam, dare ſemper, dare omnibus non ponentibus obicem, dare ex opere operato.* Quæ nobis examinanda ſunt. ac primo duæ phraſes evolvendæ.

III.

Prior eſt, ſacramenta *continere gratiam.* Hoc nemo veterum dixit. Nec Thomas id altius potuit repetere, quam ex Hugone de S. Victore.part.3. q. 62. a. 3. Diſtinguit autem tum Thomas, tum quidam alii, ut *conti-*

neatur quid *in alio* vel ut in *cauſa univoca*, vel ut in *cauſa inſtrumentali*, vel, ut in *ſigno*. è quibus modis primum hic rejiciunt, eo quod non ſit in ſacramento gratia ſecundum ullam formam propriam & permanentem, proportionatam ad talem effectum. duos poſtremos admittunt. Nos de ultimo aſſentimur, de ſecundo mox agemus. primum una cum ipſis repudiamus.

IV.

Altera phraſis eſt ſacramenta *conferre* gratiam *ex opere operato*. Quod nec ipſum ullus antiquorum dixit, ſed ſoli ſcholaſtici. unde Soto: *Ajuut ſacramenta novæ legis ex opere operato gratiam conferre: quod quidem verbum non modo in S. Scriptura non extat, verum neque apud antiquos Patres reperitur. Quare, etſi D. Thomas illius meminerit, quoniam tunc forte illud idioma ſerpere incipiebat, non tamen quaſi ex ſua opinione: ſed ait, ipſum Sacramentum à quibuſdam dici opus operatum. hic vero in Summa illud non uſurpat: eſt enim verbum barbarum.*

V.

De ſignificatione quoque illius velut in tenebris digladiantur. Nam Vazques: *Scholaſtici noſtri*, inquit, *utuntur hoc modo loquendi, quem apud neminem ex antiquis inveni explicatum.* & poſtea: *Quare autem hic modus juſtiſicandi Sacramentorum dicatur ex opere operato, nullus explicat præter recentiores aliquos.* & mox: *Hic eſt legitimus ſenſus horum verborum, quem hactenus fortaſſe non invenies exactè explicatum.* veniamus ad rem.

VI.

Diſtinguunt opus operatum & opus operantis. *Opus operatum* definit Altenſtaig: *Opus vel ſignum exterius exhibitum, quod fit ad ſignificandum aliquid, & valet ex inſtitutione & pacto.* Hoſmeiſterus: *Nihil aliud eſt opus operatum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tum, niſi veritas verborum Chriſti, & hujus infallibilis promiſſio, adeoque ejuſdem nunquam violonda ordinatio. Bellarm. *Eſt ſola illa actio externa, qua ſacramentum dicitur.*

VII.

Opus operantis paulo vetuſtiores, de bono motu miniſtri explicant, recentiores addunt etiam eum qui eſt perſonæ recipientis. unde: Non conferri gratiam ex opere operantis, explicat Valentia *Non exiſtere ex ullo opere vel bono motu hominis operantis, dum vel adminiſtrat vel ſuſcipit ſacramentum.* Vazques, *Ex opere operantis, hoc eſt, ex opere ipſius qui juſtificatur.* & mox: *Non juſtificant ratione meriti operis miniſtri qui ſacramentum confert.* Bell. *Non ex merito agentis vel ſuſcipientis.* Altenſtaig: *Conferunt gratiam ex opere operato, quia ad conſequendam gratiam per ea non requiritur ſecundum Scotum motus bonus interior de congruo ſufficiens ad gratiæ infuſionem: ſed ſufficit, quod ſuſcipiens ea non ponat obicem infidelitatis, contrariæ voluntatis, aut conſenſus in mortale peccatum commiſſum vel committendum.*

VIII.

Ut ergo ſenſum hujus aſſertionis eruamus, apud veteres ea nihil aliud deſignabat, quam ſententiam catholicorum adverſus Donatiſtas & Novatianos. ita enim Innocentius: *Non ergo ſacerdotis iniquitas effectum impedit ſacramenti, ſicut nec infirmitas medici virtutem medicinæ corrumpit. Quamvis igitur opus operans aliquando ſit immundum, ſemper tamen opus operatum eſt mundum.* hic ſenſus orthodoxus eſt.

IX.

Apud recentiores, quatenus ab efficientia ſacramentorum excludunt quoque meritum ſuſcipientis, & dicunt ea valere tanquam ſigna ex inſtitutione, & pacto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

item ex ordinatione & promiſſione Chriſti, nihil quoque incommodi habet, imo noſtram ſententiam continent, ita ut ſi nihil aliud voluiſſent Tridentini, anathematiſmum hanc quidem ob cauſam compendi potuiſſent facere. verum latet hic anguis. Etenim

X.

Cum ipſi externæ actioni (ut audivimus) abſque bono motu interiori gratiam attribuunt, ad dogma Lombardi digitum intendunt, qui primus dixit, Sacramentum *ita eſſe ſignum gratiæ, ut ipſius imaginem gerat, & cauſa exiſtat.* id vero varie explicant.

XI.

Cauſas quippe alias 1. veras & proprias eſſe monent, alias par accidens, ſive ſine quibus non. 2. principales vel inſtrumentarias. 3. phyſicas vel morales. Sacramenta porro communiter dicunt eſſe cauſas veras, inſtrumentarias.

XII.

Sed phyſicæ an morales ſint, non conſentiunt. Suarez Diſp. 9. ſect. 1ª. diſputat, potuiſſe à Deo inſtitui phyſicas, & 2ª de facto inſtitutas. id vero tribus modis intelligi poſſe notat. 1. quod efficiant diſpoſitionem aliquam ad gratiam, non vero immediate attingant gratiam ipſam, quam ſolus Deus efficiat. 2. quod efficiant non gratiam ipſam, ſed unionem gratiæ cum anima. 3. quod *ipſa actio phyſica per quam gratia ſit & educitur de potentia obedientiali animæ, vere ac realiter, & phyſicè pendet ab ipſis ſacramentis.* hunc ſenſum reliquis præfert.

XIII.

Contra alii, negando ſacramenta eſſe cauſas phyſicas gratiæ, docent eſſe cauſas inſtrumẽtarias morales. porro explicantes, quid hoc genus ſit inſtrumenti, impetratorium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rium appellunt, quomodo miracula facta ſint ab apoſtolis, per preces ſive contactum, quæ non phyſicè produxerint ſanitatem, ſed moraliter à Deo impetrarint. ita Vazques. qui alteram illam ſententiam de inſtrumento phyſico paucis ante annis invaluiſſe ait apud ſcholas Hiſpanicas, iamque obſolevisſe.

XIV.

Rem eandem, licet ſub aliis loquendi modis, diſceptarunt ſcholaſtici, videlicet an ſacramenta gratiam efficerent per virtutē inhærentem, an aſſiſtentem? prius affirmavit Thomas patt. 3. q. 62. a. 4. poſterius Bonaventura, Scotus, Durandus, alii. Soto Epilogo operis in 4. Sent. *Omnes*, inquit, *fere theologi*, *præter ſanctum Thomam*, *opinati ſunt*, Sacramenta, *non eſſe cauſam*, *ſed ſolum certa ſigna*.

XV.

Verum in utraque denuo ſententia vehementer variatum eſt. alii enim 1. dicunt gratiam ſacramentis contineri, tanquam medicinam pyxide. 2. conferre ea gratiam non ratione ſui, ſed orationum additarum. 3. eſſe conditiones ſive cauſas ſive quibus non, conferendæ à Deo gratiæ. 4. habere ea peculiarem aſſiſtentiam Dei, atque ita operationem, veluti quum Deitas conjuncta humanitati operabatur miracula. 5. non gratiam, ſed proximam diſpoſitionem cauſari ab aſſiſtentia divina, propter verbum & promiſſionem. 6. producere phyſicè qualitatem quandam præviam, ſive is ornatus quidam ſit, ſive character. 7. Sacramentum non attingere proxime productionem gratiæ, ſed tantum efficere ut homo recipiens ſit gratus Deo: ex quo ſequi, Deum concreare ipſam gratiam . i. ſacramenta efficere, ut gratia illa quam tunc creat Deus, uniatur recipienti ſacra-

mentum

mentum. 8. ipſam gratiam phyſicè produci à ſacramentis. Hæc octo opinionum capita enumerat Vazquez, quibus omnibus improbatis tandem nona ſententia eſt, Sacramenta eſſe inſtrumenta moralia producendæ gratiæ.

XVI.

Nos miſſis hiſce andabatarum pugnis, Sacramenta cauſas eſſe agnoſcimus, veras, inſtrumentarias, morales, verum non efficiendæ gratiæ, ſed ejus ſignificandæ & obſignandæ, non in illis qui omni bono motu carent, ſed fidelibus tantum. Licet enim ſacramentum non faciat fides noſtra, neque id diſtrunt noſtra infidelitas, tamen fides eſt conditio quæ ad obſignationem requiritur ex parte recipientis. qua ceſſante, ceſſat obſignatio ob ſubjecti incapacitatem.

COROLLARIA.

1. *Sudor ſanguinis in Chriſto non fuit miraculoſus.*
2. *Vt nec egreſſus ſanguinis & aquæ è transfixo latere Chriſti.*
3. *Sanguinem è corde exiviſſe cenſemus, licet non excluſis vaſis vicinis.*
4. *Aquam è pericardio fluxiſſe ſtatuimus, licet ſimul cum ea egreſſum fuiſſe humorem collectum in cavitate thoracis nihil habeat abſurdi.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXX.

DE

Sacramentis in genere,

QUINTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN, Enchuſa-Bat.

Ad diem Iunij, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIↄ Iↄ c L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Spectatiſſimiſque Viris,

D. D. PRÆTORI, CONSVLIBVS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque celeberrimæ ac florentiſſimæ Enchuſanæ Reipublicæ SENATORIBVS,

Dominis ac Mæcenatibus meis honorandis.

UT ET

Reverendo, Clariſſimo, ac Eruditiſſimo Viro,

D. GUILIELMO BUYSERIO, linguæ Romanæ peritiſſimo, & Scholæ Enchuſanæ publico Præceptori vigilantiſſimo, digniſſimo, ſtudiorum meorum Fautori ſummo, multum de me merito, ideoque parentis loco mihi ſemper venerando.

NEC NON

Pietate ac probitate conſpicuo Viro,

D. MEYNHARDO MOSSEL, apud Enchuſanos Mercatori ſpectatiſſimo, eminentiſſimo,

DENIQUE

DOCTISSIMO JUVENI,

D. PETRO à SANE, Juriſprudentiæ ſtudioſo, amico integerrimo,

Se cum hocce Exercitio Theologico,
in grati animi ſymbolum,

L. M. Q. D. D. D.

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN. *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXX.

DE

Sacramentis in genere, QUINTA.

Theſis I.

POſt efficaciam ſacramentorum in genere, conſiderandus ſpeciatim venit *character* quē ex eis quædam animæ imprimere papiſtæ ſomniant. ita enim Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 9. *Si quis dixerit, in tribus ſacramentis, Baptiſmo ſcilicet, confirmatione, & ordine non imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, unde ea iterari non poſſint, anathema ſit.*

II.

Audacter ſane & impudenter. nam veteribus hoc totum commentum ignotum fuit. ut Scholaſticorum nonnulli non obſcure fatentur. Durandus: *Omnes moderni,* inquit, *profitentur imprimi characterem in aliquibus ſacramentis: & nos, loquentes ut plures, dicamus cum eis, characterem nonnihil eſſe.* Scotus, teſte Soto, *tenuiſſimam opinionem oſtendit ſe habere de charactere. Contendit enim probare, hujuſcemodi aſſertionem neque è S. literis, neque ex ſanctorum Patrum teſtimoniis colligi poſſe, neque vero per rationem naturalem. Et ſubjungit, quod cum neque Magiſter ſententiarum, neque Gratianus de Conſecr. Diſt. 4. ubi ſententias Patrum de Baptiſmo compilavit, de charactere mentionem fecerit, indicium eſt, non eſſe effectum ita multum neceſſarium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nihilominus propter ſolam eccleſiæ auctoritatem tutum non exiſtimat ipſum negare.

III.

Ita Gabriel: *Concluſio prima: characterem eſſe ponendum eo modo quo definitus eſt, nec ratio neceſſaria demonſtrat, nec evidens auctoritas probat.* Rubio: *Concluſio prima eſt, quod non oportet ponere characterem modo prædicto ſumtum imprimi alicui ſuſcipienti aliquod ſacramentum.* Et mox: *Tertia concluſio eſt, quod character ponitur in eſſe de facto ab Eccleſia. Hæc concluſio eſt vulgata; licet non videatur multum certa: cum nec ad hoc eſſe expreſſa determinatio Eccleſia videatur.*

IV.

Cajetanus non abſimiliter: *Sacramenta imprimere characterem, ex S. ſcriptura non habetur: ſed ex eccleſiæ auctoritate, & non multum antiqua.* Quæ cum ita ſint, quantæ immanitatis eſt, hanc opinionem anathemate ſancire, æquè cum certiſſimis antiquiſſimiſque articulis fidei?

V.

Sed eſto, credant characterem pontificii: quid per eum intelligant potius inquiramus. in quo mirum in modum diſſentientes eos habebimus. Etenim

VI.

1. Dubitatum olim, an eſſet character idem cum gratia? affirmavit Scotus: ſed nunc conſenſum, eſſe aliud. Gratiæ enim non niſi benè, at charactere etiam male uti quemquam poſſe. Gratiam deleri, at charàcterem minime: ideoque in damnatis eſſe characterem: gratiam

gratiam non item, quare non tantum ratione diſtingui, ſed re ſeparari. ita Biel.

VII.

2. Quod nam genus entis ſit? abſolutum an relatum? *Relatum* Scotus & Durandus credidit. Rubeus *importare quidem relationem*, ſed in hoc diſſenſum eſſe, quod *quidam ponunt iſtis relationibus non ſubeſſe aliquod accidens abſolutum, ſed immediate in anima fundari iſtas relationes: alii dicunt, quod fundantur hujuſmodi relationes ſuper qualitate.* Contra Bellarminus propoſ. 2. *Character*, inquit, *non eſt relatio, ſed abſoluta qualitas, ex qua tamen conſurgit relatio ſimilitudinis ad Chriſtum, cui configuramur per characterem.*

VIII.

3. Quod ſit ejus ſubjectum? Alii animæ *ſubſtantiam* cenſent, quibus favet Suarez, ac Bellarminus quoque. *Character*, inquiens, *ſacramentalis, in ſola anima eſt tanquam in ſubjecto.*

IX.

Alii *facultates*. Thom. art. 4. *Character eſt quoddam ſignaculum quo anima inſignitur, ad ſuſcipiendum, vel aliis tradendum ea quæ ſunt divini cultus. Divinus autem cultus in quibuſdam actibus conſiſtit. Ad actus autem proprie ordinantur potentiæ animæ, ſicut eſſentia ordinatur ad eſſe. Et ideo character non eſt, ſicut in ſubjecto, in eſſentia animæ, ſed in ejus potentia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Sed in qua tandem potentia? Thomas *intellectum* ponit. art. eod. reſp. ad 3. *Character*, inquiens, *ordinatur ad ea quæ ſunt divini cultus: qui quidem eſt quædam fidei proteſtatio per exteriora ſigna. Et ideo oportet quod character ſit in cognitiva potentia animæ, in qua eſt fides.* At Scotus *voluntatem* q. 3. de charact. quæ eſt 11. in ſextum: *Congruum eſt, ponere characterem formaliter in voluntate.*

XI.

4. Quodnam ſit qualitatis genus? Sunt qui putent eſſe qualitatem *primæ* ſpeciei. Suarez: *Dicendum exiſtimo, characterem eſſe qualitatem primæ ſpeciei, ſcilicet diſpoſitionem ſive habitum convenientem ipſi animæ, ac formaliter perficientem illam.* hanc ſententiam etiam Halenſi tribuit Greg. de Valentia.

XII.

In qua licet indiſtincte nominetur *diſpoſitio ſeu habitus*, quaſi perinde eſſet, obſervat Turrecremata, quoſdam elegiſſe medium inter utrumque: ut, inquantum eſt difficile mobilis, conveniat cum habitu, cum diſpoſitione autem, inquantum non eſt ultima perfectio.

XIII.

Alii ad *ſecundam* qualitatis ſpeciem referre malunt, ut Thomas, qui *potentiam* nominat. ita & Turrecremata,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ta, Soto, Rubeus, Cajetanus. adverſus quos Suarez prolixè diſputat, & diſcurrendo per ſingulos characteres, difficultatem hujus ſententiæ oſtendit.

XIV.

Alii ad *tertiam*, quia animæ inferat quandam *paſſionem*, dum eam ornat & decorat. Refutantur à Thoma, Turrecremata, Rubeo.

XV.

Alii ad *quartam*. ut Marſilius, teſtibus Valentiâ & Suarezio. nimirum vim faciens in vocabulo *characteris*, quo ſignificatur *figura*, quam Ariſtot. quarto loco numerat in qualitatibus. refutatur ab iiſdem qui ſup. & aliis.

XVI.

Alii ad *nullam*. niſi fallit Suarez, qui Thomæ id attribuit. *Prima*, inquiens, *ſententia eſt, proprie & directè in nulla eſſe, ſed ſolum reductivè. Ita ſentit Thomas hic art. 2. & probabile judicat Richardus in 4. Diſt. 5. a. 2. q. 1.* ipſe Suarez eam refellit, docetque *negari non poſſe, quin character ſit ſimpliciter & univocè qualitas.*

XVII.

Ita, velut talpæ, totum Qualitatis Ariſtotelicæ prædicamentum ſurſum deorſum ruſpati, nihil invenire potuerunt

tuerunt in quo tuto acquieſcerent. Nos, qui videmus characterem neque in ſcripturis tradi, neque ratione ulla idonea fulciri, longè eam à vera Theologia exulare jubemus.

COROLLARIA.

I.

In paſſione Chriſti non fuit deſperatio.

2.

Chriſtus non fuit mortuus pro omnibus & ſingulis.

3.

Sed pro electis tantum.

4.

Deſcenſus Chriſti ad inferos non eſt proprie accipiendus.

5.

Nec mortuo Chriſto ſed vivo attribuendus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXI.

DE

Sacramentis in genere,

SEXTA & ULTIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.

Ad diem 11. *Iunij, loco ſolito, horâ* 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ libertatis Propugnatoribus acerrimis.

UT ET

Nobiliſſimo, Auguſtiſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

AMSTELODAMENSIVM REIPUBLICÆ MAGISTRATVI,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

Hoc Exercitium Theologicum

D. D. D.

PETRVS MVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXI.

DE

Sacramentis in genere,

SEXTA & ULTIMA.

THESIS I.

ADverſus aſſertionem noſtram in fine ſuperioris diſputationis, operæ pretium eſt ea ad examen vocare quæ pontificii pro ſuo charactere è ſacris literis adducunt.

II.

Quod antequam faciant, primo proteſtantur, *ſcripturæ locos per ſe non cogere, niſi ſuppoſita traditione eccleſiæ, & veritate characteris*. ita Suarez. q. d. tum iis ſcripturis probandum characterem, cum nobis perſuaſum prius fuerit iis locis characterem probari. egregie! Ipſos tamen locos conſideremus, ac primum ex V. Teſt.

III.

1. Ieſ. *66. 18. 19.* loquens Dominus de vocatione gentium, *Omnes*, inquit, *gentes & linguæ venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis ſignum*. hoc ſignum nihil aliud eſſe quam characterem hunc ſacramentalem diverſum à gratiâ affirmat Cotonus. verum

IV.

Bellarminus haud paulo cautior; *Quamvis*, inquit, *per hoc ſignum poſſit intelligi ſignum crucis, aut aliquid aliud: tamen nihil repugnat, ſi dicamus intelligi characterem*. Convertet hoc qui volet adverſus Bellarminum, his verbis: Quamvis tu dicas intelligi ſacramentalem characterem; tamen nihil repugnat quo minus per ſignum hoc poſſit intelligi ſignum crucis, aut ALIQUID ALIUD. ſed rem ipſam videamus.

 V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Emanuel Sa notavit, *ſignum* ibi eſſe *vexillum.* quod ſi verum eſt, repugnat intelligi characterem, is enim *ſingulis* imponitur, at vexillum unum *omnibus* proponitur. unde inconſiderate dictum, *nihil repugnare ſi dixeris intelligi characterem.*

VI.

2. Ezech. 9. 4. memoratur *ſignum Thau in frontibus gementium & dolentium.* id ſignum eſt character. Reſp. Negant hoc & Bell. & Cotonus. ille, quia de ſigno crucis ſit inſcripto frontibus; hic quia ſit peculiare Iudæis. Atque hac ratione Bell. ipſe convellit quod dixerat ad locum ſuperiorem, nempe nihil repugnare ſi & ſignum crucis & character intelligatur; hic uno poſito, alterum tolli profitetur.

VII.

Nos neque crucem hic intelligi certi ſumus, cum Thau Hebræorum (aut etiam Samaritanorum) crucem non repræſentet, nec literam ea vox ibi deſignet, ſed *ſignum* indefinite, ut patet ex voce præcedente התוית. Nec characterem ſacramentalem, quem ſcriptura ignorat, ſed fidem in corde, confeſſionem in ore & opere. v. Rom. 10. 10. quo & reſpicit Io. Apoc. 7. 5. 6. ſeqq.

VIII.

3. Circumciſio (ait Bell.) fuit ſignum baptiſmi. at hæc non tantum præcidebat carnem, in ſignum juſtificationis, ſed etiam relinquebat in carne velut cauterium, quo diſcernebantur Judæi à non Iudæis. Quod cauterium ſiquid ſignificat, certe ſignificat characterem, quem in anima gerunt Chriſtiani.

IX.

Reſp. quot commata, tot flagitia: 1. circumciſionem eſſe

eſſe ſignum baptiſmi. erunt ergo ſigna ſignorum. 2. cicatricem è vulnere relictum vocari cauterium. de quo viderint medici. 3. illud cauterium *ſiquid ſignificat*, hoc vel illud ſignificare. aſſumendam enim erat, atqui *aliquid ſignificat*, idque demonſtrandum. 4. poſito quod aliquid ſignificet, *certè* ſignificare characterem. quis unquam impudentius principium petiit? unde enim hæc certitudo? mitto reliqua. ut & quod de ſanguine agni qui poſtes Iſraëlitarum ſignabat hariolantur, per quem tamen crucis ſignum adumbratum plerique malunt. meri enim hi ſunt εἰκασμοὶ, conjecturæ, quæ nihil probant.

X.

Ex Novo Teſtamento 1. citant locum 2. Cor. 1. 21. 22. *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſtum, & qui unxit nos Deus: qui & ſignavit nos: & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* hic textus multi eis uſus eſt. Etenim,

XI.

Cum Deum nos *confirmare* legunt, *confirmationis* ſacramentum deſignari nonnulli ex illis ſentiunt. è quibus eſt Suarez. quod tamen improbat Vazques.

XII.

Quum nos *ungi, ſignari, pignus accipere* audiunt. Tres effectus poni dicunt regenerationis & juſtificationis, quæ fiat in Baptiſmo 1. *Unctionem*, qua fiat per gratiam gratum facientem. 2. *ſignum*, ſive *obſignationem* qua conſecremur Deo, & deputemur ad ejus cultum, & hanc eſſe *characterem* ſacramentalem. 3. *pignus* Spiritus .i. teſtimonium bonæ conſcientiæ, quod ſequitur juſtificationem, & ſit velut arrhabo futuræ gloriæ.

XIII

Nos reliquis omiſſis, quærimus unde probent ſignum illud eſſe characterem? reſpondet Thomas art. 1. *Apo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtolus dicit, Qui unxit nos Deus eſt, & qui ſignavit nos: & qui dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. Sed nihil aliud importat character, quam quandam ſignationem. Ergo videtur quod Deus per Sacramentum nobis ſuum characterem imprimat.

XIV.

Ubi mireris tantum Doctorem argumentari affirmatè in ſecunda figura. hæc enim argumenti ejus vis eſt: Qui characterem ſacramentalem imprimit, ſignat: At Deus non ſignavit: Ergo nobis characterem ſacramentalem impreſſit. major probatur; quia nihil aliud importat character quam quandam ſignationem.

XV.

Puduit, ut opinor, ſophiſmatis Suarezium. ideo, *Apparentior eſt*, inquit, *aliorum expoſitio, qui dicunt illam conſignationem fieri per gratiam ſanctificantem, & judicant, per illa tria, Qui unxit, ſignavit, & dedit pignus ſpiritus, eandem gratiam ſignificari: illa enim ungimur, & in filios Dei ſignamur, & pignus eſt, arrhaque gloriæ futuræ.* confer Chryſoſt. Theodoret. Oecum. Ambroſ. Cajet. Guillaudum, Iuſtinianum Ieſuitam, quorum alii fidem alii vocationem efficacem, aut etiam prædeſtinationem &c. intelligunt. quamquem Anſelmus, Lombardus, Lyranus, Thomas (alibi) de ſigno crucis quiddam adjiciunt. nemini paulò vetuſtiori in mentem venit de charactere hic agi.

XVI.

Secundus locus eſt Eph. 1. 13. 14. *In quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis Sancto, qui eſt pignus hæreditatis.* ecce, inquit Bell. *poſtquam credidiſtis.* ergo loquitur de baptiſmate, quod datur poſt fidem, Reſp. iterum affirmans in ſecunda figura: Obſignatio hæc datur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tur poſt fidem. Baptiſmus datur poſt fidem: Ergo baptiſmus eſt hæc obſignatio, idem autem probam poſſet de cœna, nam & ipſa datur poſt fidem. ut mittam non concludi quod intenditur, nempe *characterem* eſſe hanc obſignationem &c.

XVII.

Porro locus ita manifeſtus eſt, ut Salmeroni Ieſuitæ hanc confeſſionem expreſſerit: *Deus eſt obſignans; homo, maxime quoad partem ſpiritus attinet, obſignatus: Et ſpiritus Sanctus eſt ipſum ſigillum & ſignaculum, quo diſtinguimur à agentibus infidelibus, & filiis Satanæ.* Spiritum illum, *gratiam juſtificantem* exponit Iuſtinianus, *beneficium juſtificationis* (quod idem eſt) Thomas. quanquam ille quiddam addit de Spiritu *promiſſô* Apoſtolis, & aſpectabili ſpecie in eos effuſo. quæ omnia multum abludunt à charactere ſacramentali.

XVIII.

Tertius locus eſt Eph. 4. 30. *Nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemtionis.* Dies redemtionis, inquit Bell. eſt dies baptiſmi. atqui (addit Valentianus) loquitur Paulus etiam cum improbis, agit ergo de ſignaculo quodam etiam illis communi, & per conſequens differente à gratiâ, quod eſt character.

XIX.

Quibus opponimus Vazquezium, qui recitato hoc textu, *per diem,* inquit, *redemtionis intelligunt aliqui diem regenerationis baptiſmi: & ita prædictum locum de charactere ipſius interpretantur. Verum, quia catholica veritas, quam propoſuimus, his teſtimoniis præcipuè non nititur, ſed traditioni: & hæc loca Patres & interpretes ſcripturæ variè intelligunt, eorum examinatione ſuperſedere decrevi.* Nos obſervemus

vemus, non eſſe in textu *in die redemtionis* (licet ita habeat Vulgata) ſed εἰς ἡμέραν, *in diem*, quo notatur τὸ ἀμεταμέλητον hujus ſignaculi, quod uſque ad diem Chriſti electis hærebit, non autē quod datum ſit *in die* baptiſmi.

XX.

Mentitur porro Vazques, cum ait Paulum etiam improbis loqui, quomodo enim ad tales pertinent iſta: *Vocatio qua vocati eſtis*. v. 1. *Vocati eſtis in unam ſpem vocationis*. v. 4. *Vos non ita didiciſtis Chriſtum*. v. 20. *Sicut & Deus in Chriſto condonavit vobis*. v. 32. &c. unde tota vis argumenti hujus in fumum abit.

XXI.

Quartum locum notavit Valentianus ex 1. Tim. 4. 14. *Noli negligere gratiam Dei quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, per impoſitionem manuum presbyterii.* id eſt, inquit, characterem.

XXII.

Sed non patitur hoc Suarez. ait enim: *De charactere Ordinis nullum invenio ſcriptnræ locum, in quo ſatis inſinuetur. Nam illud* 1. *Tim*. 4. *Noli negligere: & poſterioris* 1. 6. *ut reſuſcites gratiam: Hæc, inquam, loca ſufficienter intelliguntur de gratia gratum faciente.*

XXIII.

Quanquam hic indiligenter ſanè fuit Suarez, nam *gratia gratis data* (ut loquuntur) hic potius denotatur. nimirum vel doctrina, vel epiſcopatus. ut interpretantur Chryſoſt. Theodoret. Oecum. Anſelmus, Lombardus, Thomas, Cajetanus, Gagnæus, Salmero, alii. utrumvis autem ſumas. nihil facit ad characterem.

COROLLARIA.

1. *Chriſtus exaltatus fuit ſecundum utramque natnram, ſed diverſimode.*
2. *Exaltatio Chriſti non ante, ſed poſt paßionem, mortem, ſepulturam facta fuit.*
3. *Chriſtus ſe ipſum ſuſcitavst à mortuis divina ſua potentia.*
4. *Reſurrexit in ipſa carne in qua mortuus erat.*
5. *Sola fide juſtificamur.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXII.

DE

Falſis Sacramentis, prima, quæ eſt de Confirmatione.

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICUS SWALMIUS, Graveſandenſis.

Ad diem   Iunij, loco ſolito, horâ 8.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Vndicibus ſtrenuiſſimis,

Conſultiſſimo ac Spectatiſſimo

Florentiſſimæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATVI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis omni honore proſequendis,

UT ET

Doctiſſimis, Clariſſimiſque Viris,

D. HENRICO SWALMIO,

D. ELEAZARO SWALMIO,

Huic Harlemianæ Eccleſiæ Anteceſſori graviſsimo, perpetuo, Scholarchæ vigilantiſsimo, Illi Eccleſiæ Amſtelodamenſis Paſtori indefeſſo, ſimul etiam Scholæ Curatori prudentiſsimo,

Avunculis ſuis venerandis.

Se & hanc Diſputationem,

D. D. D.

HENRICUS SWALMIUS, *Reſp*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLXXII.

DE

Falſis Sacramentis, prima, quæ eſt de Confirmatione.

THESIS I.

SEptenarium ſacramentorum numerum primus omnium tradidit Lombardus, l. 4. diſt. 2. quem ſequuti deinde ſunt omnes ſcholaſtici. & ab his ſumſit Eugenius 4. Commonitorio ad Armenos c. 5.

II.

Tridentinum denique concilium anathemate ſancivit Seſſ. 7. can. 1. per hæc verba: *Siquis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro conſtituta, aut vel plura, vel pauciora quam ſeptem, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum non eſſe verè & proprie ſacramentum, anathema ſit.*

III.

Nos contra, cum duo tantum ſacramenta tradat ſcriptura, videlicet Baptiſmum & ſ. cœnam reliqua omnia è manipulo ſacramentorum expungimus.

IV.

Primo, quia de numero hoc ſacramentorum, nullum ſcripturæ locum, nullam ſolidam ex ea conſequentiam afferunt, aut afferre poſſunt. quas autem excogitarunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſpeculationes, petitas à laudibus hujus numeri in genere, à ſimilitudine vitæ corporalis & ſpiritualis &c. eas Bellarminus *negat eſſe fundamenta demonſtrationeſve: ſed tantum congruentias, ſuppoſita fide. Solere enim ſcholaſticos, ea quæ ex fide habemus, oſtendere non repugnare rationi, ſed eſſe potius conformia.* Cum ergo, nobis non ſit ex fide ſeptenarius ſacramentorum numerus, fruſtra illuſtratur antequam probatus ſit.

V.

Adhæc docet Suarez, *in his congruentiis & proportionibus non eſſe petendam exactam ſimilitudinem, neque abſolutam demonſtrationem, quæ oſtendat, id quod factum eſt ita eſſe conveniens ut non poſſit alio convenienti modo fieri; conſtat enim hoc non eſſe neceſſarium.* Summa eſt, nihil obſtare, quominus aliis quibuſdam congruentiis & proportionibus oſtendatur unicum eſſe ſacramentum, vel duo, vel alia quotcunque.

VI.

Secundo, quia de nullo horum quinque ſacramentorum, ut vocant, demonſtrare poſſunt, eſſe vere ſacramentum: imo contrarium clare poteſt evinci. quod apparebit eunti per ſingula.

VII.

Ac primo ad partes vocemus *Confirmationem*, quam in ſacramentis ſecundo loco poſt baptiſmum ſolent numerare, eam ita deſcribit Gabr. Biel: *Confirmatio eſt unctio hominis viatoris baptizati, aliqualiter conſentientis, vel ante ſuſceptionem rationis uſum non habentis, facta in in fronte figura crucis cum chriſmate ſanctificato, à miniſtro idoneo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

idoneo, ſimul cum debita intentione, certa verba proferente ex inſtitutione, ſed cauſans unctionem animam per gratiam roborantem, ad confitendam fiducialiter Chriſti fidem.

VIII.

Materiam ejus diſtinguunt in *remotam* & *propinquam.* *Illam* eſſe oleum balſamo admiſtum cum conſecratione epiſcopi. *Hanc* autem unctionem ex eo oleo in fronte adhibitam in formam crucis. poſtremum hoc nos vocaremus *formam externam.* eſt enim ritus quo ſacramentum hoc (putativum) adminiſtratur.

IX.

Ad quam etiam pertinent verba quibus in hac actione utuntur, & in quibus ſacramenti *formam* conſiſtere ipſi profitentur: *Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

X.

Effectum ponunt geminum. 1. *gratiæ ſacramentalis.* 2. *characteris.* prior eſt *gratia gratum faciens* quæ hic major detur quam in baptiſmo in ordine ad roborandam animam contra diaboli inſultus, licet minor in ordine ad remiſſionem peccati, cum non remittat totam poenam. Poſterior, eſt character ille quo aſcribimur in Chriſti militiam, ſicut per baptiſmum in familiam.

XI.

Miniſtrum ordinarium eſſe ajunt ſolum Epiſcopum, extra ordinem, ex diſpenſatione, aut vero commiſſione ſummi pontificis, quemcunque ſimplicem ſacerdotem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

videamus quomodo iſta omnia probent.

XII.

Quidam ergo negant hoc ſacramentum à Chriſto inſtitutum eſſe Biel in 4. Diſt. 7. *Vna*, inquit, *opinio eſt quam tenet Alexander, quod ſacramentum illud non eſt inſtitutum, neque à Chriſto, neque ab Apoſtolis: tum quod non legitur in ſcripturis, quando, vel ubi: tum quod neque Chriſtus, neque Apoſtoli uſi ſunt hac materia, neque hac forma, ſed ſola manuum impoſitione. Sed dicitur, quod Confirmatio inſtituta eſt ab Eccleſia, in concilio Meldenſi. Hanc opinionem ſequitur Bonaventura.*

XIII.

Secunda opinio (ait idem) *tenet quod ſacramentum illud ſit inſtitutum ab Apoſtolis, & ab eis collatum & miniſtratum, qui fuerunt quaſi baſes eccleſiæ.*

XIV.

Ambas has (ejuſdem verba ſunt) *opiniones reprobavit S. Thomas. Nam cum fundamentum cujuſlibet legis in ſacramentis conſiſtat, ſacramenta non poſſunt inſtitui niſi per legiſlatorem. Sed quoniam neque eccleſia eſt legiſlatrix, neque Apoſtoli legiſlatores, licet dicantur eccleſiæ baſes; ideo ſacramenta inſtituere non potuerunt: ſed illius eſt inſtituere, cujus eſt Sacramentis efficaciam dare: quod ſolius Dei eſt. Vnde eſt tertia opinio, quod ſicut cætera omnia ſacramenta novæ legis, ita Confirmatio à Chriſto inſtituta eſt.*

XV.

Hæc ſententia retinetur ab omnibus nunc papiſtis. unde Suarez : *Dicendum eſt*, inquit, *hoc ſacramentum fuiſſe à Chriſto Domino immediate inſtitutum. Et ratio generalis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ralis eſt, quia inſtitutio ſacramenti pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quam ſolus Chriſtus habuit. Item quia ſolus ipſe potuit effectum gratiæ infallibiliter promittere per ſignum viſibile.

XVI.

Diſſentiunt tamen in modo, aliis inſtitutum à Chriſto dicentibus, *actu* ipſo, aliis *mandato.* utrumque conjungit Iancerus in Probat. Sacram. c. 4. *Auctor,* inquiens, *hujus ſacramenti Chriſtus eſt, tum conferendo, tum promittendo.* 1. *conferendo: ipſe eum primus uſus eſt impoſitione manuum in infantibus* (Matth. 19. 13. &c.) ita & Conc. Senonenſe decr. 10. *Sacramentum confirmationis Chriſtus inſtituit, cum parvulis manus imponeret.*

XVII.

Contra Suarez Diſp. 32. ſect. 6. *Veriſſimum eſt,* inquit, *Chriſtum Dominum nunquam ſuis manibus dediſſe ſacramentum hoc: imo neque ante aſcenſionem ejus fuiſſe ab aliquo miniſtratum.* & de loco Matthæi, *Quamvis,* inquit, *gratis demus, ibi fuiſſe aliquo modo adumbratum hoc ſacramentum; quod tamen ibi fuerit inſtitutum, nullo fundamento affirmari poteſt: ibi enim nulla promiſſio, nullum, præceptum, nulla materiæ & formæ deſignatio legitur, ſine quibus ſacramenti inſtitutio eſſe non poteſt. Item, veriſimile non eſt, Chriſtum pueros illos confirmaſſe, quia decuit, hoc ſacramentum ante Chriſti glorificationem non miniſtrari. & alioqui, illi pueri nondum baptizati, neque ad hunc finem Chriſto offerebantur, ſed ut ab eo benedicerentur.*

XVIII.

Alii inſtitutum fuiſſe hariolantur in nocte cœnæ Dominicæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

minicæ ex Fabiani Epiſt. 2. & quibuſdam aliis. & Suarez non improbat, quia *nullum queat excogitari tempus commodius*. At nos non quid *excogitari*; ſed quid *probari* poſſit indagamus.

XIX.

Alii poſt reſurrectionem, cum in Apoſtolos inſufflavit Dominus, dicens, *Accipite Spiritum Sanctum*. Io. 20. 22. ſed rejiciunt hoc & Suarez & Soto merito, cum nec *ſignum* conveniat, puta inſufflatio nec *res ſignata*, puta poteſtas remittendi peccata quorum neutrum in confirmatione locum habet.

COROLLARIA.

1. *Chriſtus aſcendit ad cœlum ſecundum humanitatem, non divinitatem.*

2. *Cœlum illud locus eſt.*

3. *Et Aſcenſio localis.*

4. *Eſtque, ut ſubjective in humana, ita effectivè à divina natura.*

5. *Viſibilis fuit, non inviſibilis.*

6. *Non fuit diſparitio.*

7. *Nec corporis Chriſti glorificatio.*

8. *Non manſit Chriſtus corpore ſuo in terra.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXIII.
DE

Falſis Sacramentis, ſecunda, quæ eſt de Confirmatione, altera:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HENRICUS ALUTARIUS, Roterodamenſis.

Ad diem Iunij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Vindicibus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Ampliſſimis, Spectatiſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. MICHAëLI PALUDANO, J. U. D. illuſtriſſ. conſilii rerum maritimarum quod eſt Rotterod. Senatori, & Fiſci advocato digniſſimo, de me plurimum merito, indieſque merenti.

D. REGNERO BERCKELIO, Rotterod. Paſtori vigilantiſſimo, Theologo graviſſimo, mihi addictiſſimo,

D. PHILIPPO PALUDANO, J. U. D. Scielandiæ Scabino æquiſſimo, Fautori ſummo,

Me & haſce Theſes obſervantiæ & affectus cauſa,

L. M. Q. D. D. D.

HENRICUS ALUTARIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXIII.

DE

Falſis Sacramentis, ſecunda, quæ eſt de Confirmatione, altera.

Thesis I.

POſt velitationes haſce circa ſacramentum confirmationis, ſibi propius ad rem accedendum vident pontificii: *Nam res hæc* (inquit Suarez) *eſt de fide: quæ imprimis ex S. ſcriptura colligenda eſt.* Inde ergo colligere conantur 1. promiſſionem gratiæ. 2. ſignum ſenſibile. 3. mandatum divinum. quæ tria ad eſſentiam ſacramenti proprie dicti requiri Bell. agnoſcit.

II.

Promiſſionem petunt ex iis locis quibus Chriſtus apoſtolis promiſit Spiritum Sanctum, Luc. 24. 28. Io. 14. 16. & 15. 26. & 16. 13. Act. 1. 5.

III.

Signum ex iis locis, quibus manus impoſitæ dicuntur iis qui erant baptizati, ut acciperent Spiritum Sanctum, Act. 8. 17. & 19. 6.

IV.

Mandatum cum non inveniat Bell. ſubſtituit ei man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

dati exequutionem, neque enim id ordinarie feciſſent apoſtoli, niſi Dominus hoc mandaſſet. probat executionem ſive praxin hanc è locis modo citatis, quibus adjicit Heb. 6. 2.

V.

Nos hæc nihil ad confirmationem ſpectare inde evincimus, quod ea fit per *unctionem*, quam nullam illa loca commemorant, non fit per *impoſitionem manuum*, quam tamen ſolam ea nominant.

VI.

Nam quod extenſionem manuum epiſcopi orantis, item ſignationem atque unctionem in fronte, quia manu fit, manuum impoſitionem eſſe ait, prorſus eſt nugatorium. quum & in baptiſmo & in euchariſtia extendantur manus, nec tamen imponi dicantur &c.

VII.

Neque probatur id ex Marci 7. 32. 33. ubi Chriſtus rogatus ut imponeret manus lunatico, digito linguam & aures tetigiſſe dicitur. reſpondemus enim, Chriſtum exaudiſſe preces orantium ut ſanaret: ſed rationem ſanandi ſuo arbitrio, non alieno, uſurpaſſe. non fuit ergo attactus ille per digitum, manuum impoſitio.

VIII.

Supereſt, ut illud quod ad extremum hujus pompæ fit, impoſitionem manuum eſſe dicamus. omnibus enim pera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

peractis epiſcopus *leniter percuſſa maxilla, dicit, pax tecum.* ſed ſi maxillam percutere idem ſit quod manus imponere, dicendum eſt Tzidkiam Michæ, ſervum pontificis Chriſto, & alium Paulo, cum hoc facerent, manum impoſuiſſe. quo quid magis ridiculum? v. 1 Reg. 22. 24. Io. 18. 22. Act. 23. 2.

IX.

Dicendum ergo cum Suarezio ſect. 4. (ſecundum illam opinionem quam reliquis præfert) *illam priorem ſimplicem manus impoſitionem, revera non fuiſſe ſacramentum Confirmationis quod nunc* (inquit) *habemus: quia in ritu ſenſibili valde differebat.*

X.

Vnde quod de *promiſſione* dicunt, ſacramentum facere non poteſt, cum non fuerit conjuncta *ſigno*, nec quod ſemel atque iterum ad impoſitionem manuum ſit collatus Spiritus, nam & ad linguas igneas &c. effuſus fuit, quæ tamen ideo ſacramenti loco non habentur.

XI.

Ut taceam nunquam hoc factum ſine miraculo. & promiſſiones pleraſque fuiſſe apoſtolis ſpeciatim datas: & ſiquæ ad omnes ſpectant, non ſtatim omnibus promiſſis addita ſacramenta, quod infinitum eſſet. Ut nec ex uno alterove apoſtolorum actu, praxeos perpetuitatem, aut mandatum Domini concludi poſſe, cum ex præſenti inſpiratione multa egerint. exemplum in ſudariis & ſemicinctiis Actor. 19. 12. in complexu mortui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſuſcitandi c. 20. 10. At non omnis inſpiratio eſt lex perpetua ecclesiæ, nam eſt etiam ad peculiares actus.

XII.

Neque id infert locus Heb. 6. 2. Nam præter hanc manuum impoſitionem qua ſuam confirmationem denotari cenſent, fatetur Thomas etiam alias fuiſſe, ut eam per quam fiebant miracula, item quæ adhibebatur in ſacramento ordinis. Salmero putat intelligi initialem impoſitionem manuum ſuper catechumenos præparandos ad accipiendum baptiſmum, & energumenos ad expellendos dæmonas. Nos non alienum à vero arbitramur miniſterium totum ſignificari per manuum impoſitionem, qui ritus in eo erat uſitatus.

XIII.

Quum ergo hoc ſacramentum revera nullum ſit, nullum quoque ejus effectum, nullam ſacramentalem gratiam, nullum ab eo impreſſum characterem, ut loquuntur, oportet eſſe.

XIV.

Ut nec ullam ejus recipiendi neceſſitatem. quam tamen videntur aſſeruiſſe qui Melchiadis ſubornarunt epiſtolam, aſſerentem, *continuo morientibus ſufficere baptiſmum, ſed victuris neceſſaria eſſe Confirmationis auxilia: nec debere ea duo ſacramenta divelli, imo ne poſſe quidem unum ſine altero rite perfici.*

XV.

XV.

Et Gratianus de Conſecratione Diſt. 5. Canone, *Vt jejuni*, ex Concilio Aurelianenſi, *Nunquam* (inquit) *erit Chriſtianus, niſi in Confirmatione epiſcopali fuerit chriſmatus.*

XVI.

Sed poſteriores tam duram ſententiam molliverunt. alii enim (Suarezio referente) præceptum jure divino tunc ſolum eſſe aſſerunt, cum confitenda eſt ſides coram tyranno, ſi tamen commodè fieri queat.

XVII.

Alii, eſſe præceptum duntaxat eccleſiaſticum, non autem divinum: alii denique, nullum eſſe, ſed uniuſcujuſque permiſſum arbitrio.

XVIII.

Unde Suarez voluntariam omiſſionem negat ullum eſſe peccatum ex vi objecti & intrinſecæ obligationis, quandoquidem is actus ſit in conſilio, non à præcepto. Sed per accidens tamen poſſe fieri peccatum, vel veniale, vel mortale: nempe ſi contemtus accedat, vel temeritas, vel ſcandalum, vel quid aliud.

XIX.

Quam ſententiam Gregorius de Valentia his temporibus ait eſſe communem, nempe ex nullo præcepto aut divino aut eccleſiaſtico teneri homines ſuſcipere hoc ſacramentum, ita ut omittere, cum recipi poteſt, ſit

pecca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

peccatum mortale. quæ omnia hujus commenti (non autem ſacramenti) vanitatem arguunt.

COROLLARIA.

1.

SEſſio Chriſti ad dexteram Patris conſiſtit in gloria ejus & honore ſupra omnes creaturas.

2.

Item in poteſtate illa & imperio, quo tanquam rex eccleſiæ eam efficaciter colligit, tuetur, & tandem plenè liberat.

3.

Non autem conſiſtit in gloria illa & regno naturali, quod ei cum Patre & Spiritu Sancto commune eſt.

4.

Nec fuit ante, ſed poſt paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem.

5.

Convenit Chriſto ſecundum utramque naturam, ſed diverſimode.

6.

Cauſa ejus meritoria nulla eſt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXIV.
DE

Falſis Sacramentis, tertia, quæ eſt de Pœnitentia:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

JOHANNES GEMAER,

Ad diem Iunij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

NEC NON

Ampliſſimo, Spectatiſſimo, Conſultiſſimo,

Florentiſſimæ ac Celeberrimæ

LEIDENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATVI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis honorandis.

UT ET

Reverendo, Doctrinâ, Pietate Conſpicuo Viro,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theologiæ Doctori, & Colleg. Theol. Illuſtr. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſ. Regenti prudentiſſimo, Præſidi venerando,

Hanc Diſputationem Theologicam,

ſubmiſsè offert,

JOHANNES GEMAER, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLXXIV.
DE
Falſis Sacramentis, tertia, quæ eſt de Pœnitentia.

THESIS I.

SEquatur ſacramentum pœnitentiæ, quod ita definiunt: *Pœnitentia eſt ſacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditos, legitime confitentes peccata ſua, cum debita deteſtatione, & propoſito ſatisfaciendi, ab eis, ſalutari ſatisfactione impoſita, abſolvit.*

II.

De hac Conc. Trid. Seſſ. 14. can. 1. *Siquis dixerit in Catholica eccleſia pœnitentiam non eſſe verè & propriè ſacramentum, pro fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſis Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.*

III.

Argumentum primum quo opinionem ſuam probant, ſuppeditat Catech. Trident. ex Thoma: *Quod Pœnitentia ſacramentum ſit, Paſtores ita facile oſtendent: Vt enim baptiſmus ſacramentum eſt, quia peccata omnia, ac præſertim quod origine contractum fuit, delet: eadem ratione pœnitentia, quæ peccata omnia, poſt baptiſmum voluntate, vel actione ſuſcepta tollit, verè & propriè ſacramentum dicendum eſt.*

IV.

Illius argumenti hanc formam oportet eſſe: Quicquid omnia peccata tollit, eſt ſacramentum: At pœnitentia tollit omnia peccata (ſaltem poſt baptiſmum) Ergo eſt ſacramentum. major illuſtratur exemplo baptiſmi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

V.

Quam nos ita diſtinguimus: Tolluntur peccata vel efficienter, vel formaliter, vel ſignificative: Efficienter tollit peccata Dei gratia, formaliter reſipiſcentia, ſignificative ſacramenta. Iam vero, 1. quod effective tollit peccata non eſt ſacramentum, nam gratia Dei nullo modo poteſt dici ſacramentum, cum ſacramenta ſint ſigna gratiæ. 2. Quod peccatum tollit formaliter non eſt ſacramentum. alioqui ſingulæ virtutes eſſent ſacramenta, tollunt enim formaliter vitia ſibi oppoſita. 3. quod ſignificative tollit peccata, ſacramentum eſſe non diffitemur. At hoc facere pœnitentiam negamus, hoc argumento, quia ea tollit formaliter, eſt enim virtus. ergo non ſignificative.

VI.

Alterum papiſtarum argumentum petitur à ſacramenti definitione, hunc ad modum: Omne ſignum ſenſibile ad ſanctificandum hominem inſtitutum, habens pactum gratiæ Dei, & faciens interius quod exterius repræſentat, eſt ſacramentum: At pœnitentia eſt ejuſmodi ſignum; Ergo eſt ſacramentum.

VII.

Major, licet explicationis indigeat, in ſano tamen ſenſu admitti poteſt. ſed Minor nullo modo. Negamus ergo ullum ſacramentale ſignum in pœnitentia. quod ut melius intelligatur, conſideranda primo ipſorum pontificiorum ſuper hoc ſigno explicatio.

VIII.

Signi ergo conſiderant materiam & formam: materiam diſtribuunt in remotam & propinquam: remotam dicunt eſſe peccata; propinquam actus pœnitentis, qui tres ſunt; contritio, confeſſio, ſatiſfactio. formam con-

ſtituunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſtituunt in verbis ſacerdotis: Ego te abſolvo à peccatis tuis. Hæc ſententia communior.

IX.

In qua primo negamus peccata eſſe poſſe materiam ſacramenti (licet id ſtatuant Thomas, Hoſius, Soto) niſi putido ſophiſmate materiam *circa quam* .i. objectum huc quis trahat, cum quæratur de *materia ex qua*; quæ ſola pars eſt formæ oppoſita. Convictus fuit de rei inſulſitate Bellarm. Itaque c. 15. *Neque peccatum*, inquit, *neque peccator, talis materia dici poteſt, ex qua tanquam ex altera parte Sacramentum perficiatur: ſed potius circa quod ſacramentum operetur: quemadmodum corporalis morbus, aut ægrotus, non eſt id ex quo medicamentum conſtet, ſed in quod vim ſuam medicamentum exerat.*

X.

Quod Thomas id probare conatur ex 2. Cor. 12. 21. *Non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & impudicitia quam geſſerunt*, riſu dignum eſt. quaſi inde ſequatur immunditiam &c. eſſe partem pœnitentiæ, ac non potius vel occaſionem, vel materiam circa quam .i. objectum. ut taceam nihil ibi de ſacramento agi, ſed de converſione ad Deum. confer Matth. 11. 21. Luc. 13. 3.

XI.

Secundo negamus actus pœnitentis materiam ſacramenti eſſe poſſe, niſi hoc unum à deſcriptione reliquorum omnium ſacramentorum excluſum velint. Ait enim Catech. Trident. *in eo maxime hoc ſacramentum ab aliis differre; quod aliorum ſacramentorum materia eſt res aliqua naturalis, vel arte effecta: ſacramenti vero pœnitentiæ quaſi materia ſunt actus pœnitentis.*

XII.

Vnde ita diſputamus: Quæ definitione differunt, ea

conſtituuntur ſub diverſis rerum generibus. Cum igitur definitio ſacramenti comprehendat ſigna corporalia & viſibilia, neceſſe eſt, ubi illa non reperiuntur ne ſacramenta quidem eſſe. unde ex eorum numero pœnitentiam expungendam eſſe liquet.

XIII.

Rurſus materia ſacramenti præſtatur & porrigitur à miniſtro. at actus pœnitentis ab eo non præſtantur, &c. non ſunt ergo materia ſacramenti.

XIV.

Item, materia ſacramenti rem ſpiritualem ſignificat: at vero actus pœnitentis non ſignificant rem ſpiritualem, qua hic eſt remiſſio peccatorum: non ſunt ergo materia ſacramenti.

XV.

Sublata materia, de forma etiam facile tranſigemus. negamus enim eam in ſolis verbis abſolutionis poſſe conſiſtere. Etenim (ut recte Raymundus de Sebon agens de ſacramentis, ait) *Vt ſignificatio ſit plena, completa, evidentiſſima, clariſſima, & determinata, certa verba debent addi cum rebus viſibilibus; ut per res viſibiles, & verba quæ audiuntur, fiat una completa repræſentatio unius & ejuſdem rei inviſibilis.* & Altenſtaig: *Sacramenta conſiſtunt duobus, ſcilicet verbis & rebus, quæ S. Auguſtinus nominat elementum & verbum.*

XVI.

Supereſt ut probemus nullam quoque hic eſſe inſtitutionem ſacramentalem. quod fiet refellendo ſingula loca in quibus eam rimantur.

XVII.

Primo citant Matth. 3. 1. Marc. 1. 15. *pœnitentiam agite.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

agite. Reſp. 1. Si omnia mandata ſunt ſacramenta, nullus ſacramentorum finis erit. 2. ſi hoc mandatum in ſpecie, jam ſacramentum hoc fuerit ante Chriſtum. Nam Lev. 5. 5. (in vulgata) *Agat pœnitentiam pro peccato*. Ezech. 18.21. *Si autem impius egerit pœnitentiam.* At hoc negat Conc. Trid. ſeſſ. 14. can. 1. *Nec ante adventum Chriſti pœnitentia erat ſacramentum, nec poſt adventum illius cuiquam ante baptiſmum.*

XVIII.

Quæ ultima verba tertium nobis argumentum ſuppeditant. Nam eandem pœnitentiam Chriſtus mandat, quam antea prædicarat Ioannes. Matth. 3. 1. v. Chryſ. Maldon. Ianſen. at illa non erat ſacramentum, quia ante baptiſmum. ergo neque hæc.

XIX.

Denique nuda hic pœnitentia nominatur, ideoque interna, quæ virtus eſt. nec ullum additur ſignum, quod ab inſtitutione ſacramentali abeſſe non poteſt, cum ſacramentum ſit ſignum. ideoque οὐδὲν ὑγιὲς habet iſta citatio.

XX.

Secundo adducunt loca Matth. 16. 19. *Dabo tibi claves* &c. *& quodcunque ligaveris* &c. c.18. 18. *quæcunque ligaveritis* &c. Io. 20.22. *quorum remiſeritis* &c. Reſp. ne hic quidem ullum inſtitui ritum, ſed tantum mandatum eſſe & promiſſionem: mandatum (ut ad rem præſentem facit) conſiſtit in auctoritate remittendi hominibus pœnitentibus peccata, ſive per publicam prædicationem, ſive per ſpecialem conſolationem, ſive per partem eam diſciplinæ eccleſiaſticæ quæ peccatores eccleſiæ reconciliat. quæ omnia nudis verbis poſſunt fieri, & ſiquis interdum ritus fuerit adhibitus, is libere, ac non ex inſti-

tutione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tutione fuit adhibitus. Promiſſio eſt, rata hæc futura in cœlo. unde etiam ſacramentum nemo extundet.

XXI.

Colophonis vice addunt locum 1. Tim. 5. 21. *Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis.* ergo, inquiunt, ſymbolum aliquod fuit remittendi peccata. Reſp. Omnes hactenus interpretes illum locum acceperunt de Ordinatione miniſtrorum. Chryſoſtom. Theophyl. Oecumenius. Baſilius, Theodoretus, Ambroſius, Primaſius, Haymo, Hieron. Leo & Gregorius Papæ, Anſelmus, Lombardus, Thomas, Carthuſianus, Cajetanus, Guillaudus, Iuſtinianus Ieſuita. unde non niſi vi violenta ad pœnitentiam torquetur à Salmerone, qui & ſibi ipſi hac in parte contradicit, comment. ad eum locum, ubi ait, *hujus impoſitionis manuum* (prout ſpectat ad abſolutionis ſacramentum) *nullam in ſ. literis mentionem eſſe, & de collatione ſacrorum ordinum hunc locum intelligendum.* Cujus ſenſum appoſite indicat Leo Ep. 87. *Quid eſt citò manus imponere? niſi ante ætatem maturitatis, ante meritum laboris, ante experientiam diſciplinæ, ſacerdotalem honorem tribuere non probatis?* ſane qui hoc faciunt, communicant peccatis alienis, .i. eorum quos ita temerè ſacris initiant.

COROLLARIA.

1. *Chriſtus eſt Mediator ſecundum utramque naturam.*
2. *Objectum ejus muneris ſunt Deus & homines, per peccatum disjuncti, & per Chriſtum denuo uniendi.*
3. *Chriſtus eſt pars offenſa ut Deus abſolute, at perſona partes reconcilians ut mediator oeconomice.*
4. *Vt mediator ſatiſfacit, ut Deus offenſus ſatisfactionem accipit.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXV.
DE

Falſis Sacramentis, quarta, quæ eſt de Extrema unctione:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

HUBERTUS LOORIUS, Woudrichemenſis.

Ad diem 29. Iunij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

NEC NON

Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. JOHANNI SPILJARDO, Eccleſiæ Chriſti, quæ Gorinchemii colligitur Paſtori doctiſſimo, ſtudiorum meorum Fautori ac Patrono optimo, eoque nomine parentis loco æternùm mihi colendo,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct., & Coll. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordd. Holland. & Weſt-Friſ. Regenti digniſſimo, Præſidi meo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L.A.M. & in celeberrima Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Pro-Regenti vigilantiſſimo, de me ſtudiiſque meis optimè merito,

D. JOHANNI SPILJARDO, Verbi Divini in Eccleſiâ Campenſi Præconi vigilantiſſimo, ſolertiſſimo,

Diſputationem hanc Theologicam ſummâ cum animi ſubmiſſione,

offero & inſcribo

HUBERTUS LOORIUS, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXV.

DE

Falſis Sacramentis, quarta, quæ eſt de Extrema unctione.

Thesis I.

Extrema unctio, ex definitione Soti, *Eſt ſacramentum unctionis infirmorum, ad ſalutem animi & corporis.* ex pleniori deſcriptione Eckii, eſt *Unctio hominis infirmi, pœnitentiam agentis de peccatis ſuis, facta in certis membris corporis, à Sacerdote, cum oleo ab epiſcopo conſecrato, obſervatis in hoc verbis præſcriptis, & cum intentione debita, ex inſtitutione divina, efficaciter ſignificans remiſſionem venialium, & relevationem mentis* &c.

II.

Materiam ejus remotam ponunt oleum ex oliva, ſed conſecratum ab epiſcopo. propinquam (quam nos ad formam externam referimus) unctionem variarum corporis partium, eæ ſunt oculi, aures, nares, os, manus: utpote ſedes quinque ſenſuum: deinde renes, propter concupiſcentiam, & pedes ob vim progreſſivam executionemque.

III.

Verba præſcripta variant. Romana ſive Gregoriana hæc ſunt: *Per iſtam ſanctam unctionem & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti, per viſum, auditum* &c. Ambroſiana ſive Mediolanenſia: *Ungo oculos tuos oleo ſancto, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut quicquid viſu illo peccaſti dimittatur per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hujus olei unctionem, idque per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Germanica & Gallica ex utriſque componuntur.

IV.

Effecta ſunt remiſſio peccatorum, & ſanitas corporis (quamvis in primo Tapperus diſſentiat & plenam ſanitatem animæ ſubſtituat) corporis ſanitati addunt: *ſi ita expediat*, primum enim effectum certo conſequi autumant, ubi obex non ponitur.

V.

Peccata ita diſtinguunt, ut non ſit contra originale, neque abſolute contra mortale, ſed tantum contra venialia. ita Eckius. Sed quia venialia ſine ſacramento deleri poſſunt, Bell. mavult dicere, *contra reliquias peccati*, quibus annumerat torporem, mœrorem &c. ex peccato relictum non tamen peccandi habitum.

VI.

Miniſter eſt ſacerdos, ſive is ſit preſbyter ſive epiſcopus, nullus autem laïcus, imo nec diaconus. Perſona ſuſcipiens, fidelis qui uſum rationis habet, non excommunicatus, & jam confeſſus atque abſolutus, veruntamen infirmus. 1. corpore ægrotans, & quidem graviter, ut de vita periclitetur.

VII.

Atque hæc eſt illa extrema unctio, quam iſto fulmine ſancivit Conc. Trid. Seſſ. 14. de ſacr. extr. unct. Can. 1. *Siquis dixerit extremam unctionem non eſſe verè & propriè ſacramentum, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à beato apoſtolo Iacobo promulgatum, ſed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, anathema ſit.* Can. 2. *Siquis dixerit ſacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, ſed jam ceſſaſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum, anathema ſit.

VIII.

Probationes autem è ſcriptura duas petunt. prior eſt ex Marci 6. 12. 13. *Egreſſi igitur illi prædicabant, ut reſipiſcerent homines: & dæmonia multa ejiciebant: ungebantque oleo multos ægrotos, & ſanabant eos.*

IX.

Sed hic ingens inter eos oritur diſſidium, ſunt enim qui affirment hanc fuiſſe unctionem ſacramentalem, ut Thomas Valdenſis, & Alphonſus de Caſtro; ſunt qui negent, licet figuram quandam & adumbrationem ejus fuiſſe concedant, ut Tapperus, Ianſenius, Soto. quorum partes tuetur Bellarminus, hiſce argumentis:

X.

1. Omnia ſacramenta per ſe ad animam pertinent: per accidens & ſecundario ad corpus: At unctio de qua apud Marcum, ad corpus referebatur, aut ſolum, aut præcipuè. Ergo hæc unctio non erat ſacramentum.

XI.

2. Omnia ſacramenta magis neceſſaria adminiſtrantur à Sacerdotibus: At hæc unctio non adminiſtrabatur à ſacerdotibus: nam apoſtoli nondum erant tales: Ergo hæc unctio non erat ſacramentum.

XII.

3. Sacramentum unctionis non confertur omnibus ægrotis promiſcue, ſed tantum iis qui ſunt in periculo vitæ: At unctio illa Marci conferebatur omnibus ægrotis promiſcuè, Ergo non erat ſacramentum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIII.

4. Sacramentum extremæ unctionis non confertur niſi baptizatis: At illa unctio Marci conferebatur non baptizatis: neque enim Apoſtoli quicquam ejuſmodi ſciſcitabantur: Ergo unctio illa non erat ſacramentum extremæ unctionis.

XIV.

Opponit ſe hic Bellarmino Maldonatus, & argumenta ejus exagitat. Nos illa in medio relinquimus, & ab affirmantibus ſacramentum fuiſſe, probationes, ut æquum eſt, expoſcimus. interim fatemur ſignum quidem fuiſſe, ſed beneficii corporei, idque temporale. *Donum* enim (ait recte Calvinus) *ſanationis fuiſſe temporale fateri omnes coguntur, & res ipſa demonſtrat. Vnde ſequitur, non veros eſſe imitatores, ſed ſimias eſſe apoſtolorum, qui unctionem inter ſacramenta hodie reponunt, niſi effectum ſimul reſtituant, quem ante annos mille & quadringentos Deus mundo abſtulit.*

XV.

Altera probatio eſt ex Iac. 5. 14. 15. *Infirmatur quis inter vos? accerſat presbyteros eccleſiæ, & orent pro eo, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſervabit laborantem, erigetque eum Dominus: quod ſi peccata commiſerit, remittentur ei.* hunc locum arctè tenent accurateque pro ſeſe urgent, ii quoque qui priorem illum minus firmum putant.

XVI.

Quibus nos opponimus aſſertionem Cajetani: *Nec ex verbis, nec ex effectu verba hæc loquuntur de ſacramentali*

unctione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

unctione extremæ unctionis: ſed magis de unctione quam inſtituit Dominus Ieſus in Euangelio, à diſcipulis exercendæm in ægrotis. Textus enim non dicit, infirmatur quis ad mortem, *ſed abſolute,* infirmatur quis, *& effectum dicit,* infirmi alleviationem: *& de* remiſſione peccatorum *nonniſi conditionaliter loquitur: quum extrema unctio non niſi propè articulum mortis detur; & directe, ut ejus verba ſonant, tendit ad remiſſionem peccatorum. Præter hoc, quod Iacobus ad unum* ægrotum *multos* presbyteros, *tum* orantes, *tum* ungentes *mandat vocari: quod ab extremæ unctionis ritu alienum eſt.*

XVII.

Quæ ut ſunt veriſſima, ita nos certi ſumus eandem rationem unctionis eſſe apud Iacobum quæ apud Marcum (quod & cenſuere Theophylactus, Zach. Chryſopolit. Victor Antioch. &c.) ſignum videlicet fuiſſe beneficii corporalis, tamdiu utendum, quamdiu Deo placeret chariſma ſanationum in eccleſia ſua conſervare. Nam quod additur de remiſſione peccatorum, id 1. alligatur certo caſui, *ſi peccata commiſerit*, propter quæ videlicet in morbum illum devenit. 2. non pertinet ad unctionem olei (cui nuſquam remiſſionem peccatorum attributam legimus) ſed ad *orationem fidei*, id eſt quæ cum fide tam presbyterorum quam ipſius infirmi conjuncta eſt. v. Matth. 9. 2. 1. Ioh. 5. 16. & confer Chryſoſt. de ſacerd. l. 3. Heſych. in Levit. l. 1. c. 2.

COROL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

COROLLARIA.

1.

Boni angeli non continentur objecto muneris mediatorii.

2.

Licet Chriſto ut capiti ſubſint.

3.

Chriſtus ſolus eſt mediator Dei & hominum.

4.

Et quidem in omni ſuo ſtatu.

5.

Ante incarnationem in forma Dei, merito futuro, & efficacia præſenti.

6.

Poſt incarnationem, in forma Dei & ſervi, merito & efficacia præſentibus.

7.

Poſt glorificationem merito præterito, efficacia perpetua.

7.

Chriſtus ſecundam naturam divinam à Patre ab æterno eſt genitus.

9.

Peccatum originale omnibus inhæret.

10.

Verè fideles non poſſunt finaliter deficere.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVII.
DE

Falſis Sacramentis, quinta, quæ eſt de ORDINE:

QVAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,
D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,
Publicè defendet
FRANCISCUS WINTERUS,
Ad diem 2. Iulij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM;
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſsimo ac Generoſiſsimo

HEROI,

D. D. JACOBO VAN VVASSENAER,

Hollandiæ Weſt-Friſiæque Equiti præſtantiſsimo, Toparchæ in Warmond, Eſſelickerwoude digniſsimo,

Patrono ac Mæcenati ſuo omni obſervantiâ colendo,

Hoc Exercitium Theologicum,

offert

FRANC. WINTERVS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVI.

DE

Falſis Sacramentis, quinta, quæ eſt, de ORDINE.

THESIS I.

ORdo à pontificiis definitur, *gradus aliquis eminens in eccleſia Dei, diſponens ad aliquem actum ſacramentalem rite & legitimè adminiſtrandum*. Salmero.

II.

Ritus eum conferendi dicitur Ordinatio: & definitur: *ſignaculum eccleſiæ quoddam, per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato, ad quam exercendam non licet cuiquam ſe ingerere, verum vocationem expectare neceſſe eſt*. ita Hoſius. at Eckius: *Signum ſacrum, cum quo poteſtas ſpiritualis confertur & officium ordinato*.

III.

Ordines vulgo numerantur ſeptem, quorum alii minores, alii majores: minores quatuor: *Oſtiarii*, qui templi januis præficiuntur, cuſtodiuntque omnia ejus exteriora & interiora. *Lectores*, quorum eſt Scripturam ſacram publice legere. *Exorciſtæ*, pellendis dæmoniis ab energumenorum corporibus per manus impoſitionem. *Acolythi*, geſtandis cereis, porrigendiſque vino & aqua ad Euchariſtiam deſtinati. Majores tres: *Hypodiaconi*, qui diaconis præparant vaſa corporis & ſanguinis Chriſti, oblationeſque populi accipiunt: *Diaconi*, qui ſacerdoti ſacrificanti adſunt ſerviuntque. *Sacerdotes* denique, qui ipſi ſacrificant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Sunt qui addant *Epiſcopos*, alii etiam *pſalmiſtas*, alii *tonſuram* quoque *ſimplicem*, qua aſpiranti ad ordines tondetur caput in modum circuli, cui coronæ nomen imponunt. ſic fiunt vel octo, vel novem, vel decem ordines.

V.

Ex hiſce, minores omnes ordines à numero ſacramentorum nonnulli excludunt, & à Chriſto eos negant inſtitutos. Durandus, Alph. à Caſtro, Vazques, Cajetanus. quin è majoribus *ſubdiaconatum* Hugo de S. Vict. negat eſſe ſacramentum, ut & Colonienſes, qui fatentur *presbyterium & diaconatum ſola habere certum ſcripturæ teſtimonium*. ita & Soto & Medina. ſed Salmero omnium eandem rationem eſſe ſciſcit.

VI.

Porro ſingulis ordinibus propriam materiam & formam aſſignant. *Materiam* eſſe dicunt, *id quod traditur in collatione ordinis: ſive traditionem rei exterioris, ſpiritualem poteſtatem, quæ per verba ordinantis confertur ſignificans*. Ita *Oſtiariis* dantur claves. *Lectoribus* codex divinarum lectionum. *Exorciſtis* liber exorciſmorum. *Acolythis* candelabrum cum cereo, & urceolus vacuus. *Subdiaconis* patena & calix vacuus, & urceolus cum aqua manili .i. ad lavandas manus. *Diaconis* manus imponitur, ſtola quam orarium vocant injicitur, textus euangelii traditur. *Presbyteris* inunguntur manus, traditur ſtola, calix cum vino, & patena cum hoſtiis.

VII.

Formam eſſe ajunt ea verba quæ in traditione harum rerum per modum imperii dicuntur. Ut Oſtiariis: *Sic agite tanquam Deo rationem reddituri de rebus quæ clavibus*

iſtis

iſtis recluduntur. Ita (ne omnia commemorem) diacono dicitur: *Accipe poteſtatem legendi euangelium.* & Sacerdoti. *Accipe poteſtatem offerendi & conficiendi pro vivis & mortuis.*

VIII.

De hoc ſacramento aſſertio eſt Concilii Trident. Seſſ. 23. cap. 3. *Dubitare nemo debet, ordinem eſſe verè & propriè unum ex ſeptem S. eccleſiæ ſacramentis.* fulmen autem vibratur in contradicentes, Canon. 3. *Siquis dixerit ordinem ſive ſacram ordinationem non eſſe verè & propriè ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum: vel, eße figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe tantum ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei & ſacramentorum, anathema ſit.*

IX.

Nos bruto illo crepitu nihil territi, ſacramentum hoc ordinis, portentum magis quam ſacramentum eſſe aſſerimus. 1. quia unum eſſe ſtatuitur, cum tamen in ſeptem ſpecies multiplicetur, quæ ſingulæ deinde multiplicantur multiplicatione numerica, nimirum preſbyteratus in multos preſbyteros, diaconatus in multos diaconos. &c. quum verum ſacramentum quod vis ſit unum ſpecie, nec multiplicetur niſi in numerum, pro temporibus, perſonis & locis. ut patet in baptiſmo & cœna. imo & in reliquis ſacramentis quæ pontificii illis agglutinarunt.

X.

2. Quia definitio ſacramenti ei non convenit. Hoc negant, nam & ſymbolum, & promiſſionem gratiæ, & inſtitutionem divinam ei aſſignant, quæ verum ac pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

prie dictum ſacramentum conſtituunt: hoc ergo agamus:

XI.

Symbolum proferunt impoſitionem manuum cujus mentio frequens in ſcripturis Act. 6. 6. in ordinatione diaconorum. Act. 13. 3. in ordinandis epiſcopis Paulo & Barnaba. Act. 14. 22. in ordinandis preſbyteris. v. & 1. Tim. 4. 14. 2. Tim. 1. 6.

XII.

Promiſſionem gratiæ petunt ex 1. Tim. 4. 14. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt.* 2. Tim. 1. 6. *Ad moneo te, ut reſuſcites gratiam.*

XIII.

Inſtitutionẽ divinam ex Act. 13. 3. *Segregate mihi Paulum & Barnabam.* c. 20. 28. *In quo vos Spiritus Sanctus poſuit epiſcopos.* Eph. 4. 11. *Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, alios prophetas, alios paſtores & doctores.* Io. 20. 21. 22. *Sicut miſit me Pater, ita & ego mitto vos. Et cum hæc dixiſſet, inſufflavit, & dixit: Accipite Spiritum Sanctum.* Nos ad ſingula reſpondemus:

XIV.

1. Symbolum agnoſcimus, ſed uſurpatum interdum, non etiam inſtitutum. talis erat inſufflatio, à Chriſto uſurpata, ſed à nemine deinceps. inſtituta interdum, ſed alio fine. talis impoſitio manuum ſuper infirmos, non uſurpata ſolum à Chriſto, ſed & apoſtolis injuncta. Marc. 16. 18. quum nunquam eas impoſuerit ulli ordinando, nuſquam imponi juſſerit.

XV.

2. Act. 13. 13. imponuntur manus Paulo & Barnabæ,

bæ, non tanquam futuris epiſcopis, quod gratis & falſo ſumitur, ſed tanquam apoſtolis jam exiſtentibus, actu autem mittendis ad gentes. at apoſtolatum ſacramentum eſſe nemo dixit, pauci etiam epiſcopatum.

XVI.

3. Act. 14. 22. non impoſitionis manuum (quæ χειροθεσία eſt) ſed χειροτονίας .i. ſuffragiorum multitudinis mentio eſt, ea enim non manus *imponendo*, ſed *extendendo* vel *elevando* ferri ſolebant. ut fatetur Salmero. itaque locus ille nihil ad rem facit.

XVII.

4. Hæc impoſitio manuum non pertinet ad omnes ordines. Non enim ad minores. Imo ne in ſubdiaconatu quidem ulla ejus mentio in Ceremoniali Romano. in Ordine autem diſerte: *Subdiaconi manus impoſitionem non accipiunt.* Aut ergo hi veri ordines non ſunt, aut manus impoſitio non eſt de neceſſitate ordinis, quod tamen aſſerit. Bell. c. 9.

XVIII.

Atque hinc eſt, quod ſingulis ordinibus ſingula ſymbola adhiberi vidimus, quorum inſtitutionem ſiquis in ſcriptura potuerit oſtendere, is mihi erit magnus Apollo. quis enim unquam audivit Chriſtum aut apoſtolos preſbytero unxiſſe manus, porrexiſſe calicem cum vino non conſecrato &c. diacono ſtolam &c. ſubdiacono patenam &c. nemo certe.

XIX.

Ad promiſſionem gratiæ quod attinet, merum cavillum eſt. gratia enim quæ ordinatis promittitur, eſt διδασκαλία, ἐπισκοπὴ, auctoritas docendi. Chryſ. Theodoret.

Theo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Theophyl. Anſelmus, Cajetanus, alii. Atqui hæc non eſt gratia cui ſignificandæ (aut ſecundum illos, efficiendæ) deſtinata ſunt ſacramenta, ſed gratia juſtificans. Bell. l. 1. de ſacr. c. 10. Catechiſmus ad Parochos paſſim.

XX.

Quod denique de inſtitutione afferuut, non minus putidum eſt ſophiſma. quoſcunque enim enumerant locos (qui quidem aliquid ad rem faciunt) ii docent ordines aliquos inſtitutos eſſe à Chriſto in eccleſia; quod nemo negat: ſed illos eſſe inſtitutos quos ea appellatione dignantur papiſtæ, & qui inſtituti ſunt, inſtitutos eo fine ut eſſent ſacramenta; id vero demonſtrandum erat, nos enim negamus.

COROLLARIA.

1. *Sacerdotale munus Chriſti conſtat tribus actibus: obſervatione legis, oblatione victimæ, & interceſſione pro peccatoribus.*
2. *Duæ priores in terra conſummatæ ſunt, tertia in cœlo fit.*
3. *Regnum Chriſti eſt vel naturale, vel donativum.*
4. *Naturale à natura habet.*
5. *Donativum accepit à Patre ut* θεάνθρωπος, *per voluntariam diſpenſationem.*
6. *Humanam Carnem & ſanguinem aſſumpſit ex Maria Virgine.*
7. *Ejus humanæ naturæ per unionem perſonalem non ſunt communicatæ Dei proprietates eſſentiales.*
8. *Ejus ſatisfactio non eſt univerſalis.*
9. *Prædeſtinatio non complectitur aliquod Dei decretum de omnibus hominibus ſalvandis.*
10. *Decretum Electionis eſt abſolutum, ex ſolâ Dei* εὐδοκίᾳ *ut cauſa pendens.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVII.
DE

Falſis Sacramentis, ſexta, quæ eſt de MATRIMONIO:

QVAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

ARNOLDUS BRANTS, Graveſand. Bat.

Ad diem 6. Iulij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, & Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ Libertatis Propugnatoribus acerrimis,

Viris Ampliſſimis, Conſultiſſimis,

D. D. SENATORIBVS INCLYTÆ DELPHENSIVM REIPVBLICÆ, prudentiſſimæ ejuſdem adminiſtrationis nomine celeberrimis,

Doctiſſimis ac Spectatiſſimis Quatuor-Viris,

D. D. CVRATORIBVS Scholæ Collegiique Litterarij Delphici, I. V. peritiſſimis,

MÆCENATIBVS VENERANDIS,

Gratitudinis ergo,

Se cum hac Diſputatione,

offert

ARNOLDUS BRANTS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVII.

DE

Falſis Sacramentis, ſexta, quæ eſt, de MATRIMONIO.

THESIS I.

DE Matrimonio ita decernit Concil. Trident. Seſſ. 24. canone 1. *Siquis dixerit, Matrimonium non eſſe verè & propriè unum ex ſeptem legis euangelicæ ſacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia inventum, neque gratiam conferre, anathema ſit.* Ita & olim pronunciaverat Eugenius in Conc. Flor. decreto unionis: *Septimum eſt ſacramentum matrimonium, quod eſt ſignum conjunctionis Chriſti & eccleſiæ.*

II.

Quæ cum generatim & indiſtincte dicantur, vatiè tamen à doctoribus admittuntur. ſunt enim qui non omne conjugium ſacramentum eſſe volunt, ſed ab eo excludant clandeſtina, ut Canus & Gropperus. In ipſo conjugio alii contractum & vinculum diſtinguunt à ceremonia, non illis ſed huic ſacramenti nomen deferentes, ut Salmero. alii in appellatione ſacramenti malunt latebras quærere, dum non ſtrictè ſed latè ſumtum ſacramentum conjugium eſſe dicunt, ut Canoniſtæ. Alii univoce ſacramentum eſſe negant, alii ajunt, quanquam imperfectius eſſe fateantur quam reliqua: ita Paludanus: *Si iſti intelligunt,* (inquit) *quod Matrimonium non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eſt ita perfectum ſacramentum ſicut alia, verum dicunt; Sed æque proprie eſt ſacramentum novæ legis ſicut aliquod aliorum: ſicut aſinus eſt ita proprie animal ſicut homo, licet non ſit æque perfectum animal ſicut homo. conſentiunt Bonaventura, Biel, Altenſtaig.

III.

Neque quod in canone dicitur eſſe *ſacramentum legis evangelicæ*, ita crude ab omnibus recipitur. Nam Lombardus cenſet: *Matrimonii ſacramentum etiam ante peccatum fuiſſe inſtitutum.* Rex Angliæ adverſus Lutherum, non defuiſſe ait qui ſentirent, etiam *gentium* ſacramentum fuiſſe conjugium. idem De Patribus qui *ſub lege & ante legem*, plane, inquit, cenſeo, Matrimonium fuiſſe illis ſacramentum. Colonienſes: Reſpondemus, inquiunt, Matrimonium *apud Iudæos* ſacramentum fuiſſe &c. Contra quos Bellarminus: *Non video*, inquit, *quomodo id tuto defendi poſſit.* & opponit auctoritatem Conciliorum quæ citavimus, & Scholaſticorum.

IV.

Nos omnia iſta rejicimus, & conjugium ſacramentum eſſe negamus. 1. quia caret ſigno ſacramentali. 2. quia gratiâ. 3. quia inſtitutione. ſingula percurramus.

V.

Ut ſignum hic ſacramentale inveniant, è materia & forma ſacramentum hic deſcribunt. atque hic in varias abeunt partes, 1. Canus *materiam* cenſeri poſſe ait, *actus contrahentium*, ſcil. conſenſum mutuum explicatum per verba de præſenti, *Formam* autem *verba ſacerdotis*, quibus illos ut moris eſt conjungere ſolet.

VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VI.

Id Colonienſes fuſius explicant; Elementum enim ajunt eſſe, illam exteriorem viri ac mulieris conjunctionem, ſive illum exteriorem geſtum & actum quo conjuges in nomine Domini copulantur, ac inter copulandum profitentur, ſe poſthac duos in una carne futuros, ſibique mutuo conjugalem fidem perpetuo ſervaturos: cui cum ſexuum commiſtio acceſſerit, tum demum perfectum hujus ſacramenti elementum perfici. Verbum autem, quo accedente ad elementum fiat ſacramentum, id eſſe, quo ambo mas & femina, non quovis modo, ſed in Dei nomine conjungantur ac copulentur. Eſſe autem tale verbum Chriſti verbis nixum. *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.*

VII.

2. Paludanus & Adrianus malunt ipſos *contrahentes* eſſe *materiam*: *formam* vero; *eorundem verba* explicantia multuum conſenſum. *ſicut*, enim (inquit Adrianus) *in quolibet contractu rerum, res quæ tranſferuntur per conventionem & pactum, ſunt materia, & ipſe conſenſus expreſſus tranſferendi eſt forma: ſic in Matrimonio, quod eſt contractus perſonarum, materia ſunt ipſa perſonæ contrahentes, quæ ſe tranſferunt in alterius poteſtatem: ſeu, ut alii volunt, ipſæ poteſtates corporum, quas in ſe invicem transferunt. Et forma eſt iſte mutuus conſenſus, vel voluntas transferendi poteſtatem corporis in alium, per verba, vel alia ſigna æquipollentia expreſſus.*

VIII.

3. Thomas, Franc. Victoria, Sotus, *contrahentium verba*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ba eſſe *ipſa inter ſe materiam & formam* hariolantur. ita ut qui ultimo ſuum conſenſum explicet, ejus verba ſint forma, quatenus per ea perficitur matrimonium, ejus autem verba qui prior loquatur, ſint materia. Soto tamen ordinem nihil moratur. *Reſpondetur*, inquit, *contrahentium verba, aut nutus, qui eorum loco ſubſtituuntur, eſſe materiam & formam. Neque refert, præcedentiane ſint, an ſubſequentia, ut illa ſint materia, hæc vero forma: Sed ſive vir prius conſenſum exprimat, ſive uxor, amborum verba ſunt ſibi invicem materia & forma: nam utriuſque verba per alterius informantur, vimque obtinent ſignificandi colligandique conjugalem nodum.*

IX.

4. Canoniſtæ, & eos ſequutus Gregorius de Valentia, *Materiam*, eſſe conjiciunt, *conſenſum mutuum*, *formam* vero, *verba* eum conſenſum exprimentia.

X.

Bellarminus diſtinguendum exiſtimat Matrimonium dum fit; à matrimonio permanente poſtquam factum eſt. Si prius attendatur, totam ejus eſſentiam conſiſtere in ſignis exprinentibus conſenſum mutuum, nec corpora concurrere, niſi ut materiam circa quam. Et quia unius verba determinent alterius verba, pariterque determinentur, ideo in iiſdem diſtingui materiam & formam, ut ſint forma quatenus determinant, materia autem quatenus determinantur. Sed ſi attendatur alterum, negari non poſſe, ipſos conjuges ſimul cohabitantes, ſive externam conjugum ſocietatem & conjunctionem, eſſe materiale ſymbolum externum, formam vero eſſe verba ſignave, mutuum conſenſum exprimentia.

XI.

XI.

Examinemus hæc. 1. Conſenſum mutuum eſſe materiam, verba ſacerdotis formam, inſulſum eſt. ut enim de materia incipiamus, conſenſus non eſt aliquid externum aut viſibile, ſed intrinſecum, & intellectu tantum perceptibile. Atqui Bellarminus ipſe docuit nos, ne Deum quidem potuiſſe inſtituere ſacramentalia ſigna intellectualia.

XII.

Excipiunt, ſe conſenſum intelligere verbis vel nutibus expreſſum. quo ipſo nihil aliud efficitur, quam verba vel nutus eſſe ſigna conſenſus (quod verum eſt) conſenſum autem eſſe ſignum ſacramentale gratiæ, quod falſum, ob rationem jam dictam.

XIII.

Par abſurditas in forma. Nam verba ſacerdotis nec ſignificant, nec obſignant gratiam juſtificantem, ſed conjunctionem contrahentium.

XIV.

2. Nec perſonæ contrahentes poſſunt dici materia ſacramenti, ita enim idem eſſet ſacramentum & recipiens ſacramentum. Nec conſenſus eſt forma ſacramenti, ſed matrimonii prout eſt contractus.

XV.

3. Nec contrahentium verba ſibi mutuo ſunt materia & forma; quum enim omne ſacramentum conſtet ex rebus & verbis, hoc unum conſtaret ex verbis & verbis, quod ridiculum.

XVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVI.

4. Nec conſenſus eſt materia, verba autem forma. nam 1. conſenſus contra diſtinctus à verbis non eſt aliquid viſibile, ut dictum. 2. Et conſenſus & verba pertinent ad naturam matrimonii ut eſt contractus, itaque nihil habent quo ratio ſacramenti concipiatur aut exprimatur.

XVII.

5. Nec diſtinctio Bellarmini in conjugium dum fit, & poſtquam factum eſt, quicquam hic valet Nam, ut ait Rubio, *Nullum ſacramentum euangelicum conſiſtit in facto eſſe, ſed preciſè in fieri, excepto Euchariſtiæ ſacramento.* (de hac exceptione alibi) & Adrianus, *Sacramentum matrimonii eſt ipſe contractus matrimonii, ut rationem habet ſigni gratiæ inviſibilis, ſeu ſacræ rei. Et ſolum exiſtit ſeu manet pro tempore contractus matrimonialis, & non ultra: ſicut ſacramentum baptiſmi ſolum manet ſeu eſt, pro tempore ablutionis factæ ſub debita forma verborum; Scilicet: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

COROLLARIA.

1. *Chriſtus ſolus eſt caput eccleſiæ.*

2. *Nec habet generalem ex hominibus vicarium.*

3. *Regnum Chriſti mediatorium, modo adminiſtrationis temporarium eſt.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVIII.

DE

Falſis Sacramentis, ſeptima, quæ eſt de MATRIMONIO, altera:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendet

JACOBUS GYSIUS, Dordracenus.

Ad diem 9. Iulij, loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Spectatiſſimiſque

VIRIS,

D.D. PRÆTORI, CONSVLI, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque inclytæ ac florentiſſimæ DORDRACENORVM Reipublicæ SENATORIBVS,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis ſummo honore perpetuo colendis,

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque

VIRIS,

D. GOSVINO BUYTENDIICK,
D. PETRO WASSENBURG,
D. HENRICO DIBBETZIO,
D. ISAACO LYDIO,
D. JACOBO LYDIO,
D. CASPARO STAPHORSTIO,
D. JACOBO BORSTIO,
D. ANDREÆ COLVIO,

Illis Eccleſiæ Belgicæ, quæ eſt DORDRECHTI, huic Gallicanæ, Paſtoribus fideliſsimis, indefeſsis, ſtudiis ſuis addictiſsimis.

Hanc Diſputationem Theologicam officioſè cumque reverentia,

inſcribit

IACOBUS GYSIUS. *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXVIII.

DE

Falſis Sacramentis, ſeptima, quæ eſt, de MATRIMONIO, altera.

THESIS I.

ADverſus ea quæ dicta ſunt pontificii objiciunt dictum Pauli Eph. 5. 31. 32. *Propterea derelinquet homo patrem ſuum ac matrem, & agglutinabitur uxori ſuæ: & qui duo erant fient una caro. Sacramentum hoc magnum eſt.* Habemus, inquit Bellarminus, ipſum nomen ſacramenti. & Greg. de Valent. Nominatim, inquit, ſcriptura ſacramentum appellat.

II.

Sed contra Cajetanus eum ipſum locum enarrans: *Non habes* (ait) *ex hoc loco, prudens lector, à Paulo conjugium eſſe ſacramentum. Non enim dicit, Sacramentum, ſed myſterium hoc magnum eſt. Et verè myſterium verborum horum magnum eſt.*

III.

Quibus addimus, poſtrema illa verba, myſterium hoc magnum eſt, non referri ad humanum matrimonium, ſed ad conjunctionem Chriſti & eccleſiæ. ut diſerte addit Paulus: *Ego autem dico in Chriſto & eccleſia.* ut recte Eraſmus: *Particula adverſativa EGO AUTEM, ſatis indicat, hoc magnum myſterium ad Chriſtum & eccleſiam pertinere, non ad maritum & uxorem.*

IV.

Si ergo vel maxime vocem *Sacramenti* hic locum habere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bere permittamus, non concedemus id uſurpari in ea ſignificatione qua id dicitur *ſacrum ſignum*, ſed illa qua dicitur *ſacrum ſecretum*. ut notat (poſt Magiſtrum ſententiarum) Thomas in 1. Tim. 3.16. ubi dicitur *Magnum eſſe pietatis ſacramentum* (μυϛήριον) *quod Deus manifeſtatus eſt in carne*. ita & Eph. 1. 9. 10. *recollectio omnium in Chriſto ſacramentum eſt*. c. 3. 3. 4. 5. 6. *Gentes eſſe cohæredes concorpores, conſorteſque promiſſionis*, ſacramentum dicitur. confer Rom. 11. 15. & 16.26. 1. Cor. 4. 1. & 15. 51. Col. 1. 26. 27. & 2.2. Apoc. 1.20. & 10. 7.

V.

Sed an non humano matrimonio ſignificatur ſacramentum hoc magnum? & annon eo fine ab apoſtolo ad adducitur? Maxime. ſed 1. inde ſequitur ipſum conjugium non eſſe ſacramentum hoc magnum. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. 2. ſignificatur, ſed quomodo? per *ſimilitudinem*, ſeu, ut Chryſoſt. vocat, *allegoriam*, ut Oecumenius, *anagogen*. v. & Theophylactum & Anſelmum. ex omnibus autem ſimilitudinibus ſacramenta velle comminiſci inſipientia eſt, cum eo pacto ſacramentorum numerus in infinitum excreſceret.

VI.

Ut taceam Apoc. 17. 5. meretricem Babylonicam *in fronte ſua nomen inſcriptum habere*, μυϛήριον. & v. 7. ait angelus: *Ego dicam tibi myſterium* (vulgata habet *ſacramentum*) *mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem, & cornua decem*. unde ſi novum *ſacramentum* ſuæ eccleſiæ petere cupiant Romanenſis, nos iis eam copiam non invidebimus, ut qui non dubitemus quin hoc μυϛήριον ad illos pertineat.

VII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VII.

Miniſtrum hujus ſacramenti alii dicunt eſſe ſacerdotem. ut Canus & Gropperus, qui ſolum matrimonium ſolenne in ſacramentis numerant, ut ante viſum. alii contra, ipſos conjuges contrahentes. qui hoc speciale ſtatuunt in iſto & in Euchariſtiæ ſacramento, quod in iis unus poſſit eſſe & ſuſcipiens & miniſtrans. ut Rubio, Franc. de Sylveſtris, & Bellarminus. quod cum dicant tantum, ſed in re de qua agitur non probent, præteribimus. Atque hæc de ſigno. veniamus ad ſacramentalem *gratiam*.

VIII.

Eam triplicem hic ponunt: Unionem cum Chriſto, remedium contra concupiſcentiam, amorem conjugalem. ut de ultimo incipiamus: *Amori conjugali* ſuum hic concedimus locum, ſed negamus pertinere eam ad rationem ſacramenti, cum pertineat ad ipſam conjugii naturam .i. materiæ conſtitutionem. ut ablutio corporis in baptiſmo, nutritio in pane & vino euchariſtiæ.

IX.

Nec *remedium contra concupiſcentiam* (fornicationis videlicet) effectus ſacramentalis eſt, gratia enim quam ſacramenta obſignant (ut nos) efficiunt (ut pontificii) generalis eſt adverſus omnia peccata, non peculiaris ſingulis. alioquin oportuiſſet quot peccata ſunt, tot conſtitui ſacramenta.

X.

Supereſt *gratia unionis cum Chriſto*. Hanc vero matrimonio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

monio ſignificari docuit Paulus. at ſignificatione generali, qualem notavimus theſi 5. quæ hic nihil ad rem facit.

XI.

De *inſtitutione* quoque hujus ſacramenti diſquiramus. Ita enim diſſerimus: Si vere inſtitutum eſt à Chriſto (ſive immediate, ſive per Apoſtolos) Ergo omnino certam oportet fuiſſe materiam formamque. eſt enim res facti, factum autem oportuit tum conſtare cum factum eſt, iis apud quos, .i. quibus præſentibus & videntibus eſt factum. Nihil autem eſſe certi apparet, tum ex variis ſententiis, quæ omnes eſſe ſimul veræ nequeunt: tum vero è ſingulis: quandoquidem nulla ſit à ſuis auctoribus indubitato aſſerta, ſed duntaxat tanquam veriſimilis.

XII.

Inſtitutionem tamen (utar verbis Bellarmini) *nonnulli laborioſè probare nituntur ex obſcuris quibuſdam ſcripturæ locis, ut ex illo Matthæi* 19. 6. *Quos Deus conjunxit homo non ſeparet. Sed non eſt opus* (adjicit Bell.) *hac in re laborare.* Nos omnino opus eſſe vidimus, theſ. præced. itaque audiamus ejus rationem:

XIII.

Nam (inquit) *ſi probemus ſacramentum eſſe ſignum rei ſacræ, cui ſit annexa certa promiſſio gratiæ, ſequetur inde neceſſario à Deo inſtitutum.* Reſp. 1. Non omne cui annexa eſt promiſſio alicujus gratiæ eſt ſacramentum. Nam Luc. 11. 41. eleemoſynæ ea addita eſt: ib. v. 9. precibus. quæ non ſunt ſacramenta. 2. ne quidem ſi id cui talis promiſſio annexa eſt, ſit ſignum rei ſacræ. Nam (ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

(ne à matrimonio nec eſſe ſit diſcedere) fuit id ſignum rei ſacræ, & ſui generis gratiæ promiſſionem habuit additam, antequam eſſet ſacramentum novæ legis. ut ergo tale fiat, neceſſe eſt fidem fieri *inſtitutionis ſacramentalis*.

XIV.

Lorichius igitur eam deducit è Gen. 2. 28. Matth. 19. 5. 1. Cor. 7. 2. Heb. 13. 4. 1. Tim. 3. & 5. 14. captiosè. nam inſtitutionem matrimonii, quæ illis locis reperitur, non negamus, ſed eſſe id inſtitutum tanquam ſacramentum inficias imus. quod probandum erat.

XV.

Sotus eam arceſſit ex Io. 2. 12. ſed titubanter: *Chriſtus* (inquiens) *hac forte de cauſa, ſi conjectari licet, nuptias ſua præſentia honeſtare voluit, & primo quod in mundo edidit miraculo inſignire, ut illis facto ipſo inſinuaret, illud quod antea ſolum erat officium in remedium, per ſuam legem celebrandum forè ut ſacramentum.* Reſp. nec tuum *fortè* quicquam concludit, nec *conjectatio* à te requiritur ſed *demonſtratio*. & Bellarminum tibi objicimus, qui; *Nec alia*, inquit, *de cauſa nuptiis intereſſe Dei filius, eaſque inſigni miraculo ornare voluit, niſi ut indicaret, (quod in eum locum Auguſtinus notavit) ſe feciſſe nuptias.* Unde conficimus, ſi *non alia de cauſa*, ergo non ut inſtitueret ſacramentum.

XVI.

Aliam deinde quercum excutit Soto. putat enim Matth. 19. 4. cum reſpondet Chriſtus: *Non legiſtis quia qui hominem fecit à principio, maſculum & feminam fecit eos?* &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

&c. adjeciſſe, *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*, ii ſ-
que verbis conjugium feciſſe ſacramentum. Reſp. non eſſe hoc Chriſti additamentum, ſed conſequentiam è Moſis verbis ab ipſo deductam. nec quicquam hic novum ab eo inſtitui, ſed quod fuerat reſtitui. Chryſoſt. *Non ſolum ab opificio, verum etiam ab ipſo præcepto ſententiam ſuam corroborat.* & mox: *Et creationis & ſanctionis modo unam uni perpetuò conjungi, & nunquam reſcindi oportere docuit.* ſimilia habet Ianſenius.

COROLLARIA.

1.

Chriſtus perfectè pro peccatis noſtris ſatisfecit.

2.

Vocatio efficax pertinet ad ſolos electos,

3.

Non operatur tantummodo per modum ſuaſionis moralis.

4.

Sed eſt omnipotens Spiritus Sancti operatio.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXIX.

DE

BAPTISMO,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabitur

LUCAS à NOORDT, Amſtelodamenſis.

Ad diem 11. *Iulij, loco ſolito, horâ* 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Omni doctrinarum genere excultis, ac pietate probitateque conſpicuis Iuvenibus,

S. S. THEOLOGIÆ

IN COLLEGIO ORDINUM STUDIOSIS,

D. D. COMILITONIBUS

ET CONVICTORIBUS SUAVISSIMIS, SIBI NUNQUAM NON PERAMANDIS, DILIGENDIS,

Se ſuamque Diſputationem in conjunctiſſimæ amicitiæ & familiaritatis ſigillum,

offert & inſcribit,

LUCAS à NOORDT.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXIX.

DE BAPTISMO.

PRIMA.

THESIS I.

De baptiſmo nonnulla in quibus nobis cum pontificiis convenit, recenſebimus, ac deinde in quibus ab eiſdem diſſentimus.

II.

Catechiſmus Romanus, & ex eo Bellarminus, Baptiſmum definiunt, *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ.* Hanc definitionem non improbamus.

III.

Materiam baptiſmi, *remotam*, ſive *elementum*, ſtatuunt *aquam*, *propinquam* ſive uſum elementi (quem nos ad formam externam referre ſolemus) ablutionem. Et hic in re ipſa nulla nobis cum eis controverſia eſt.

IV.

Circa uſum hunc non ſolam immerſionem, ſed alios quoque abluendi modos admittunt. Ita enim Catechiſmus Tridentinus: *Qui hoc ſacramento initiari debent, vel in aquam merguntur, vel aqua in eos effunditur, vel aquæ aſperſione tinguntur. Ex his autem ritibus quicunque ſervetur, Baptiſmum verè perfici credendum eſt. Aqua enim baptiſmo adhibetur ad ſignificandam animæ ablutionem, quam efficit: quare baptiſmus ab apoſtolo lavacrum appellatus eſt. Ablutio autem non magis fit cum aliquis aqua mergitur, quod diu à primis temporibus in eccleſia obſervatum animad-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vertimus, quam vel aquæ effuſione, quod nunc in frequenti uſu poſitum videmus, vel aſperſione, quemadmodum à Petro factum eſſe colligitur, cum uno die tria millia hominum ad fidei veritatem traduxit & baptizavit. Etiam hiſce aſſentimur. niſi quod baptiſmus dicitur animæ ablutionem efficere. quod alio ſpectat.

V.

Rurſus, ablutio vel ſemel fit, vel tertiò. qua de re non ſatis conſtanter judicant. Nam Canon pſeudo-Apoſtolicus quinquageſimus: *Siquis*, inquit, *Epiſcopus vel presbyter non tres merſiones* (τρία βαπτίσματα) *unius initiationis fecerit, ſed unam in mortem Domini collatam, deponatur.* καθαιρείσθω. ubi Zonaras. *Nam ſemel*, inquit, *eum qui baptizatur in ſacrum lavacrum mergere, & in mortem Domini unam celebrare immerſionem, impium eſt.* ἀσεβές ἐστι.

VI.

Longè prudentior Greg. 1. l. 1. Epiſt. 41. *De trina*, inquit, *merſione baptiſmatis, nihil reſponderi verius poteſt, quam ipſi ſenſiſtis: quia in una fide nihil officit S. eccleſiæ conſuetudo diverſa.* Et rationes utriuſque conſuetudinis affert. ſequitur eum Catechiſmus Tridentinus, *Vtrum unica*, inquiens, *an trina ablutio fiat, nihil referre exiſtimandum eſt.* & nos nihil referre exiſtimamus.

VII.

Formam non admittunt aliam quam quæ deſignatur iſta Chriſti inſtitutione, jubentis *baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* neque nos utimur forma diverſa.

VIII.

Diſcrimen tamen hac in parte aliquod eſt inter Latinos & Græcos. Hi enim dicunt: *Baptizetur ſervus Dei in nomine* &c. illi vero: *Ego te baptizo in nomine* &c. quorum

rum neutrum cum ſit à Chriſto præcisè injunctum, & utrumque eodem redeat, utriſque ſuam conſuetudinem cenſemus permittendam.

IX.

Et Bellarmini hac in parte rigorem improbamus, qui dicit *non tantum veram eſſe formulam latinam, ſed etiam neceſſariam*, cùm illa neceſsitas nullo conſtet argumento. Hactenus conſenſus aliquis noſter cum adverſariis, in ſequentibus merus diſſenſus.

X.

Dicunt enim papiſtæ primo: *Baptiſmi effectum eſſe remiſſionem omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur.* Eugen. 4. in Concil. Florentino. ita & Catech. Trid. *Peccatum, ſive à primis parentibus origine contractum, ſive à nobis commiſſum, quamvis etiam adeo nefarium ſit, ut ne cogitari quidem poſſe videatur, admirabili hujus ſacramenti virtute remitti & condonari.* idem adjicit de pœnis. excipiens interim pœnas civiles, à quibus baptiſmus non abſolvat, & temporales afflictiones à quibus quidem liberet, ſed poſt hujus vitæ curriculum. hæc illi.

XI.

Nos hæc baptiſmo quidem ſignificari & obſignari concedimus, ſed effici prorſus negamus, quia *ſanguis Ieſu Chriſti nos mundat ab omni peccato.* 1. Joa. 1. 7. *Caſtigatio pacis noſtræ imponitur ei, & tumice ejus ſit curatio nobis.* Jeſ. 53. 5.

XII.

Alterum ejus effectum eſſe dicunt, quod *re ipſa tollat omnia peccata, ita ut non ſolum non imputentur, ſed nec ſit quod imputari poſſit ad culpam.* ita Bellarm. ex Conc. Trid. Seſſ. 5. de peccat. orig. anathem. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIII.

Ubi duplicem errorem deprehendimus: 1. quod *ſanctificationem* baptiſmi effectum faciunt, cum eam ſolus verè efficiat Spiritus Sanctus, licet baptiſmo ſignificetur, & obſignetur. Matth. 3. 11. 2. quod eam perfectam in baptizato ponant, quum hic detur per gradus, nec niſi poſt hanc vitam integra & immaculata prorſus ſit futura. Rom. 7. 18. &c. 1. Cor. 13. 9. 10.

XIV.

Ut in hiſce efficaciam baptiſmi nimis attollunt, ita in ſequenti errore eam nimis deprimunt. putant enim tertio, eam tantummodo pertinere ad peccata præterita, pro futuris autem requiri aliud ſacramentum, nempe pœnitentiam.

XV.

Hinc Tridentini Patres: *Siquis*, inquiunt, *dixerit, peccata omnia quæ poſt baptiſmum fiunt, ſola recordatione & fide ſuſcepti baptiſmi vel dimitti, vel venialia fieri, anathema ſit.* Et Bellarm. *Non poteſt fieri ut ſolà memorià & fide ſuſcepti baptiſmi peccata remittantur quæ poſt baptiſmum fiunt, ſed neceſſarium eſt pœnitentiæ ſacramentum.*

XVI.

Opponimus his verba Calvini Inſt. l. 4. c. 15. ſect. 3. 4. *Neque vero exiſtimandum eſt, Baptiſma in præteritum duntaxat tempus conferri, ut novis lapſibus, in quos à baptiſmate recidimus, quærenda ſint alia expiationis remedia, in aliis neſcio quibus ſacramentis, perinde acſi illius vis obſoleta eſſet. Sic autem cogitandum eſt, quocunque baptizemur tempore, nos ſemel in omnem vitam ablui & purgari. Itaque quoties lapſi fuerimus repetenda erit baptiſmi memoria, &*

hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

hac armandus animus, ut de peccatorum remiſſione ſemper certus ſecuruſque ſit.

XVII.

Idem in Antidoto: *Qui ſola baptiſmi recordatione deleri peccata tradunt, non nudam ipſam aut frivolam intelligunt, ſed cum fide ac pœnitentia conjunctam; qualis eſt prima quoque baptiſmi cognitio. Ejuſmodi, inquam, recordatio non venialia modo peccata facit, ſed prorſus obliterat. Nam quoties de peccatorum remiſſione quæritur, ad baptiſmum confugiendum eſt, ut inde petamus ejus confirmationem.*

XVIII.

Hic tria ſummopere notanda: 1. requirere Calvinum memoriam baptiſmi cum *fide* conjunctam, nec per eam intelligere *fidem* (hiſtoricam) *ſuſcepti baptiſmi*, ut nugantur Tridentini & Bellarm. ſed *fidem in Chriſtum*. 2. non excludere eum *pœnitentiam*, ſed manifeſto ponere. ſed fictitium pœnitentiæ *ſacramentum* quod vocant, rejicere. 3. remiſsionem peccatorum propriè dictam à baptiſmo aut ejus memoria non arceſſere, ſed tantum ejus *confirmationem.*

XIX.

Statuimus ergo contra pontificios, baptiſmum eſſe ſigillum remiſsionis peccatorum non modo præcedentium baptiſmum, ſed & ſubſequentium idque his rationibus ſtatuminamus.

XX.

1. Quia nuſquam reſtringit ſcriptura baptiſmum ad pec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

peccata præcedentia, ſed generaliter loquitur de remiſſione peccatorum Marc. 1. 4. Act. 2. 38. & 22. 16.

XXI.

2. Quia baptiſmus æque latè extenditur ac gratia divina quam obſignat. At hæc non ad præterita tantum ſed & futura peccata remittenda ſeſe diffundit. Pſal. 89. 31. ſeqq. ergo & baptiſmus ad talem remiſsionem obſignandam.

XXII.

3. Quia baptiſmus æque latè patet ac mors Chriſti, quam ſignificat & applicat. at hæc delet etiam quæ poſt baptiſmum committuntur peccata. Col. 2. 13. 14. ergo.

XXIII.

4. Quia baptiſmus æque latè patet ac juſtitia ſive puritas Chriſti nobis imputata. Gal. 3. 26. at ea ſemper viget nec ullis maculis polluitur. ergo.

XXIV.

5. Quia baptiſmus æque latè patet ac ſanctificatio, quam ſignificat. hæc autem protenditur in futurum. Rom. 6. 1. 4. &c. ubi Paulus manifeſto docet, neminem mortuum peccato *in baptiſmo*, vivere peccato *poſt baptiſmum*. ergo.

XXV.

6. Quia baptiſmus æque latè patet ac ipſa ſalus, quam obſignat. Tit. 3. 5. Marc. 16. 16. 1. Pet. 3. 21. Eph. 5. 27. at hæc in futurum expectatur. nec datur niſi remiſsis omnibus peccatis, ſive ea præcedant baptiſmum, ſive ſequantur. ergo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXX.

DE

BAPTISMO,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

ABRAHAMUS BUBBENIUS, Lugd. Bat.

Ad diem Septemb. loco ſolito, horâ 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ Libertatis Propugnatoribus acerrimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

NEC NON

Doctiſſimis, ac variæ eruditionis Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in Inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theol. Pro-Regenti vigilantiſſimo,

Studiorum meorum Fautoribus ac Promotoribus ſummis,

Haſce Theſes Theologicas,

ſubmiſſe offero,

ABRAHAMUS BUBBENIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXX.

DE BAPTISMO, SECUNDA.

THESIS I.

PRogrediamur ad Baptiſmi neceſſitatem. de ea hæc ſancit Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 5. de bapt. *Siquis dixerit, baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, Anathema ſit.*

II.

Catechiſmus Tridentinus aſſerit, *omnibus hominibus Baptiſmi legem à Domino præſcriptum eſſe, ita ut, niſi per Baptiſmi gratiam Deo renaſcantur, in ſempiternam miſeriam, & interitum, à parentibus, ſive illi fideles ſive infideles ſint, procreentur.*

III.

Suarez: *Simpliciter dicendum eſt, Baptiſmum eſſe medium neceſſarium ad remiſſionem peccatorum & ad gratiam & gloriam conſequendam. Concluſio eſt de fide.* hæc illi, abſque ulla diſtinctione. Soto diſcrimen agnoſcit inter neceſſitatem *finis* & *præcepti,* ſed hic utramque concurrere ſtatuit.

IV.

Quibus cautior Greg. de Valentia hæc habet: 1. *Baptiſmus iis qui baptizari poſſunt, non ita ad ſalutem neceſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſarius eſt, ut nullo alio modo, neque in ullo caſu ſine illo, re ipſa ſuſcepto, ſalutem conſequi valeant. 2. *Adultis cum baptizari poßunt ita ex divino præcepto baptiſmus re ipſa neceſſarius eſt ad ſalutem, ut ſi hoc facere omittant, peccent omnino peculiari peccato mortali.* 3. *Parvulis ita baptiſmus re ipſa neceſſarius eſt ad ſalutem, ut ſecundum legem ordinariam nequeant ſine baptiſmo aquæ ſalutem conſequi, excepto unico caſu, ſi videlicet interficerentur pro Chriſto.* videmus neceſſitatem nuſquam abſolutam, ſed cum hac vel illa ſemper exceptione.

V.

Ad quas (exceptiones dico) etiam reliqui, ſui obliti, tandem devolvuntur. celeberrima eſt, qua dividunt baptiſmum in *baptiſmum fluminis, flaminis*, & *ſanguinis*. Baptiſmus fluminis, eſt baptiſmus aquæ. Baptiſmus flaminis, ſive pœnitentiæ, eſt contritio cordis, ſive præparatio ſufficiens ad gratiæ infuſionem. bapt. Sanguinis, eſt martyrium, pro Chriſto aut juſtitia ſuſceptum.

VI.

Duo poſteriores baptiſmi, ex illorum ſententia poſſunt ſupplere defectum primi. De baptiſmo flaminis ita Bell. *Perfecta converſio ac pœnitentia recte baptiſmus flaminis dicitur, & baptiſmum aquæ, ſaltem in neceſſitate, ſupplet.* Altenſtaig tamen addit exceptionem; baptizatos hoc baptiſmate, licet recipiant effectum baptiſmi aquæ quantum ad remiſſionem culpæ & infuſionem gratiæ, non tamen regulariter quantum ad remiſſionem pœnæ.

VII.

VII.

Videtur etiam Suarez reſtringere ad ſolos adultos, diſerte aſſerens, *nullum infantem decedentem ſine baptiſmo ſalvari ex ſpeciali privilegio aut diſpenſatione.* inſuper: *Infantes qui in maternis uteris moriuntur non poſſe ſalvari.* Et id eſſe certiſſimum, & ita ſentire univerſam eccleſiam ac Theologos. contra Altenſtaig. *Baptiſmus*, inquit, *flaminis fit, quotieſcunque quis per miſericordiam Dei ſanctificatur à peccatis ſuis, ſive fiat in utero, ſicut de Ieremia & Ioanne baptiſta legitur, ſive extra uterum, ſive virtute pœnitentiæ.*

VIII.

De baptiſmo ſanguinis Bellarm. *Martyrium recte dicitur & eſt quoddam baptiſma.* id explicat, quia configuret hominem Chriſti paſſioni & morti: quia remittat peccatum originale, & reliqua omnia ſi quæ ſint admiſſa: quia remittat omnem pœnam peccato debitam, tam æternam quam temporalem. Notat tamen horum trium capitum duo extrema eſſe ſecundo certiora, propter nonnullorum ſcrupulos. Præciſius Altenſtaig: *tollit*, inquit, *omnem culpam, tollit etiam omnem pœnam, adimit recidivam, confert ſine mora præmium, & tribuit majorem gratiam, & per conſequens gloriam ampliorem.*

IX.

Hæc pontificii. Nos cum de neceſſitate baptiſmi proprie dicti quæritur ita diſſerimus: Neceſſitas eſt vel præcepti vel medii: neceſſitas præcepti, eſt eorum quorum uſus neceſſarius, propter ſolum mandatum & ordinatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nem Dei. Neceſſitas medii, eorum ſine quibus ſalus obtineri non poteſt, ut fides, ſanctificatio. Hæc ad ſalutem abſoluta neceſſaria ſunt, eorumque ſola privatio damnat: illa ſecundum quid, ratione mandati divini, eorumque non privatio ſed contemtus damnat. Tales ſunt ceremoniæ, & inter eas baptiſmus.

X.

Probatur ex Matth. 19. 13. *Tunc oblati ſunt ei pueri, ut manus eis imponeret & precaretur: diſcipuli autem obiurgarunt eos. Ieſus autem ait: Sinite puerulos, & ne prohibete eos ad me venire: talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, profectus eſt illinc.* puerui illi nondum erant baptizati, & tamen eorum aſſeritur eſſe regnum cœlorum. non ergo damnatio infernalis.

XI.

Rom. 9. 11. *Nondum natis pueris, qui nihil feciſſent boni vel mali, ut propoſitum Dei quod eſt ſecundum electionem, id eſt, non ex operibus ſed ex vocante, firmum maneret, dictum eſt ei, Major ſerviet minori: ſicut ſcriptum eſt; Iacob dilexi, Eſau vero odio habui.* Vides Iacob fuiſſe dilectum ante baptiſmum, imo ante circumciſionem, quia antequam natus eſſet. dilecti autem à Deo non damnantur.

XII.

Neque hic fingendum unius Iacobi privilegium, cum ejus exemplum Paulus proponat tanquam argumentum, probandæ univerſalis doctrinæ, & pertinentis ad omnes electos.

XIII.

XIII.

Ierem. 1. 5. *Priuſquam te formarem in utero, novi te; & antequam exires de vulva, ſanctificavi te.* Luc. 1. 15. *Et Spiritu Sancto complebitur* (Ioannes baptiſta) *etiam ab utero matris ſuæ.* Habemus ſanctificatos in utero, atque ita ante accepta gratiæ ſymbola. ſancti porro regnum Dei poſſidebunt, non damnabuntur.

XIV.

Inſulſe autem & hæc duo exempla tanquam ſolitaria & privilegiata adduci putant papiſtæ. ſunt enim & alia, Nam *Samſon* fuit *Nazæus* 1. ſanctificatus *Dei ab utero.* Jud. 13. 5. *David ſuſtentatum ſe ait in Deo ab utero, & è viſceribus matris ſuæ Deum eductorem* agnoſcit. Pſal. 71. 6. Paulus Gal. 1. 15. *Deus,* inquit, *ſeparavit me ab utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam.*

XV.

Act. 10. 12. Cornelius *centurio* ante baptiſmum erat *pius & timens Deum, cum tota domo ſua; & præſtans eleemoſynas multas populo*, & aſſidue precabatur Deum. In eoſdem ante Baptiſmum *illapſus eſt Spiritus Sanctus.* v. 44. unde Petrus argumentum duxit non differendi ſacramenti: *Num quis aquam prohibere poteſt, quominus baptizentur iſti, qui Spiritum Sanctum acceperunt ſicut & nos?* v. 47 quid quod ad eoſdem pertinuit, & eorum gratia dictum fuit: *Quæ Deus purgavit, tu ne polluito*, .i. pollutum ne dicito? v. 15. &c.

XVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVI.

Plura poterant afferri, ſed quia ferè coincidunt cum iis quibus pædobaptiſmum probamus adverſus Anabaptiſtas, ea hic non accumulabimus. neque in refellendis pontificiorum argumentis, & diſtinctionum chimæris operam ponemus, ſed totum hoc conflictui reſervabimus.

COROLLARIUM.

Fideles in Vet, Teſt. una nobiſcum miſericordia Dei propter Chriſtum ſervati fuerunt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXXI.

DE BAPTISMO, TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

RICHARDUS WOODWARD, Delpho-Bat.

Ad diem Septemb. loco ſolito, horâ 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIϽ IϽ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Prudentiſſimis, Spectatiſſimis,

D. D. CVRATORIBVS

Scholæ Collegiique DELPHICI Literarii, I. V. peritiſſimis,

Plurimum ſibi obſervandis,

Profundæ eruditionis, raræque pietatis nomine Celeberrimo VIRO,

D. IACOBO CRVCIO, Theologo & literatori haud vulgari, Scholæ Collegiique Delphici Moderatori indefeſſo, de ſe & ſtudiis ſuis multum merito, ideoque maximè ſibi venerando,

Se & haſce Theſes

Sacras facit

RICHARDUS WOODWARD,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXXI.

DE

BAPTISMO,

TERTIA.

THESIS I.

DE quæſtione, quiſnam ſit legitimus baptiſmi miniſter, Patres Tridentini magis muti ſunt quam piſces. ſed Catechiſmus ad Parochos, *A quibus*, inquit, *miniſtris hoc ſacramentum conficiatur, uon utiliter modo, ſed etiam neceſſario tradendum videtur: tum ut ii, quibus præcipue hoc munus commiſſum eſt, illud ſanè & religioſe curare ſtudeant, tum ut ne quis, tanquam fines ſuos egreſſus, in alienam poſſeſſionem intempeſtive ingrediatur, vel ſuperbe irrumpat: cum in omnibus ordinem ſervandum eſſe Apoſtolus admoneat.*

II.

Diſtinguunt autem vulgo inter adminiſtrationem baptiſmi *ſolennem*, & eam quam *neceſſariam* vocant. Illa fit ordinariè, & adhibitis omnibus ceremoniis: hæc extra ordinem & in præſenti mortis periculo. *Solennem* nemini concedunt præter Epiſcopum & ſacerdotem. Catechiſmus: *Quibus datum eſt ut jure ſuo, non extraordinaria aliqua poteſtate hoc munus exerceant, quamvis Epiſcopi, ne graviorem illam docendi populi curam deſerere cogerentur, baptiſmi miniſterium ſacerdotibus relinquere ſoliti ſunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Soto: *Sicut ad ſacerdotes pertinet conſecrare Euchariſtiam, ad quod principaliter ſacerdotium refertur, ita & ad proprium officium ſacerdotis pertinet baptizare.* quæ petita ſunt ex Thomæ part. 3. q. 67. a 2.

III.

Ad *neceſſariam* ſive extraordinariam baptiſmi adminiſtrationem quoſvis homines admittunt. Bellarminus id ita digerit: 1. *Laicis baptizatis licere in caſu neceſſitatis baptizare.* 2. *etiam non baptizatis, ſi ſciant ritum.* 3. *Nec modo viris, ſed etiam feminis.* Suarez: *Quemlibet hominem qui loqui poſſit, & lavare, poſſe eſſe ſufficientem miniſtrum baptiſmi, ſive ſit vir ſive femina, fidelis vel infidelis, baptizatus vel non baptizatus, dummodo ſciat lavare, & verba proferre cum debita intentione. Hæc* (addit) *aſſertio eſt omnino certa.*

IV.

Etſi autem hac in re alios aliis præferant, ita ut negent licere laïco baptizare præſente clerico, feminæ præſente viro, infideli præſente Chriſtiano, non tamen putant irritum eſſe baptiſmum ſiquid horum negligatur. Suarez: *Certum eſt in præſenti materia hanc poteſtatem talem eſſe, ut ſiquis illa utatur extra neceſſitatis articulum* (nota) *etiamſi malè faciat nihilominus factum teneat.* hæc illi.

V.

Nos baptiſmi adminiſtros eſſe cenſemus ſolos euangelii præcones. Illius enim annunciationem Chriſtus cum baptiſmi adminiſtratione conjunctam eſſe voluit.

Matth.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Matth. 28. 19. Et qui tanquam legati pro Chriſto ſoli gratiam hominibus offerunt, 2. Cor. 5. 20. iis quoque ſolis eam obſignandi poteſtas collata fuit.

VI.

Sed operæ pretium erit loca ſcripturæ excutere quæ pro ſe offerunt pontificii. 1. Citant exemplum Zipporæ quæ circumcidit filium. Exod. 4. 25. ergo etiam licet mulieribus baptizare in caſu neceſſitatis. Reſp. Neg. conſeq. 1. quia ab exemplo uno, nec laudato, non eſt petenda regula. 2. alia eſt ratio circumcifionis, alia baptiſmi. quia de perſona quæ debebat circumcidere nullum extat mandatum, at extat de ea quæ debet baptizare. 3. nullus hic erat caſus neceſſitatis. aderat enim vir, & quidem propheta.

VII.

2. Manoah laïcus obtulit ſacrificium Jud. 13. 19. ergo &c. Reſp. Fecit id Manoah juſſu divino extraordinario. v. 16. idque tempore collapſi veri cultus. cui ſimile exemplum eſt in Gideone c. 6. 26. tale præceptum de baptiſmo non habemus.

VIII.

3. Septuaginta diſcipuli baptizarunt. Luc. 10. 1. at illi erant laïci. ergo. Reſp. 1. Major non eſt in textu. 2. minor quoque falſa, erant enim miſſi ad docendum. unde collabitur concluſio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

4. Actor. 2. 41. uno die baptizata fuerunt tria hominum millia. id non potuit fieri niſi per laïcos. unde enim tam multi verbi miniſtri? Reſpondet Salmero, *impoſſibile non fuiſſe. quia erant miniſtri centum viginti* (Act. 1. 15.) *Deinde*, inquit, *probabile eſt etiam non fuiſſe baptizatos per ſubmerſionem, ſed per aſperſionem, ſive intinctionem, & verborum prolationem: ita enim multa millia poſſunt expediri intra horam.* ſimilia habet Lorinus.

X.

Nos addimus 1. potuiſſe fieri ut adeſſent 70 diſcipuli una cum apoſtolis, vel omnes, vel ex iis multi. 2. ne impoſſibile quidem eſſe ut à 12 viris 3000 baptizentur ſpatio unius diei, ita enim ſingulis obvenerunt tantum 250. 3. ſi alii præterea fecerint, ab apoſtolis extra ordinem juſſos feciſſe, atque in eo actu miniſtros fuiſſe. 4. non eſſe argumentandum ab eccleſia conſtituenda ad conſtitutam. Quod è c. 1. 15. affert Salmero, quia ibi non miniſtrorum ſed diſcipulorum numerus narratur, non ita ſolidum arbitramur.

XI.

5. Act. 8. 13. Philippus baptizavit Simonem. & v. 38. eunuchum. at is diaconus tantum erat. Reſp. imo & euangeliſta. v. 5. 12. & c. 21. 8. qui gradus eſt ſupra diaconatum. confer 2. Tim. 4. 5. unde à Diaconatu promotum ad gradum ſuperiorem haud abſurde

colli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

colligitur. quanquam & extra ordinem à Chriſto ad id fuiſſe miſſum probabile faciunt miracula quibus doctrinam ejus ſancivit. v. 6. 7. 26. 29.

XII.

6. Ananias baptizavit Paulum. Act. 9. 17. at is *diſcipulus* vocatur, laïcus ergo fuit. Reſp. 1. Neg. Conſ. contrarium enim patuit in 70 diſcipulis. 2. quod fecit Ananias, juſſu ipſius Chriſti fecit. v. 10. &c. itaque non procedit ejus exemplum de iis qui tale nihil habent.

XIII.

7. Actor. 10. 48. Petrus juſſit Cornelium à fratribus baptizari. at illi erant laïci. Reſp. 1. non ita eſſe in textu, ſed προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι, *Et juſſit eos baptizari*. unde non ſequitur aliis baptizandi partes eſſe mandatas, ſed tantum, Cornelium cum ſuis juſſos eſſe ut baptizari vellent. id quod ab ipſo Petro potuit fieri. 2. omnes qui aderant laicos fuiſſe ſumitur, non probatur. favet noſtræ interpretationi Lorinus, & gloſſa interlinearis.

XIV.

8. Rom. 16. 1. Phœbe fuit *miniſtra* eccleſiæ. ergo mulieribus miniſterium baptizandi poteſt competere. Reſp. Neg. conſ. vocatur enim διάκονος. eo ſignificatu, quod multis hoſpitia præbuit, atque ita eis miniſtravit, verſ. ſeq. confer 1. Tim. 5. 9. 10. 12.

XV.

XV.

9. Rom. 16.6. *Maria multum laboravit*, ἐκοπίασιν, εἰς ἡμᾶς. ubi eadem vox eſt quæ 1. Tim. 5. 17. uſurpatur de miniſtris euangelii. Reſp. at iſthic additur: ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, quod hic non comparet. unde conſequentia corruit.

COROLLARIA.

I.

Sola fide juſtificnmur.

II.

Iuſtificatio conſtat imputatione ſatisfactionis paſſivæ, ſive per pœnam, & activæ ſive per obedientiam.

III.

Illâ à reatu & condemnatione liberamur, hac poſitive juſti & præmio digni cenſemur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXII.

DE

BAPTISMO,

QUARTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

JOHANNES BURUM, Harlemenſis.

Ad diem Septemb. loco ſolito, horâ 9.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO clɔ Iɔ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis ac Generoſiſſimis,

D. D. EQUITIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Avitæ libertatis Propugnatoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis.

UT ET

Doctrina ac eruditione conſpicuo Viro,

D. HENRICO BURUM, Paſtori in Colhorn vigilantiſſimo, Fratri ſuo unicè dilecto,

DENIQUE

Magnifico, ac præſtanti VIRO,

D. CORNELIO GELDER, Conſuli & Quæſtori ærario civitatis Harlemenſis prudentiſſimo ac vigilantiſſimo,

Hanc Diſputationem Theologicam,

OFFERT

IOHANNES BURUM.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXII.

DE

BAPTISMO,

QUARTA.

Theſis I.

HActenus quæ eſſentialia ſunt baptiſmo excuſſimus, nunc in ritus quoſdam inquiremus, qui perperam ei fuerunt agglutinati.

II.

1. Delectus temporum. nam Baptiſmus olim ad feſta paſchæ & pentecoſtes fuit contractus. patet ex Tertull. Aug. Hieron. Cyrillo. Syricio, Leone, Gelaſio papis.

III.

Idque tam ſtricte quibuſdam locis obſervatum, ut in Theſſalia teſtetur Socrates l. 5. c. 22. græci codicis, *ob eam cauſam omnes, paucis admodum exceptis abſque baptiſmate morerentur.*

IV.

Hinc prudentiores, caſum neceſſitatis exceperunt, & ægrotantium imprimis rationem habuerunt, ut etiam in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

lecto baptizarentur. unde clinicorum nomen apud Cyprianum Ep. 76.

V.

Duravit horum dierum ſolennitas uſque ad Carolum Magnum. inde cœpta eſt aboleri, jamque omnino antiquata eſt, *propter occaſiones mortis, maxime propter turbam infantium ex Chriſtianis parentibus ſuccreſcentium, quorum tenera vita perſæpe levi occaſione ſucciditur.* ait Rupertus de div. off. l. 4. c. 18. manſerunt tamen aliqua veſtigia. nam Romæ nonnullos, licet admodum paucos, hiſce diebus baptizari etiamnum religioſum eſt.

VI.

2. Aquæ conſecratio. *Nam,* ut ait Vaſquez, *antiquæ eccleſiæ conſuetudine obtentum eſt, ut aqua pro baptiſmo, ſeu fons aqua plenus benedicatur, non ſolum ſacris orationibus & invocationibus, ſed etiam unguenti & chriſmatis trina perfuſione. Quæ benedictio* (inquit) *fieri conſuevit in Sabbatis Paſchæ & pentecoſtes, unde tunc baptizabantur adulti: reſervabatur autem quædam ejus aquæ particula baptizandis reliquo anno infantibus & infirmis.*

VII.

3. Signum crucis in fronte & in pectore, ſola manu ſacerdotis, non oleo aut chriſmate. quod obſervat Vaſquez, Colonienſes addunt idem ſignum ſuper oculos, ſuper aures, ſuper nares, ſuper ſcapulas, ſuper

os.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

os. & ad ſingula miſticas quaſdam ſignificationes afferunt.

VIII.

4. Exorciſmus, ſeu adjuratio dæmonis, cui annectitur ejus exufflatio. Fit exorciſmus, *ut ſpiritus immundus à baptizando expellatur, & ſpiritui ſancto cedat,* ita Colonienſes & Rabamus Maurus.

IX.

5. Sal conſecratus in os inditus. qui ſit veluti typicum condimentum, contra iniquitatis fœtorem, & quo præparetur ad ſapientiæ ſaporem &c. Rabanus, yvo, Colonienſes.

X.

6. Admota ſaliva naribus atque auribus, cum addito verbo *Epphata* .i. *aperire. Saliva quippe* (ut ait yvo) *à capite deſcendit in os, ſupernam ſignificans ſapientiam, cujus tactu & aures cordis aperiuntur ad intelligendum verbum Dei, & nares ad repellendum fœtorem noxiarum delectationem.* Non abſimilia habent Colonienſes.

XI.

7. Altera unctio poſt baptiſmum in vertice, ex chriſmate. quæ ſignificet *Spiritum S. qui ſuper Chriſtum ſtatim à baptiſmo deſcendit ſpecie columbæ.* ut Rabanus vel inſi-

inſitionem in Chriſtum, ut Colonienſes, *à Chriſmate enim nominari Chriſtianos* &c.

XII.

8. Oſculum pacis in ſignum fraternitatis, ſed hic ritus obſolevit.

XIII.

9. Cereus accenſus traditus in manus baptizati. quo ſignificatur tranſlatus eſſe à poteſtate tenebrarum, ad lumen & ſortem ſanctorum. Bellarminus & Vazquez. yvo paulo aliter.

XIV.

10. Veſtis candida data aſcendentibus è fonte nudis, geſtanda ad uſque Dominicam in albis, quæ proxima eſt poſt diem Paſchæ. hac yvo regenerationem & gloriam, Vazquez puritatem animæ, Colonienſis manumiſſionem & libertatem deſignari imaginantur.

XV.

11. Objecto capitis baptizati ſacro velamine, *ut intelligat* (inquit yvo) *ſe diademate regni, & ſacerdotali velamine potiri.*

XVI.

12. Delibatio lactis & mellis. pro quibus Hieron. in

in Eſ. 55. habet lac & vinum ne hæc quidem nunc in uſu eſt.

XVII.

13. Pedilavium. quod baptizatis adhiberi ſolitum Mediolani, & forte in Hiſpania conjicit Vazquez. neque jam uſurpatur.

XVIII.

Hi ritus ſunt, per quos operoſior facta eſt baptiſmi celebratio, quam ulla fuerit unquam aut Moſaïca conſtitutio, aut etiam ethnica ſuperſtitio. convelluntur autem vel hoc unico argumento:

XIX.

Sacramenta nihil ſunt niſi ab inſtitutione. hanc autem divinam eſſe neceſſe eſt. Quare ad ſacramentum non pertinent quæ humanitus inventa fuere. tales autem ſunt hi ritus. de quibus Thomas Valdenſ. de Sacramentalib. tit. 5. c. 47. *Ritus ſacros, & ſacramentales obſervantias reverenter, ut traduntur, tenere jubemur, quos omnes ut Apoſtolicos colit Chriſtiana fidelitas, quia ab Apoſtolis, vel ſuccedentibus in eorum ſedem Epiſcopis indiſtincte eos accepimus.*

XX.

Hoc telo configitur quicquid hic ſpeculationum eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eſt, unde ut ſingulis immoremur, nullum operæ pretium putamus.

COROLLARIA.

I.

Non concurrit homo activè, ſed mere paſſive ſe habet in ſanctificationis primordio.

II.

In progreſſu vero etiam efficientis ſecundarii rationem habet.

III.

Sanctificatio juxta ultimum ſui perfectionis, non ſimul, ſed gradatim introducitur.

IV.

Perfectio graduum in hac vita non reperitur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXXIII.

DE PÆDOBAPTISMO,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

FRANCISCUS WINTERUS,

Ad diem 28 Septemb. loco ſolito, horâ 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis ac avitæ Libertatis Propugnatoribus acerrimis,

UT ET

Nobiliſſimo ac Generoſiſſimo HEROI,

D.D. IACOBO van WASSENAER, Hollandiæ Weſt-Friſiæque Equiti præſtantiſſimo, Toparchæ in Warmondt, Eſſelickerwoude digniſſimo,

Patrono ac Mæcenati ſuo omni obſervantia colendo,

DENIQUE

Reverendo, Doctiſſimoque Viro,

D. JACOBO du BOYS, Eccleſiæ Leydenſis Paſtori vigilantiſſimo,

Hanc Diſputationem Theologicam,

offert & inſcribit,

FRANC, WINTERUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXII.

DE

PÆDOBAPTISMO,

THESIS I.

De pædobaptiſmo quæri ſolet, an is in ſ. ſcriptura habeat fundamentum? in quo miram pontificii produnt inconſtantiam. Etenim

II.

Ubi eum adverſus Anabaptiſtas aſtruere laborant, provocant ad ſacras literas. Ita Eccius Enchirid. c. 30. quatuor pro eo argumenta è ſcripturis promit. Bellarminus lib. de baptiſmo c. 8. 9. ait, *hanc veritatem in ſcriptura tribus argumentis probari*. ac ſubjungit: *Licet enim non inveniamus expreſſè mandatum ut baptizemus infantes: tamen id colligitur ſatis apertè ex ſcripturis*. & mox: *Infantes poſſe baptizari, deducitur evidenter ex ſcripturis*. c. 9. reſp. ad arg. 1. & 8.

III.

E quibus eundem demonſtrant Suarez tom. 4. in Thom. fol. 255. Greg. de Valentia lib. de bapt. c. 1. part. 3. Imo & pontificum Rom. ea ſententia eſt, ut de Innoc. 3. liquet Decretal. l. 3. Tit. 42. q. 2. c. 3. *Majores*. ac de Pio 5. è Catechiſmo qui juxta decretum Conc. Trid. ad parochos, pontificis illius juſſu editus fuit. cap de bapt. ſacr. p. 167.

IV.

At iidem, cum imperfectionem ſcripturarum adverſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Reformatos tuentur, pædobaptiſmum poſſe è ſcriptura probari negant. Bell. de Verbo Dei lib. 4. c. 4. *Baptiſma infantum, sontra Anabaptiſtas, ex ſcripturis Lutherani probare non poſſunt; Catholici non ſolent.*

V.

Gretzerus Defenſ. Bell. agens de pædobaptiſmo, & modo non rebaptizandi baptizatos ab hæreticis: *Secluſâ*, inquit, *traditione non ſcripta, neutrum unquam ex ſ. ſcriptura ſectarii evincent.* Tit. 1. de Verbi Dei defenſ. c. 9. l. 4.

VI.

Et Coſterus Enchirid. loc. de ſ. ſcript. p. 47. cum dixiſſet, *omnia fidei myſteria, cæteraque creditu & ſcitu neceſſaria, iu corde eccleſiæ eſſe clariſſimè exarata; in membranis tam Novi quam Vet. Teſt. multa deſiderari:* pro exemplo, ait, *à B. Auguſtino ad Apoſtolicam traditionem referri baptiſmum parvulorum.*

VII.

Nos, ut ſcripturarum perfectionem in dubium vocare nefas ducimus, ita pædobaptiſmum ſolide ex iis evinci poſſe, hiſce argumentis demonſtramus:

VIII.

1. Quicunque pertinent ad fedus Dei ſunt baptizandi: Infantes fidelium pertinent ad fedus Dei: ergo ſunt baptizandi.

IX.

Major inde eſt evidens, quia baptiſmus eſt ſacramentum federis: cum eo confirmentur quæcunque novo fe-

dere

dere Deus ipſe comprehendit. Ier. 31. 33. *Indam legem meam menti eorum, & cordi eorum inſcribam eam; & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus.* v. 34. *condonabo iniquitatem ipſorum, & peccati eorum non recordabor amplius.*

X.

Deum eſſe Deum noſtrum obſignat baptiſmus, cum baptizamur *in ejus nomine.* Matth. 28. 19. eum peccata noſtra rimittere Act. 2. 38. *baptizetur unuſquiſque veſtrum in remeſſionem peccatorum.* Act. 22. 16. *baptizator, & abluitor à peccatis tuis.* ut & Spiritu ſuo nos renovare. Tit. 3. 5. *ſervavit nos per lavacrum regenerationis, renovationis Spiritus Sancti.*

XI.

Nos eſſe populum Dei, idque vera converſione oſtendere, idem baptiſmus docet. Rom. 6. 3. 4. *An ignoratis, nos quotquot baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem ejus eſſe baptizatos? Conſepulti igitur ſumus ei per baptiſmum in mortem: ut ſicut ſuſcitatus eſt Chriſtus ex mortuis in gloriam Patris, ita & nos nova vita ambulemus.*

XII.

Minor probatur ex Gen. 17. 7. *Stabilio autem fedus meum inter me & te, & ſemen tuum poſt te per ætates ſuas, ut fedus ſit perpetuum: me eſſe tibi Deum & ſemini tuo poſt te.* v. & Deut. 29. 10. 11. 12. 2. Chron. 20. 13. Act. 2. 38. 39. 1. Cor. 7. 13. Heb. 11. 16.

XIII.

2. Quicunque pertinent ad eccleſiam Dei ſunt baptizandi. Infantes pertinent ad eccleſiam Dei. Ergo ſunt baptizandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Major ex eo innoteſcit, quod baptiſmus ſit ſacramentum inſitionis in eccleſiam. 1. Cor. 12. 13. *Etenim per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati ſumus.* Eph. 5. 25. 26. *Sicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſemet ipſum expoſuit pro ea: ut eam ſanctificaret, ab eo purificatam lavacro aquæ per verbum.*

XV.

Minor invenitur Ioël 2. 16. *Colligite populum, ſanctificate eccleſiam, congregate ſenes, colligite parvulos & ſugentes ubera.* hi ergo eccleſiæ membra erant.

XVI.

3. Quibus promiſſa eſt remiſſio peccatorum, ii ſunt baptizandi: Infantibus promiſſa eſt remiſſio peccatorum. ergo ſunt baptizandi.

XVII.

Major inde eſt evidens, quod baptiſmus ſit ſacramentum remiſſionis peccatorum, ut vidimus ex Act. 2. 38. & 22. 16. v. & Marci 1. 4.

XVIII.

Minor habetur Act. 2. 38. 39. *Baptizetur unuſquiſque veſtrum &c. in remiſſionem peccatorum &c. Vobis enim facta eſt promiſſio & liberis veſtris.* Idem etiam ſequitur ex promiſſione vitæ æternæ. Matth. 19. 14. Marci 10. 14. quæ ſine remiſſione peccatorum non datur. Pſalm. 32. 1. 2. Rom. 4. 6.

XIX.

4. Quibus promiſſus eſt Spiritus Sanctus ii ſunt baptizandi. Infantibus is promiſſus eſt. Ergo ſunt baptizandi.

XX.

Majoris ratio eſt, quia Baptiſmus eſt ſacramentum

doni

doni Spiritus Sancti Act. 10. 47. *Num quis aquam prohibere poteſt, quominus baptizentur iſti qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?* v. & c. 11. 15. 16. 17. 1. Cor. 12. 13. *baptizati ſumus in unum Spiritum.* Tit. 3. 5. *Lavacrum regenerationis, renovationis Spiritus ſancti.*

XXI.

Minor reperitur Ieſ. 43. 18. (in Heb. 44. 3.) *Effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper prognatos tuos.* Ioël 2. 28. *ſuper omnem carnem.* Exempla ſunt in Davide Pſal. 22. 11. 12. Ieremia, c. 1. 5. Ioanne baptiſta. Luc. 1. 15.

XXII.

5. Omnes fideles ſunt baptizandi: Infantes ſunt fideles: Ergo baptizandi.

XXIII.

Major extra controverſiam eſt. Minor etiam vera eſt in infantibus. quum enim habeant *Spiritum fidei* (ut vocatur Spiritus Sanctus 2. Cor. 4. 13.) & *ſemen* quod iis omnibus ineſt qui *ex Deo nati* ſunt. 1. Io. 3. 10. *radicem* illam quæ tribuitur *terræ bonæ* Matth. 13. 21. 23. 1. *fidem habitualem,* pro infidelibus haberi non debent, ſed fidelibus annumerandi ſunt, licet *fidei actus* nondum producant.

XXIV.

6. Si infantes in Vet. Teſt. fuerunt circumciſi, ergo & in Novo debent baptizari. at verum prius ergo & poſterius. Minor certa eſt. Major inde probatur, quia baptiſmus circumciſioni ſucceſſit. Col. 2. 11. 12. *In quo & cir-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

& circumciſi eſtis circumciſione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, per circumciſionem Chriſti. Et conſepulti per baptiſmum &c. confer Phil. 3.3.

XXV.

7. Si in V. T. infantes fuerunt baptizati, non impedit ætas quominus id fiat in novo: at fuerunt. patet 1. Cor. 10.2. ubi dicuntur *Omnes baptizati in nube & mari.* inter illos omnes autem erant & infantes.

COROLLARIA.

1. *Sanctificatio non ad intellectum modo ſed & voluntatem immediata, efficaci, ac reali actione Spiritus ſancti pertingit.*
1. *Habitus charitatis æque immediatè infunditur ac habitus fidei.*
3. *Falſum eſt, nos non aliunde impelli ad volendum bonum, quam à ſpeciè boni intellectui impreſſa.*
4. *Vere fideles non poſſunt totaliter à fide deficere.*
5. *Homo poſt lapſum non eſt vere liberi arbitrii in iis rebus quæ pertinent ad ſalutem.*
6. *Humana Chriſti natura non eſt ubique.*
7. *Sacramenta non reapſe in ſe Continent gratiam, nec eam conferunt ex opere operato.*
8. *Communio ſub utraque ſpecie mandato Dei præcipitur.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXIV.

DE

ANABAPTISMO,

QUAM

Divino annuente Numine,

Sub Præsidio

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

THOMAS BUBBENIUS, Lugd. Bat.

Ad diem Septemb. loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac Florentiſſimæ

LEYDENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mecænatibus ſuis munificis:

NEC NON

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque

VIRIS,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi ſuo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in Inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theol. Pro-Regenti vigilantiſſimo,

Haſce ſtudii ſui Theologici primitias

Sacras facit

THOMAS BUBBENIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXIV.

DE

ANABAPTISMO,

THESIS I.

BAptiſmum non eſſe iterandum ſemper eccleſia judicavit. interea cur iterari non debeat haud ſatis convenit inter doctores.

II.

Concilium Trident. Seſſ. 7. de ſacram. in genere, & Bellarm. l. 2. de Sacram. c. 22. pro cauſa adducunt characterem quem baptiſmus animæ imprimat, qui cum indelebilis ſit, etiam ſit initerabilis. Nos characterem illum figmentum eſſe alibi oſtendimus. itaque ratio illa non procedit.

III.

Alii probabilius: Quia baptizemur in Chriſti mortem: Chriſtus autem ſemel tantum ſit mortuus. ita Baſil. de Spir. S. c. 15. Auctor de vera & falſa pœnit. ſub Auguſtini nomine. c. 3. Iſidorus l. 2. de off. eccl. c. 24. Damaſc. l. 4. Orthod. fid. c. 11. qui inde concludit, repetitionem baptiſmi rite collati, eſſe ἀνασταύρωσιν χριστοῦ.

IV.

Sed nec illa ratio ſatis virium habet. quia quod ſemel factum eſt poteſt ſæpius repreſentari. ut patet in cœna, quæ eſt recordatio mortis Dominicæ. 1. Cor. 11. 24. 25. 26.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

V.

Alii eo trahunt verba Chriſti Io. 13. 10. *Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet; ſed eſt mundus totus.* unde ita colligunt; cum per baptiſmum loti ſimus à peccatis, non opus eſſe, ut iterum per baptiſmum à peccatis abluamur. ſed ſatis eſſe, ſi pedes laventur; hoc eſt, ſi à concupiſcentia, & vitioſis affectibus mundemur. Ita Optatus Milevit. l. 4. & 5. Aug. l. 2. de bapt. contra Donatiſtas. c. 14. & alibi. Fulgent. de fide ad Petrum c. 36. aliique non pauci.

VI.

Sed hæc explicatio non eſt ad mentem Chriſti, qui non loquitur de externo baptiſmo, ſed de interna renovatione. patet è ſequentibus: *Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. ſciebat enim quis eſſet qui proderet ipſum.* ubi ſenſus eſſe non poteſt, omnes apoſtolos eſſe baptizatos præter Iudam, ſed omnes præter eum eſſe regenitos.

VII.

Alii argumentum ſumunt ex Hebr. 6. 4. *Impoſſibile eſt, eos qui ſemel ſunt illuminati, & prolapſi ſunt, rurſum renovari ad pœnitentiam.* Ubi, quod Græcè eſt φωτισθέντες, Syrus vertit, *baptizati.* & Juſtinus Martyr Apol. 2. (ut & alii poſt eum) baptiſmum vocat φωτισμόν. Itaque omnes penè veteres hinc probant baptiſmum non poſſe iterari. Ambroſius, Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Chryſoſtomus &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

Verum φωτισμὸν idem eſſe quod βαπτισμὸν ex nullo ſcripturæ loco probari poteſt. unde à conſueta ſua ſignificatione, quæ eſt interna mentis illuminatio, ad tam alienam torqueri non debet.

IX.

Alii, vel etiam iidem, huc facere putant dictum Pauli Eph. 4. 5. *Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma.* v. Cyrill. Hieroſol. præfat. Catech. Leonem papam in Decret. Grat. de Conſecr. diſt. 4. can. *Non licet.* Thomam in 4. Sent. diſt. 3.

X.

Imo communem fuiſſe hanc opinionem indicat Hugo l. 2. de ſacr. part. 6. c. 13. *Apoſtolus dicit, Vna fides, unum baptiſma. Hac enim auctoritate univerſi utuntur. Quod ergo unum eſt geminari non poteſt. Quapropter valde rationabili definitione à ſanctis Patribus inſtitutum eſt, ut qui ſemel ſacramentum baptiſmi percepiſſe cognoſcitur, nulla ratione illud iterato accipiat; ſive in eccleſia, ſive extra eccleſiam; hoc eſt, ſive à catholico, ſive ab hæretico fuerit baptizatus.*

XI.

Nos argumentum ex hoc loco infirmum duci, inde cenſemus; quod etiam 1. Cor. 10. 17. *Vnus panis* dicitur; nec tamen inde concludimus ſ. cœnam repeti non debere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

bere. unde recte Calvinus: *Perperam ex hoc loco (*Eph. 4.) *quidam colligunt non iterandum eſſe baptiſma inter Chriſtianos. Neque enim hoc vult Apoſtolus: ſed idem eſſe omnibus commune: ideo per ipſum initiari nos in unam animam & unum corpus*. v. reliqua.

XII.

Vera ergo ratio, cur non ſit iterandus baptiſmus, eſt voluntas divina. ut recte docuit Scotus D. 6. q. 7. & Gabriel Biel. eſſe vero hanc Dei voluntatem, hiſce rationibus freti affirmamus:

XIII.

1. Quia nullum extat præceptum, quo baptiſmum iterare jubemur. nec in loco proprio ubi baptiſmus inſtituitur à Chriſto, nec uſpiam alibi. Quod de cœna dici non poteſt, cum de ea legamus. 1. Cor. 11. 25. *Hoc facite QVOTIESCVNQVE biberitis in mei recordationem. QVOTIESCVNQVE eum ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatis, uſquequo venerit.*

XIV.

2. Quia nuſquam in ſ. literis repetiti baptiſmi occurrit exemplum, cum tam multa hominum baptizatorum inveniantur. v. Act. 2. 38. & 8. 12. 13. 38. & 9. 17. & 10. 48. & 16. 15. & 18. 8. & 1. Cor. 1. 14. 15. 16.

XV.

XV.

3. Quia ii qui vel in errores vel in peccata poſt baptiſmum erant lapſi, non iterum jubentur baptizari, ſed revocantur ad promiſſionem & conſolationem baptiſmi prius ſuſcepti. 1. Cor. 6. 11. & 12. 13. Gal. 3. 27.

XVI.

4. Quia circumciſio non repetebatur, ſed Paſcha. circumciſioni autem ſucceſſit baptiſmus, ut paſchalis agni eſui ſacra cœna. Nec obſtat, quod circumciſionis ea ſit natura, ut repeti non poſſit, baptiſmus poſſit. Sufficere enim debet, quod Dei fuerit voluntas, ut Iudaïcum initationis ſacramentum nunquam repeteretur: quippe qui illud voluerit ejuſmodi eſſe, ut neque natura hoc ſineret iterari.

XVII.

E dictis liquet, Dei voluntatem eſſe ut ne iteretur baptiſmus. Ea porro non eſt irrationabilis. quod fateri etiam cogeremur, ſi rationem neſciremus. Nunc ea obſcura non eſt, quod patebit conſideranti proprium baptiſmi finem: qui eſt, ut ſignificet & obſignet Spiritualem nativitatem noſtram, & receptionem in fedus Dei.

XVIII.

Hoc in altero ſacramento, quod eſt ſ. cœna, locum non habet: quia hæc eſt ſignum ac ſigillũ, non regenera-

tionis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tionis, ſed nutritionis ac alimoniæ ſpiritualis; non fede-
ris initi, ſe continuati.

XIX.

Ut ergo carnalis generatio ſemel fit, ſed cibum ſæpe neceſſe habemus ſumere ad corpus nutriendum: ita ſemel per baptiſmum renaſcimur; ſed ſæpe per cœnam nutrimur &c. Utitur hoc argumento Aug. tract. 11. & 12. in Ioh. ut & Thomas ac ſcholaſtici.

XX.

Utrum vero hæc ratio ſit neceſſaria ex natura rei, ita ut propter eam non potuerit Deus aliter velle aut inſtituere; quod Scotus putabat. D. 3. q. unica art. 9. An vero abſolute aliter potuerit, ſed ratio ea *congruenter* applicetur ad inſtitutum de non iterando baptiſmo; quod Gabriel & alii maluerunt, alia quæſtio eſt: nos poſteriorem ſententiam probabiliorem putamus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXV.

DE

ANABAPTISMO,

ALTERA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

THEODORUS BRANDOLPHUS, Rijſvico-Batavus.

Ad diem Octobris, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Illuſtriſſimis ac Generoſiſſimis

DOMINIS,

D. D. EQVITIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ parentibus, & avitæ Libertatis Propugnatoribus acerrimis,

Dominis & Mæcenatibus ſummis, ſummoque amore proſequendis,

UT ET

Reverendo, Doctiſſimo ac Celeberrimo Viro,

D. VINCENTIO BARGEJO, apud Batavo-Duranos Eloquiorum Dei Præconi fideliſſimo, diſertiſſimo, Domino ac Patrono munificentiſſimo, idcirco ad extremum vitæ halitum ſibi colendo & obſervando Patriſque loco ſemper habendo,

DENIQUE

Pietate & eruditione inſigni Iuveni,

D. REGNERO BRANDOLPHO, S. Sanctæ Theologiæ Candidato digniſſimo, Germano intimo, ſibique ſemper quam maximè honorando & ſuſpiciendo

Se & haſce Theſes

Sacras facit

THEODORUS BRANDOLPHUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO C LXXXV.

DE

ANABAPTISMO,

ALTERA.

THESIS I.

NEgavimus Diſput. ſuperiori theſi 14. ullum in ſ. literis exemplum anabaptiſmi extare. Id Anabaptiſtæ non admittunt, ſed opponunt exemplum duodecim diſcipulorum, qui baptizati fuerant in Ioannis baptiſma, à Paulo autem baptizati fuerunt in nomen Domini Ieſu. Act. 19. 1. 2. 3. 4. 5.

II.

Hic varie à variis reſpondetur. Nos omnibus ſolutionibus reliquis præferimus eam, quæ notat hic παρερμηνείαν loci. Nam particula μὲν quæ eſt v. 4. & particula δὲ quæ ei reſpondet v. 5. non patiuntur ut textus diſcerpatur, quaſi verſus 4. Paulo, & 5. Lucæ ſit tribuendus. ſed evincunt totam orationem eſſe Pauli, referentis quid Ioannes fecerit ac dixerit, quidque qui illum audiebant ab eo acceperint. Verſu autem 6. demum ſequitur quid Paulus egerit, & quo eventu. Manus videlicet eis impoſuit, & venit in eos Spiritus Sanctus. v. Bezam ad hunc locum.

III.

Simile factum extat (ut obſervat Gellius Snecanus Loc. comm. de Bapt. p. 203.) Act. 8. in Samaritanis à Philippo baptizatis. v. 14. 15. 16. 17. & evidentiſſime Act. 18. 24. 25. in Apollo, qui licet tantum ſciret baptiſma Ioannis, non iccirco tamen eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rebaptizatus, ſed ab Aquila & Priſcilla aſſumtus, accuratius eſt duntaxat inſtitutus in via Dei. v. 26.

IV.

Cumque Paulus hos diſcipulos & *credidiſſe* aſſerat. v. 2. & nihil in eorum baptiſmo accuſet, qua ratione eos potuiſſet rebaptizare?

V.

Adhæc, non inquirit, num baptizati eſſent (quod in confeſſo erat) ſed an Spiritum Sanctum accepiſſent. quo ipſo & ſcopus Pauli, & quæ ſecundum eum acta ſunt in aperta luce ponuntur.

VI.

Denique verba v. 5. *Baptizati ſunt in nomen Domini Ieſu*, non ſignificant modum adminiſtrati baptiſmi, à baptiſmo Ioannis ſcilicet diverſum, ſed rem baptiſmo ſignificatam. quod videlicet baptizati ſint in Chriſtum Ieſum & in mortem ejus. v. Rom. 6. 3. & confer Act. 2. 38. Nunc quædam quæ contra moventur examinemus.

VII.

Primum quod militat adverſus hanc explicationem, eſt ejus novitas. *Sententia illa* (ait Cl. Voſſius de Bapt. Diſp. 8. th. 33.) *admodum eſt novella, quippe nata me nato. Primum enim auctorem habet nobiliſſimum & raræ doctrinæ virum Ph. Murnixium S. Aldegondiæ Dominum, ab eo ſe accepiſſe agnoſcit Rev. & clariſſ. Theod, Beza.* hæc ille.

VIII.

Ad quæ reſpondemus 1. non ſequi falſitatem alicujus explicationis (de dogmate jam non loquimur) ex novitate. imo ſunt nonnulla quæ obſignantur ad tempus 1. occultantur, & multo poſtquam

quam ſcripta ſunt à ſedulis lectoribus eruuntur. v. Danielis cap. 12. 4.

IX.

2. Nec ſequitur, ſi Beza hanc explicationem ab Aldegundio acceperit, ideo illum primum ejus auctorem eſſe. quod nec ipſe Beza dicit, nec verum eſt, cum ante eum ita locum acceperit Luc. Loſſius, teſte Spanhemio Dub. euang. part. 3. Dub. 25. Num. 6.

X.

Matth. Flaccius Illyricus eandem his verbis recenſet Not. in Novum Teſt. *Verum non deeſt admodum probabilis conjectura ex contextu, quod verba hujus verſus adhuc Pauli ſint, narrantis baptizationem Ioannis ſuorum auditorum, non Lucæ exponentis baptizationem Pauli illorum duodecim, quodque hæc verba cohæreant præcedenti verſui, ut dicat Paulus, Ioannem concionatum eſſe populo de venturo Chriſto, ſuaſiſſeque ut omnes in eum crederent: quare eos qui audiverunt Ioannem, ab eoque perſuaſi ſunt ut crederent in Chriſtum, baptizatos eſſe à Ioanne,* Populus *igitur* audiẽtes, *hic ſignificat,* Credentes: *quare in græco eſt* ἀκούσαντες δὲ, *audientes autem, id eſt qui autem ex populo hanc Ioannis concionem audierunt, fideque acceperunt, ii baptizati ſunt ab illo. Quare non eſſet vertandum:* Hiſce auditis, *ut aliqui verterunt, ſed,* Audientes autem, *ſeu,* qui autem audierunt.

XI.

Et ex noſtris Bened. Aretius ad hunc ita textum ſcribit: *Sed poteſt horum verborum alius eſſe ſenſus. quem afferam, ſalvo aliorum judicio, cum non habeam quem hic firmiter ſequar: ſumo autem eum ex diſtinctione verborum. Quod enim Græcè dicitur,* ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν *hoc ad auditores Ioonnis refero, ut ſint adhuc verba Pauli inſtituentis illos viros, quando & quomodo Ioannes baptizarit: ſcilicet cum audirent auditores Ioannis, doctrinam illius de pœnitentia, & quod remitteret ad Chriſtum Ieſum, hoc, inquam,* audientes, baptizabantur, *ſcilicet à Ioanne, & quidem in* nomen Domini Ieſu. *q. d. Nullos ille admittebat, quin prius inſtitutos de nomine Ieſu, ipſum ſequuturi, ad quem ire jubebat: hoc audientes & admittentes, baptizabantur. Reliqua deinde à verſu 6. pertinent ad actionem Pauli. Hic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſenſus omni ambiguitate caret, & tollit illam implicatam diſputationem de iterato baptiſmo. &c. Et hi, ni fallor, ſcripſerunt ante Marnixium.

XII.

Ad rem ergo ipſam accedens Bellarminus, ait *ex hac interpretatione ſequi, viros iſtos bis eſſe à Paulo baptizatos.* falſiſſime, nam ne ſemel quidem eos à Paulo baptizatos eſſe ſtatuit hæc explicatio, ſed ſemel à Ioanne, à Paulo autem eis manus tantum fuiſſe impoſitas. dormitavit ergo hic Bellarminus.

XIII.

Quo omiſſo, conſideremus rationes Piſcatoris. Prima eſt, *quia ſic dicendum fuiſſet,* οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐκείνου. *vel potius,* οἱ δὲ ἀκηκοότες ἐκείνου. audimus verba: expectamus rationem, addit ergo:

XIV.

Nam ſi maxime diceretur οἱ δὲ ἀκούσαντες, *tamen ſtylus Lucæ in hoc libro poſtularet, exponi* οἱ δὲ pro αὐτοὶ δέ. quod quid ad rem faciat non video, cum hic non ſcribatur οἱ δὲ, unde de ejus explicatione quærere otioſum eſt. adjicit:

XV.

Exempla loquutionis prioris, ſine ſcilicet articulo, v. ſup. 2. 37. & 5. 21. *item* 33. & 11. 18. & 17. 32. *item infra hoc cap.* verſ. 28. & 22. 2. Reſp. 1. in loco c. 5. 33. memoria Piſcatori fraudi fuit. ibi enim cum articulo ſcribitur: οἱ δὲ ἀκούσαντες. 2. Nullam hic conſequentiam videmus. quî enim ſequitur: multis apud Lucam locis occurrere ἀκούσαντες δὲ ſine articulo, ergo hic dicendum fuiſſe οἱ δὲ ἀκούσαντες cum articulo? pergit:

XVI.

Exempla poſterioris loquutionis cum articulo ſcil. vide ſup. 5. 33. & 4. 23. & *infra* 21. 20. Reſp. Recte hic citat c. 5. 33, pro loquutione cum art. ut ſupra notabamus. quod affert ex 4. 23. eſt verſ. 24. in noſtris exemplaribus. ad rem: quæ hic iterum conſequentia: quibuſdam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

buſdam locis additur ὅι, ergo id & hic faciendum erat, & quidem adjecto ἐκείνϩ, quod in locis citatis nuſquam fit?

XVII.

Alterum ejus argumentum petitur ex verbis proxime præcedentibus: *Et cum impoſuiſſet eis Paulus manus. Nempe,* inquit, *eis quorum proxime facta mentio, qui ſcilicet fuerant baptizati in nomen Ieſu. At Paulus non impoſuit manus auditoribus Ioannis, ſed iſtis duodecim diſcipulis. Ergo iidem ſunt de quibus dicitur, Quum audiviſſent hæc. ſcil. quæ dixerat eis Paulus.*

XVIII.

Reſp. Fatemur Paulum impoſuiſſe manus eis qui fuerant baptizati in nomen Ieſu, & quidem hiſce duodecim. ſed quæritur à quo fuerant baptizati in nomen Ieſu? nos dicimus, à Ioanne, tu dicis à Paulo, id hoc loco non dicitur. ergo argumentum nullum.

XIX.

Et prorſus febriculoſum eſt: *Paulus impoſuit manus hiſce duodecim diſcipulus, non autem auditoribus Ioannis.* opponuntur enim quæ optime conſentiunt. nam hi duodecim erant ex auditoribus Ioannis.

XX.

Concludit: *Ergo iidem ſunt de quibus dicitur, Quum audiviſſent hæc, ſcil. quæ dixerat eis Paulus.* Reſp. fatemur eoſdem fuiſſe, licet non ſolos, ſed omnes qui baptizantur à Ioanne. nam lacinia iſta, *hæc* non eſt in textu. unde illud *ſcilicet* quod additur eſt explicatio ejus quod nuſquam comparet, vel potius illatio ſine præmiſſis.

XXI.

Tertium ita procedit: *Nec vero neceſſe eſt ut conjunctio* δὲ *è regione reſpondeat conjunctioni* μὲν *in principio verſus præcedentis: quum nihil vetet quin ſit ſermo* ἀνανταπόδοτος, *& conjunctio* δὲ *ſit tranſitiva, ſicut*

& in

& in locis illis paulo ante annotatis. Reſp. Agnoſcimus in ſcriptura reperiri ἀνανταπόδοτα ſed inde non ſequitur id hoc loco eſſe. ſunt enim & orationes plenæ protaſi & apodoſi conſtantes. Nec ulla ratio eſt, ubi utraque particula μὲν & δὲ occurrit, cur poſterior non ſit ſumen da pro prioris apodoſi. Neque in ullo eorum locorum quos paulo ante citavit utraque particula expreſſa eſt, quare nihil ad rem faciunt.

XXII.

Unde & apparet inanitas eorum quæ in hunc quoque ſenſum afferit Voſſius theſ. 31. *Ex particulis μὲν & δὲ ſive* quidem, *&* vero, *ac ſimilibus, interdum altera reticetur: ut cum apud Terentium eſt* tamen; *nec antecedit* licet, *aut* quidem: *ſicut obſervat Donatus in Andriam v. III. ubi ἀνακόλουθον appellat.* At o bone, adducendus erat locus ubi utraque particula exprimitur, & nihilominus ſit ἀνακόλουθον. quod cum non fiat, hæ rationes nos in ſententia confirmant magis, quam ab ea dimovent.

COROLLARIA.

1. *Viſio Dei in vita æterna non fit aſpectu corporeo. ſed eſt actus mentis.*

2. *Nec fit per ſpeciem intelligibilem, quæ ſubſtantiam Dei prout in ſe eſt exprimat.*

3. *Nec per Dei eſſentiam, quæ ſpeciei intelligibilis locum habeat.*

4. *Sed eſt cognitio Dei conſummata, omnes modos cognitionis quæ in hac vita eſt excedens, non tamen ab iis toto genere diverſa.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXVI.
DE

Baptiſmo rerum inanimatarum &c.

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

HERMANNUS ab OTTEN, Leydenſis.

Ad diem Octobris, loco ſolito, horâ

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Magnificis, & Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & Antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac Florentiſſimæ

LEYDENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mecænatibus ſuis munificentiſſimis:

NEC NON

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IOHANNI ab OTTEN, Myſteriorum Dei in Eccleſia quæ Beetſæ & Oudendici colligitur, Diſpenſatori fideliſſimo, Parenti ſuo, debitâ obſervantiâ in æternum colendo,

D. HERMANNO URSINO, L. A. M. Theologo eximio, & inclytæ Harlemianæ Scholæ Moderatori ſtrenuiſſimo, de ſe ſtudiiſque ſuis optime merito, Cognato ſemper honorando,

Se & haſce Theſes ſummâ cum animi ſubmiſſione,

offert

HERMANNUS ab OTTEN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLXXXVI.

DE

Baptiſmo rerum inanimatarum &c.

THESIS I.

SUbjectum baptiſmi eſſe ſolos homines apparet Matth. 28. 19. Act. 8. 12. & 16. 15. 1. Cor. 1. 16. & innumeris aliis ſcripturæ locis.

II.

Quibus inſuper habitis pontificii etiam ea quæ intellectu carent baptizare ſolent. ut *propugnacula*; ita enim noſtro tempore arcem Udenhemi baptizarunt, & Philippoburgum vocarunt. Baudart. l. 15. ad annum 1623.

III.

Vexilla. Ita in noviſſima obſidione Sylvæducis centurio Dammelbergius vexillum ſuum baptizari curavit, ut narratur in hiſtoria in ipſa urbe conſcripta.

IV.

Beſtias. Ita enim Fridericus filius ducis Albani (ut in ſatyris narrat Douſa) equam quandam ſuam baptizari fecit, & à nomine divæ Virginis Mariam nominavit; quatuor autem ſoleis equæ ferreis, nomina quatuor euangeliſtarum curavit inſculpi.

V.

Hæc ut execranda ſunt, ita nihil apud eos eſt frequentius quam *campanas* baptizare. id quod ortum habet à Ioanne 23. quem alii 24 numerant. v. Cent. Magd. Cent. 10. c. 6. Illam ſuperſtitionem hac diſputatione paucis refellemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VI.

Et primo quidem, quod eſt præter, imo contra divinam ſacri baptiſmi inſtitutionem, id in Eccleſia bene conſtituta locum habere non debet, tale vero eſt inſtitutum de campanarum baptiſmo. quod vel ex ſola inſtitutionis baptiſmi formula patere poteſt. *Math.* 28. *v.* 19. *Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ubi nullam vel explicitam vel implicitam campanarum baptiſmi mentiodem fieri, vel ipſe cœcus videat. Quapropter cum hoc dogma tum præcepto tum exemplo probato careat, merito in hoc, ut & in aliis ritibus inſtituendis nimiam Romanæ Eccleſiæ licentiam improbamus.

VII.

Secundum argumentum deſumi poteſt, ex natura omnium ſacramentorum. Sacramenta enim ſunt ſigilla ſacra à Deo inſtituta, ut ſpiritualem gratiam à Deo nobis collatam, nobis ſignificent & obſignent, unde manifeſtum eſſe poteſt, iis non eſſe conferenda ſigilla in quibus eſt incompoſſibilitas ad recipiendam rem ſignatam: jam vero meliora de Papiſtis ſperamus, quam ut ſerio ſtatuant gratiam Spiritus Sancti aliquando ſubjectari in campanis, rebus non tantum brutis, ſed & inanimatis & inſenſibilibus.

VIII.

Imo ut arctius conſtringamns pontificios, paulo propius inſpiciamus eorum ſententias, & ex eorum principiis eos urgeamus. volunt enim illi ipſi & omni ſtudio in hoc incumbunt, ut evincant ſacramenta non eſſe tantum ſigilla gratiæ ſignificativa & obſignativa, ſed & collativa: non tantum agere moraliter ſed & phyſice, unde jam conſequitur ex papiſtarum ſententia campanas

bapti-

baptizatas etiam juſtificatas & ſanctificatas eſſe, ac proinde aliquando ad cœleſtem gloriam tranſponendas eſſe, per quæ omnia ſacro-ſancta fidei noſtræ myſteria pedibus conculcari quis non videt?

IX.

Egregium quoque, ut in aliis ſic & in hiſce, conſenſum præbent papiſtæ, cum antiquis Ethnicorum fabulis, qui non alio conſilio admirandos aliquando effectus adſcriptum ivere metallis. Hinc Ovidius. æris tinnitu inferorũ umbras in ſacris lemuralibus ab anu expelli dicit. Faſt. lib. 5. ſic Alexander Aphrodiſæus in ſuis problematibus inquit, æris ſono malignos ſpiritus depelli. ſic alii credidere ſonum campanarum avertere dæmonum ludibria, quæ omnia cum pontificiorum placitis ad amuſſim coveniunt.

X.

Fatemur quidem hæc jam diſplicuiſſe ſanioribus inter pontificios vi veritatis coactis, qui ea de cauſa velare potius & tegere, quam ſanare hoc uulnus putre ſtuduerunt: Negando eſſe baptiſmum, & non niſi inter vulgus ſic nominari affirmando, ſed ritum potius ab Eccleſia inſtitutum & uſurpatum ad inaugurationem quaſi campanarum, poſt hac ſacro uſui inſervientium.

XI.

Sed quam ſit coactum hoc effugium rem paulo penitius inſpicienti patere poteſt. qui enim campanarum baptiſmo & ſignum à Deo inſtitutum, & rem ſignatam attribuunt, quare quæſo difficiles jam ſunt in nomine baptiſmi? Sic verò habet formula conſecrationis: Conſecretur & ſanctificetur Domine ſignum iſtud, in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti: in honorem ſancti hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

jus & illius &c. ut videre eſt in Pontificali edito Venetiis anno 1520.

XII.

Et quod omnem fere fidem ſuperat, vel ipſam rem ſignatam, gratiam ſcilicet Spiritus ſancti campanis aſcribunt. Nam in eodem Pontificali petitur à Deo *ut dignetur tintinabulum Spiritu ſuo ſancto ſanctificare, cæleſti benedictione, & Spiritus ſancti rore perfundere.* ſic & in alio edito ab Alberto Caſtellano. Anno 1520. quando Epiſcopus aut ſuffraganeus exorcizatur, ait, *ad expellendum ex campana inimicum, ex aqua, & omnium pravorum ſpirituum nequitiam ejiciat.* Quid quæſo ulterius ad denominationem baptiſmi requiri poteſt?

XIII

Unde patet quam contortum ſit effugium, aſcribendo ſcilicet ſundamentum denominationis imperitæ plebi, imò ne aliqua in parte deficere videamur, demonſtratu difficile non eſt, non tantum apud imperitum vulgus, ſed & in ipſo Pontificali, æquivalens nomen inveniri, ut videre eſt pag. 166. Pontificalis editi Venetiis Anno 1571. apud Juntas: *Hæc commixtio ſalis & aquæ efficiat ſalutare Sacramentum, in nomine Patris, Filii & Spiritus ſancti.*

XIV.

Et ut adhuc aliquid addamus ex ſuperabundanti, age paulo accuratius examinemus & conferamus ritus in baptiſmo tum infantum, tum campanarum à papiſtis uſurpatos. & primo quidem, infans non ante cenſetur membrum Eccleſiæ quam baptizatus eſt, ita nec campana ſuſpendi debet in templo antequam benedicta ſit.

XV.

Infans baptizatur à ſacerdote aliquo, & in caſu neceſ-

ſitatis

ſitatis à Laico, imo à fœmina, in hoc vero campanarum baptiſmus cenſetur ſuperior, quippe qui non adminiſtratur niſi à Pontifice, Epiſcopo, vel ſuffraganeo.

XVI.

Infantes in baptiſmo nomen ſuum accipiunt, quo catalogo federatorum inſcribuntur, ſic & campanis ſuum nomen imponitur.

XVII.

Infantes ſuos habent patrinos & ſuſceptores, baptiſmi ſui teſtes, idem etiam in Campanarum baptiſmo locum ſortitur, in quo etiam vulgo non infimæ ſortis ſed ſummæ autoritatis homines adhibentur.

XVIII.

Infans aqua lavatur, vel aſpergitur, cruce ſignatur, chriſmate inungitur, Deo precibus commendatur, quæ omnia ex hypotheſi pontificia ad amuſſim campanarum baptiſmo conveniunt. campanæ enim aqua lavantur, iiſque pollice dextræ manus crux inſcribitur, extra oleo, intus chriſmate inunguntur, precibus itidem Deo commendantur, Pſalmi & Evangelia leguntur, imo plura & majora, excepta ſalute æterna, pro iis expetuntur.

XIX.

Hiſce omnibus nituntur admiranda illa effecta, ut ſedationes tempeſtatum &c. quæ aſcribuntur campanis baptizatis, verbi cauſa, quando comparantur cum tubis veteris teſtamenti, imo præferuntur, quia ſunt magis ſonoræ. ſic magnifice extollunt ſimilitudinem Apoſtoli, qui prædicatorem ſine charitate comparat *æri ſonanti & cymbalo tinnienti*. ſic alludentes ad dictum Davidis Pſal. 18. v. 14. dicunt campanas eſſe *tubas æterni Regis, quibus auditis dæmones territi fugiant, & à tempeſtatis concitatione conquieſcant*. Durantius de ritibus Eccleſiæ lib.

1. cap.

1. cap. 12. num. 15. quæ omnia recitata vel hoc uno refutata ſunt, *ſpectatum admiſſi riſum teneatis amici.*

XX.

Sed & aliquid videri volunt adferre pro impietatis hujus defenſione. ſic ad hoc utuntur loco num. 10. v. 2. ubi Deus præſcribit Moſi, ut tubas conficiat, quibus populum convocet, ſed nec verbum ibi eſſe, quod hiſce ritibus in campanis conſecrandis faveat, cuivis legenti patet. Uſum vero legitimum campanarum, neque nos improbamus, paxis enim ipſa Eccleſiarum noſtrarum teſtatur nos iis uti ut per eas populum convocemus, & quemadmodum olim curſores huic rei inſerviebant, ita nunc non incommode campanæ.

XXI.

Nimis eſt ridiculum quod ad hujus ſententiæ patrocinium adferunt ex Gen. 28. v. 18. Nam nec baptiſmus in veteri teſtamento locum habuit, neque ritus iſti quibus aliquando uſi fuere Patres veteris Teſtamenti nobis ſine expreſſo mandato in exemplum ſunt ſumendi, niſi ſynagogam rurſum in Eccleſiam introducere velimus. præterquam quod ne centeſima quidem pars rituum in baptiſmo campanarum uſurpatorum hinc probari poſſit.

COROLLARIA.

1. *Omnes mortui, tam mali quam boni reſurgent.*

2. *Idque in eodem corpore quod hic habuerunt.*

3. *Tempus reſurrectionis nobis ignotum eſt.*

FINIS.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXVII.
DE

Cœna Domini, prima, quæ eſt de ejus nominibus,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.

Ad diem 19 Octobris, loco ſolito, horâ



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Spectatiſſimis Viris,

D. CORNELIO BICKER, Domino in *Swieten*,

D. NICOLAO CORVER,

D. ANTONIO OETGENS à WAVEREN, Equiti, Domino in *Waveren*, *Botshol*, *Rugewillis*, &c.

D. FRANCISCO BENNINGKOK, Domino in *Purmerlant* & *Vlpendam*,

Florentiſſimæ Amſtelodamenſium Reipublicæ
CONSULIBUS,

D. PETRO HASSELAER,

D. CORNELIO de GRAEF, Juris utriuſque peritiſſimo, Domino in *Polsbroeck*,

Viris Conſularibus, ac Publico Amſtelodamenſium Ærario præfectis,

NEC NON

D. ANDREÆ BICKER, J.V.D. Equiti, Domino in *Amſterveen*, *Slooten*, *Slooterdijck*, &c. ad Architalaſſarum, rerumque maritimarum quæ eſt Amſtelodami, Præfecturam delegato, antehac ad Sueciæ ac Daniæ Regem conſæderati Belgii auctoritate Legato deſideratiſſimo,

Dominis ac Mæcenatibus meis in perpetuum colendis,

Hanc Diſputationem humillime
offero
PETRUS MUS.
Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CLXXXVII.

DE

Cœna Domini, prima, quæ eſt de ejus nominibus.

THESIS I.

AD alterum novi Teſtamenti ſacramentum progreſſuri, primo ejus nomina, mox rem ipſam indagabimus.

II.

Nomina apud varios occurrunt varia. ſed nobis conſtitutum ea tantum ſeligere quæ inter nos & pontificios controvertuntur. ſunt autem duo: *Euchariſtia*, & *ſ. cœna*, quibus tertium accedit, *Miſſa*, de quo alius erit dicendi locus.

III.

Euchariſtiæ vocabulum frequens eſt apud veteres, Iuſtinum, Cyrillum, Nyſſenum, Baſilium, Irenæum.
ratio appellationis eſt, quia Lucas c. 22. 17. 19. & Pau-
lus 1. Cor. 11. 24. recitantes hujus ſacramenti inſtitu-
tionem, dicunt Chriſtum εὐχαριστῆσαι *gratias egiſſe.* pro
quo Matth. 26. 26. & Marc. 14. 22. dicunt εὐλογῆσαι. un-
de Paulus 1. Cor. 10. 15. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν.

IV.

Quo reſpiciens Irenæus l. 4. c. 4. & 30. *Qui eſt* (inquit) *à terræ panis, percipiens invocationem Dei, jam non com-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

communis panis eſt, *ſed Euchariſtia.* & Iuſtin. Apol. 2. μεταλαβεῖν τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου. & poſtea: τὴν δι' εὐχῆς λόγου εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν. & Fulg. de fide ad Pet. cap. 19. *In iſto ſacrificio gratiarum actio & commemoratio eſt carnis Chriſti, quam pro nobis obtulit* &c.

V.

Falſum eſt ergo etymon à Thoma Aquin. adductum Quæſt. 73. a. 4. *Dicitur Euchariſtia, id eſt bona gratia; quia gratia Dei vita æterna, vel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia.* qui græcas literas vel à limine ſalutarunt, norunt Euchariſtiam non *bonam gratiam*, ſed *gratiarum actionem* denotare. cumque hic idem notet quod εὐλογία (ut dictum) non à *gratia* contenta, ſed à *benedictione* nomen deductum eſſe clarum fit.

VI.

Nomen *Cœnæ Dominicæ* petitum eſt ex 1. Cor. 11. 20. *Non eſt* hoc *Dominicam cœnam edere.* οὐκ ἔστι κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. hinc illa appellatione communitur utitur eccleſia Reformata.

VII.

Nec movemur maledictis papiſtarum, Sanctefii, Croquetii, qui hic *impoſturam*, *ſtultitiam*, *venenum*, *ridiculam inſcitiam*, *hæreſin* &c. nobis impingunt, & vocem hanc è ſcripturis prodire negant. Etenim

VIII.

1. Alii ex eadem ſecta in vocabulo nihil flagitii inveniunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

veniunt, licet ab eo, nequid nobis gratificentur, abſtineri malint. Colonienſes : *Quod hodie hoc ſacramentum EXEMPLO DIVI PAVLI, cœnam Dominicam malunt appellare, id non admodum improbandum, modo novandi ſtudium abeſſet*. Suarez q. 73. a. 4. *Quod pertinet ad uſum hujus vocis, quamvis in illa per ſe NVLLVM SIT PERICVLVM, tamen hoc tempore, quo hæritici illa abutuntur ad inſinuandos ſuos errores, ideo vel abſtinendum eſt omnino, vel parcè & prudenter illa utendum.* Similia habet Valentia ex Soto.

IX.

Alii vocem nec improbant, & ex uſu veteri repetunt. Catech. Trid. *Vetuſtiſſimi*, inquit, *Patres, Apoſtoli auctoritatem ſequuti, Cœnæ etiam nomine ſacram Euchariſtiam interdum vocarunt, quod in illo noviſſimæ Cœnæ ſalutari myſterio à Chriſto Domino ſit inſtituta*. Dominicus Graminea, Theſauro 1. de ſacramento Euchariſtiæ : *Appellatur*, inquit, *ſacramentum Euchariſtiæ Cœna Domini, & menſa, & convivium, in quo ſeſe nobis exhibens Dominus dominantium & Rex regum, omnia ſua bona communia ipſis communicantibus offert. Cœna inſuper Domini appellatur, non propterea quod vel illa tantum hora, vel quod nonniſi ab opiparè ſaturis, & vino ebriis celebrari debeat: ſed quia hæc, quæ nunc celebratur in eccleſia, eadem eſt quæ celebrata fuit à Chriſto cum diſcipulis; licet non eodem tempore & hora celebretur. Non enim hic alia eſca, & alius potus proponitur, ſed omnes, quotquot ab ipſius Cœnæ inſtitutione uſque nunc, & ad diem quoque judicii hoc ſacramentum ſumſerunt, nonniſi illam Dominicam cœnam celebrant, & omnes eandem eſcam, & eundem potum ſumunt*. ſimilia habent Lombar-

 dus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

dus, Thomas, Carthuſianus, Lindanus, Salmero, Baronius, ad Ann. 34. N. 45. &c.

X.

Quæ ſufficiunt ad omnes ineptias quæ in contrarium afferuntur, explodendas. quarum etiam partem refellit Vazques in Tertiam Thomæ Diſp. 73. a. 4. *Ratio*, inquiens, *qua probat Claudius, hoc nomine non eſſe utendum, quia nimirum voce illa comprehenduntur typicæ & vulgares, ſpirituales, & cœleſtes epulæ, quibus Chriſtus apoſtolos & populum pavit, aut ſe refecturum beatos in cœlo pollicetur, mihi non probatur. Nam quamvis hæc omnia ea voce poſſint ſignificari, nihilominus per antonomaſiam hæc ad ſignificandum hoc ſacramentum deſervire nobis poſſet*. alia quæ congerunt, ſunt ejuſdem aut etiam deterioris κόμματος. unum tamen & alterum ad partes vocabimus.

XI.

1. Non putant hic per cœnam ſacramentum deſignari, quia ebrietas, ſaturitaſque quæ in Corinthiis taxat Paulus non conveniunt ſacramento euchariſtiæ. quid inde? nihil aliud, quam Corinthios dum cœnam Domini ſe celebrare putant, feciſſe id quod ei minime conveniebat. id autem conſiſtebat in eo, quod ſacro & ſpirituali epulo admiſcerent profana ſympoſia. ut recte Calvinus, & Salmeron. ideo ait Paulus, hoc *non eſſe cœnam Domini celebrari*, videlicet ita ut oportet.

XII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XII.

2. Quia ſacramentum hoc fuit inſtitutum *cœna jam facta*. Luc. 22. 20. Joh. 13. 23. &c. 1. Cor. 11. 25. ergo non fuit ipſa cœna. Reſp. eadem noctis hora Chriſtus cœnavit cœnam paſchalem, & inſtituit ſacramentum Euchariſtiæ. cum ergo dicitur cœnâ jam factâ, non de cœna abſolute, ſed de cœnâ *paſchali* intelligendum. Quamvis, ſi laxius hanc vocem ſumat quiſpiam, dicemus cum Janſenio Concord. c. 130. *Certum eſt, non ſic intelligendum hic cœnam dici factam, quaſi abſoluta jam fuerit & conſummata, cum apertè Ioannes teſtetur, Dominum poſt ablutos pedes iterum accubuiſſe, & dediſſe intinctum panem, ac de ſe ipſo poſtea dicat, quod recubuerit in cœna ſupra pectus Ieſu.* Et mox: *Magis ergo veriſimile eſt, illud, cœna facta, ſignificare cœnam jam cœptam, quemadmodum dies dicitur factus, cum exortus eſt ſol, & dies incœptus: ut ſignificetur Dominum ſurrexiſſe cum jam cœnari cœptum eſſet; atque inter cœnandum, quod apertius ſignificatur apud Græcos, cum pro illo, Surgit à cœna, habent,* ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, *.i. ſurgit ex cœna. Si ergo inter cœnandum Dominus ſurrexit ad abluendum pedes ſuorum, quid relinquitur dicendum probabilius, quam, lotionem hanc factam poſt eſum agni, & ante euchariſtiæ inſtitutionem? Ex his enim duabus maximè partibus cœna hæc conſtabat.* Conſentiunt Barradius Concord. tomo 4. libri 3. c. 2. Lucas Brugenſ. in Matth. v. & Aug. Ep. 118. Buxtorf. ſynag. Iud. c. 13. &c.

XIII.

Quibus addimus, ſi maxime concederetur ſacramentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tum Euchariſtiæ, partem ejus quam diximus cœnæ non fuiſſe, nihil tamen obſtare quominus & ipſum cœnæ nomine appellari potuerit, quia veſpertino tempore inſtitutum eſt. unde Chryſoſt. dicit Paulum hac appellatione Corinthios tranſmittere ad illam *veſperam* in qua Chriſtus reverenda inſtituit ſacramenta : διὰ ταῦτα (adjiciens) καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσε. .i. *Propterea & prandium vocavit cænam.*

COROLLARIA.

I.

Tres ſunt Deitatis perſonæ.

II.

Filius & Spiritus Sanctus eandem cum Patre Deitatem obtinent.

III.

Authoritas Sacræ Scripturæ non pendet ab Auctoritate Eccleſiæ.

IV.

Fideles non poſſunt totaliter deficere.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXVIII.

DE

Cœna Domini, ſecunda, quæ eſt de HOSTIA & PANE,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

LUDOVICUS SUGGERAET, Hagâ-Comit. Bat.

Ad diem 29 Octobris, loco horiſque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, ac Potentiſſimis,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis æternum honorandis,

NEC NON

Pio, ſpectato, & Reverendo Viro,

D, SIBRANDO ab ARDENNE, Rerum, quæ apud Præpott. D. D. Ordines Hollandiæ & Weſt-Friſiæ in camera Finantiæ aguntur, commiſſario & à literis fideliſſimo, mihi ſtudiiſque meis addictiſſimo,

UT ET

Probo & erudito Iuveni,

D. NICOLAO SPLINTER, Bonarum artium amatori & cultori, amico meo ſingulari & familiari,

Hanc de HOSTIA & PANE *Diſputationem Theologicam*

offero & inſcribo

LUDOVICUS SUGGERAET.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXVIII.
DE

Cœna Domini, ſecunda, quæ eſt de HOSTIA & PANE.

THESIS I.

AD decidendam quæſtionem, *An hoſtia ſit panis*, conducet ut prius voces, mox res ipſæ expendantur. voces hic ſunt *hoſtia* & *panis*.

II.

Hoſtia eſt θῦμα ἱερεῖον. ut eſt in Vet. Gloſſ. H. Stephani. & ab *hoſte* fugato dicitur. Ovid. 1. Faſt.

Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

Et apud A. Gellium l. 16. c. 6. *Nigidius in libro quem de extis compoſuit, bidentes appellari ait, non oves ſolas, ſed omnes bimas hoſtias.* hoc ergo nomen ſacrificij oblati vel offerendi ſignificationem præ ſe fert.

III.

A quo non multum abludit nomen *oblatæ* (quo etiam orbiculi hi inſigniuntur.) quanquam alia ejus ratio fuit apud antiquos. populus enim ſpontanea liberalitate offerebat farinam, vel etiam ipſos panes, quorum pars in ſanctum panem conſecrabatur. v. Greg. dial. 4. c. 55. Thom. part. 3. q. 74. a. 4. Gennad. de concil. Florent. c. 2. lect. 8. At nunc ad nummularias minutias (ut Bernoldus presbyter ad Caſſand. Liturg. c. 27. appellat) & oblationem quæ Deo fit à ſacerdote vox tranſlata eſt.

IV.

Panis hebræis eſt לחם à verbo לחם *incidit* puta vel cultro, vel dentibus. unde omnis cibus quem ſcindnnt

dentes panis appellatione venit. ut & κατ' ἐξοχὴν panis ponitur pro toto epulo, quia inter edulia primas obtinet partes.

V.

Græcis ἄρτος eſt. ab ἄιρω, .i. προσφέρω. quaſi ὁ καθ' ἑκάστην τῷ σώματι ἡμῶν προσφερόμενος. Etymol. Magn. & Euſtath. vel διὰ τὸ ἄιρειν καὶ κουφίζειν τὴν δύναμιν. idem Etymol. nec incpte ab ἄρω deducitur, quod ſit cibus corpori *congruus*, ſicut ab eodem derivatum eſt ἀρμαλία *cibus*.

VI.

Latinis *panis* à *paſcendo*. ut Varro & Non. Marcellus. vel ὡς πεῖναν ἀνιεὶς quod *ſedet famem*. ut Plutarchus 8. Sympoſ. probl. 6. vel à πᾶν, quod cum *omni cibo* apponatur. ut Iſidorus l. 20. alias etymologias v. Athen. l. 3. Clem. Alex. protrept. Iul. Polluc. l. 6. Ioſ. Scal. in Varr. l. 4.

VII.

Horum nihil hoſtiolis applicari poteſt. neque enim ſcinduntur dentibus, multo minus cultris. neque primas obtinent inter edulia. neque quotidie corporibus noſtris ingeruntur, neque vires attollunt, neque humano corpori congruunt, neque paſcunt hominem, neque famem ſedant, neque cum omni cibo apponuntur &c. & hæc de nominibus.

VIII.

Ad rem ipſam ut progrediamur, tale erit primum adverſus hoſtias argumentum: Cui non conveniunt definitiones & elogia panis, id panis non eſt. hoſtiæ eæ non conveniunt. ergo. Minorem probabimus è duobus autoribus, altero Lutherano, altero papiſta. utriuſque autem intereſt hoſtiam eſſe panem.

IX.

Prior ergo eſt Joh. Forſterus Doct. theol. in diſp. de fract. panis, Witemb. Anno 1609. theſ. 26. *Panis*, inquit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quit, *eſt communiſſimum illud alimenti genus, quod ex farina cum aqua ſubacta pinſi conſuevit.* Aſſumimus : At hoſtia 1. non eſt commune alimentum, tantum abeſt ut ſit communiſſimum. 2. nec alimentum quidem eſt, humanum videlicet, quis enim homo unquam hoſtia enutritus eſt? vermes & mures relinquimus. 3. neque ſubigitur, neque pinſitur, ut panis ſubigi & pinſi conſuevit; ergo non eſt panis.

X.

Alter eſt Franc. Valleſius ſacræ philoſoph. c. 27. ubi, *Inter omnia,* inquit, *quibus veſcuntur homines, panis & vinum tenent primas, quia alii omnes cibi dati ſunt hominibus ad delicias, & ad abundantiam, hi vero ad neceſſitatem & ſufficientiam, & his maxime utuntur homines. Nullis cum majore malo carere poteſt, & nullis magis contenta eſt natura, quia ſunt omnium optime parabiles, mortalibus omnibus maxime communes, optime omnium nutrientes. non tamen panis & vinum eodem modo, neque eiſdem de cauſis: ſed panis, quia ſubſtantiam habet bene craſſam, boni ſucci, & cum ſubſtantia noſtra bene agglutinatur, habetque tanto plus alimenti, quanto medicamenti minus: cum ſit moderatum quiddam, neque calidum, neque frigidum, neque humidum, neque ſiccum, neque facultate ulla medicamentoſa, ut expurgandi, aut ſiſtendi, aut laxandi, aut aliud ejuſmodi faciendi, ſed ſiquid tantillum, inclinat in calidum, quo natura gaudet & fruitur. Itaque eſt panis pro omnibus cibis, quia mediocritatem tenet omnium, & tenuinum, & craſſorum, & facultatum medicamentoſarum maxime expers, ut ſit mere alimentum. Has ob cauſas ſymbolum eſt omnis eſcæ, ac totius nutritionis, petenteſque huic corpori neceſſaria alimenta ſolum panem jubemur quærere, quem quotidianum vocamus, quia corpora indigent quotidiana refectione.* hæc ille.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XI.

Iam aſſumimus: Atqui hoſtia 1. non tenet primas partes inter cibos omnes hominibus datos. 2. ad neceſſitatem hominum nihil facit. 3. neque ea illi maxime utuntur. 4. carere ea poſſunt ſine omni malo. 5. non eſt optime parabilis. 6. nec mortalibus omnibus maxime communis. 7. nec optime omnium nutrit. 8. nec habet ſubſtantiam bene craſſam & boni ſucci. 9. nec eſt pro omnibus cibis. 10. nec eſt alimentum quotidianum &c. concludimus: ergo non eſt panis.

XII.

Secundum argumentum: Quod non habet partes eſſentiales panis id panis non eſt. Hoſtia non habet. ergo. minor probatur, quia nec materiam panis habet, nec formam. hoc ita explicamus:

XIII.

Materia panis proxima eſt farina & aqua vel ſimilis liquor, non abſolute, ſed ſub certa qualitate & quantitate. hic enim uſum habent illæ regulæ: 1. Omnis materia ſecunda neceſſario eſt determinata in certa quantitate ad certam formam. 2. Materia ſecunda non eſt capax formæ niſi ad eam recipiendam diſpoſita.

XIV.

Quantitas farinæ hic ea requiritur quæ ſufficiat ad conficiendam maſſam ſive paſtam, ut vocant. humoris vero tantulum, ut illud non impediat. Qualitas ſive diſpoſitio & præparatio eſt maſſæ ſubactio & percoctio in furno aut ſimili vaſe. neutra convenit materiæ hoſtiarum ut jam patebit.

XV.

Etenim & minimum farinæ, & nimium liquoris eam conſtituit, ita ut non conſiſtat in maſſam, ſed fluat inſtar pulticulæ pertenuis, quæ nec ſubigitur, ſed cochleari

rota-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

rotatur, nec furno ant ſimili vaſe coquitur, ſed inter duplicatam tabulam ferream lardo aut alia pinguedine inunctam tantiſper comprimitur, donec tenuiſſimas illas bracteolas edat.

XVI.

Formam panis hic tantum exteriorem conſideramus. neque enim proprie corpus naturale, ſed artificiale eſt. Ad eam pertinet figura nonnihil globoſa, ſaltem ea craſſities, per quam aptus eſt panis vel in bolos frangi quæ κλάσματα vocat ſcriptura, Marc. 6.43. Luc. 9. 17. vel ſecari. neutrum convenit hoſtiæ. ergo non eſt panis.

XVII.

Tertium argumentum: Quod non habet partes integrantes panis, id panis non eſt, hoſtia non habet. ergo. minor probatur earum partium enumeratione, quæ tres ſunt. 1. Baſis, ſive pars inferior. τράπεζα βρώσιμος, orbis, ſolum paniceum. 2. medulla, ſive pars interior; τὸ μεσαίτατον. 3. Cruſta, ſive pars ſuperior, ψωμίον. Nulla ex hiſce tribus partibus in hoſtia deprehenditur. non eſt igitur panis.

XVIII.

Quartum argumentum: Quod non habet propria panis, id panis non eſt. hoſtia non habet. ergo. minor patet ex enunciatione proprietatum panis, quæ ſunt, odor jucundus ac ſalubris, per quam ſolum Democritus ad dies aliquot vitam protraxiſſe narratur 109 ætatis ſuæ anno. Laërt. ſapor gratus. vis alendi &c. his opponamus proprietates hoſtiæ, & res erit evidens:

XIX.

Hoſtiæ 1. nec odorem fere habent. 2. nec ſaporem. 3. nec tam alimento ſolido, cum ſint ita ſubtiles ac tenues, ut in pharmacopoliis quibuſdam nebulæ appellentur, quam aliis uſibus multum ab eo diſcrepantibus aptæ:

nam

nam 1. iis literæ obſignantur, perinde ac cera hiſpanica. 2. folia chartarum compinguntur, perinde ac glutine. 3. ſunt involucra pilularum ſive catapotiorum, quæ alias cum nauſea glutirentur. plura quæ poteramus non addimus.

XVI.

Quintum argumentum: Id quod edi non poteſt panis non eſt. Hoſtia non poteſt. ergo. minorem ita probo: Panes eduntur, h. e. dentibus atteruntur, quaſique commoluntur. deinde lingua in cavo oris verſati, ſic tandem deglutiuntur, atque in ventriculum dimittuntur. At hoſtiæ ore exceptæ illico aut in lingua colliqueſcunt, aut palato obhæreſcunt, & tandem in mucorem redactæ, ita ut vix ſentias, evaneſcunt. non ſunt igitur panis.

XXI.

Sextum argumentum: licet panis in communi uſu & eſu medicamenti vicē non præſtet, ut ex Valleſio habuimus. eum tamen certo modo præparatum medici ægrotis præſcribere ſolent, adverſus dolores colicos, lipothymias &c. v. Galen. l. 8. ſimpl. medicam. Matthiol. in Dioſc. c. 78. Plin. l. 22. c. 25. Atqui ad uſus illos medici hoſtias non adhibent: non cenſent ergo panem eſſe.

XXII.

Ex iis quæ allata ſunt, concludi poteſt, pontificios duplici modo ſignum è ſacramento cœnæ tollere. 1. juxta ſuam doctrinam, dum negant poſt verba conſecrationis panem remanere. 2. ex rei veritate, dum id loco panis adhibent quod panis nec eſt nec unquam fuit.

COROLLARIA.

1. *Per Theologiam Naturalem nemo ſalutem conſequi poteſt.*
2. *Homini lapſo ut reſtitueretur in gratiam mediatore erat opus.*
3. *Qui mediator vere pro peccatis noſtris ſatisfecit.*
4. *Sed non pro omnibus & ſingulis ſed ſolis electis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CLXXXIX.

DE

Cœna Domini, tertia. quæ eſt, de AZYMO & FERMENTATO,

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabitur

LUCAS à NOORDT, Amſtelodamenſis.

Ad diem 2 Novembris, loco horiſque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Nobiliſſimis, Graviſſimis, Spectatiſſimis

VIRIS,

D. NICOLAO CORVER,

D. ANTONIO OETGENS à WAVEREN, Equiti, Domino in *Waveren, Botshol, Rugewillis,* &c.

D. FRANCISCO BANNINGKOK, I.U.D. Domino in *Purmerlant* & *Vlpendam,*

D. CORNELIO BICKER, Domino in *Swieten,*

Florentiſſimæ ac totius Hollandiæ celeberrimæ Amſtelodamenſium Reipublicæ CONSULIBUS,

D. PETRO HASSELAER,

D. CORNELIO de GRAEF, Iuris utriuſque peritiſſimo, Domino in *Polsbrouck,*

Viris Conſularibus, ac Publici Amſtelodamenſium Ærarii curam fideliſſimè ſuſtinentibus.

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentiâ pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis.

Se cum hocce Exercitio Theologico, in debitæ obſervantiæ & grati animi ſignum,

offert & inſcribit

LUCAS à NOORDT,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CLXXXIX.

DE

Cœna Domini, tertia. quæ eſt, de AZYMO & FERMENTATO.

THESIS I.

QVæritur an panis Euchariſtiæ debeat eſſe azymus, an fermentatus? Græci poſterius hoc affirmant. Hierem. Conſtantinop. reſp. 1. ad Confeſſ. Aug. c. 10. ἐνζύμου ὄντος δηλαδὴ τοῦ ἄρτου, καὶ οὐκ ἀζύμου. *Vt panis ſit fermentatus, non abſque fermento.* & Reſp. 2. c. 4. προσφέρομεν δὲ οὐκ ἐν ἀζύμοις, ἀλλ᾽ ἐν ἐνζύμοις· ὅ ἐστιν ἄρτος ἐν ἀληθείᾳ. *Offerimus autem non azymis, ſed fermentato: quia hic re vera panis eſt.*

II.

Latinorum ſententia moderatior eſt, definientium, ad naturam ſacramenti nihil intereſſe, azymo utaris an fermentato. Itaque græcos hæreticis annumerari ait Alphonſ. de Caſtro, non quod in fermentato conficiant, ſed quia putent in azymo non poſſe confici. & Valentia, *Græci*, inquit, *in eo quod utuntur fermentato non ſunt ſchiſmatici, ſed propterea quod putant non niſi in fermentato poſſe & debere ſacramentum confici.*

III.

Addunt tamen; neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici, *obligantis ſub peccato* (verba ſunt Valentiæ) *debere* eſſe azymum in eccleſia latina, & fermentatum in græca.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Nos eatenus eis aſſentimur, 1. quod utrovis pane ſacramentum confici poſſe cenſeamus. 2. quod unicuique eccleſiæ ſuum hac in re morem liberum relinquendum putemus. Negamus tamen 3. uſum illum in alterutram partem obligare ſub peccato. id enim eſt ſolius legis divinæ.

V.

Sed alia hic emergit controverſia nos inter & pontificios, Utrum videlicet ſit convenientius, panem azymum uſurpare, an potius fermentatum? illum præferunt papiſtæ, nos vero hunc. ſequentibus rationibus ſubnixi:

VI.

1. Cum in ſcriptura panis eſt mentio, abſolutè, nulla addita circumſtantia, panis intelligitur uſitatus & communis. ſin panis commemoretur extraordinarius quiſpiam & à communi uſu remotior, epitheton ei addit. cujus cum fuit injungendus uſus, peculiari præcepto opus fuit, ubi non panis nominaretur abſolute, ſed peculiariter ille qui careret fermento. v. Exod. 12. 8. &c.

VII.

Cum ergo in Euchariſtiæ ſacramento nomen panis abſolute paſſim uſurpetur, nuſquam autem panis azymi, facile colligimus 1. illum præferri qui maxime ſit in uſu, qualis haud dubie eſt fermentatus.

VIII.

2. Huc facit ſacramenti de quo agimus natura, prout eo ſignificatur communio noſtra cum Chriſto, per ſimilitudinem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

litudinem alimenti corporei. Quæ ſignificatio tum maxime efficax eſt, cum typus ſumitur cui maximè congruit alimenti ratio. Hæc autem maxime congruit fermentato. ergo.

IX.

3. Panis azymi uſus *ex præcepto* pertinebat ad ceremonias Judaïcas: quæ omnes abolitæ ſunt in Novo Teſtam. Itaque cum hujus ſacramenti celebratio ſit pars Teſtamenti Novi, conveniens fuit in eo hanc circumſtantiam aboleri.

X.

4. In univerſa veteri eccleſia nulla prorſus apparent veſtigia uſurpati communiter azymi in hujus ſacramenti celebratione. Unde ne adverſarii quidem, quicquid impenderint laboris, ultra Anſelmum, aut certe Gregorium potuerunt aſcendere.

XI.

Quod enim ex Epiphanio adducunt, qui de Ebionitis ait: *Myſteria faciunt ad imitationem ſanctorum in eccleſia ab anno in annum per azymos: & alterum myſterii partem per aquam ſolum,* ἀπροσδιόνυσον eſt. neque enim aliud vult, quam eos imitatione ſanctorum, *quotannis* myſteria celebraſſe, etſi id haberent proprium, quod id facerent *in azymo*, ut & quod alteram partem ſacramenti *in ſola aqua.* quod ſane à ſanctis non habebant. ita ipſos adverſarios jugulat locus Epiphanii.

XII.

Sed palmarium argumentum quod Græcos movit ad uſum fermentati, papiſtas vero ad azymi, expendere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

operæ pretium eſt. Vtrumque ſumiter ab exemplo Chriſti, quem illi fermentato, hi azymo uſum fuiſſe contendunt.

XIII.

Et græci quidem ſententiam ſuam inde probant, quia Chriſtus diem agno paſchali edendo conſtitutum, uno die anticipaverit, unde inferunt uſum fuiſſe fermentato, quia uſus azymi inchoabatur tantum die ſequenti.

XIV.

Id vero papiſtæ negant, & ſuo legitimoque tempore celebratum fuiſſe id paſchæ feſtum diligenter diſputant, cum exterminaretur ab univerſa Judæa fermentum. Quare iſto Chriſtum non eſſe uſum, itaque conſultius eſſe uti azymo.

XV.

Nos pro græcis reſpondemus, certum eſſe ex evangeliſtarum narratione, poſtridie Judæos celebraſſe quam Chriſtum. Matth. 27. 26. Marc. 15. 42. Luc. 23. 54. Ioh. 14. 14. 31. 42. ſed inde non ſequi ut ſupponunt papiſtæ, Chriſtum diem divinitus conſtitutum tranſgreſſum eſſe, ut ſuo fortaſſis loco diſputabitur. nec ex altera parte ſequitur (quod Græci putant) eum uſum fermentato, id enim erat illicitum quandocunque tandem celebraretur paſcha. v. Exo. 12. 8. &c.

XVI.

Poſito ergo (quod negandum non eſt) Chriſtum azymo fuiſſe uſum, non ſequitur hoc ejus exemplum ad nos pertinere. id enim ex accidenti factum, propter paſchatis tempus, non ob naturam novi ſacramenti. rectè Suarez:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

res: *Conſtat, jure divino neutrum horum eſſe præceptum, quia ſolum Chriſti factum non ſatis eſt ad inducendum præceptum. Nam licet conſecraverit in vino albo, verbi gratia, aut hora noctis, non ideo præcepit nos ita conſecrare.*

XVII.

Alia tamen nonnulla pro ſe adducunt papiſtæ, v. g. Panis azymus ſignificat puritatem & ſinceritatem corporis Chriſti: vel eam quam habere debent qui ad ſacramentum accedunt. 1. Cor. 5.7. ergo eo utendum.

XVIII.

Reſp. 1. Neg. conſ. ſequeretur enim, quicquid in paſchate habuit aliquid miſterii in cœnam Domini transferendum, quod falſum, quia deeſt inſtitutio. 2. Cur in ſolo pane puritatem affectant, in calice negligunt; cur, inquam vinum ut eſt, purum non relinquunt, ſed aquam ei admiſcent? quod ſignificationem impuritatis habere patet Ieſ. 1. 22. *merum tuum inſpurcatum eſt aqua.*

XIX.

Addit Thomas: *Fermentum habere aliquid corruptionis: & ex pane corrupto non poſſe fieri hoc ſacramentum. Poſſet itaque tanta eſſe corruptio fermenti, quod ex eo non poſſet confici ſacramentum.*

XX.

Reſp. Atqui ſimilis eſt ratio in altera ſpecie. Ipſi enim docent, tantum poſſe infundi aquæ, ut non poſſit fieri ſacramentum. Et tamen non excluſerunt aquam, ſed cautionem adhibuerunt, ut minimum aquæ admiſceretur

tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tur. Cur non & hic, ut minimum fermenti? hæc ad conſequentiam.

XXI.

Ad Antecedens quod attinet, quam corruptionem hic intelligant in fermento non exprimunt. an 1. talem quæ ipſum panem corrumpat, ita ut deſinat eſſe panis? at eam in fermento eſſe negamus. an 2. quæ aliquo modo alteret materiam unde fit panis? at hanc negamus officere ſacramento, alioqui nunquam fieret ſacramentum, cum triticum ipſum molendo immutari, atque eo ſenſu corrumpi neceſſe ſit. an 3. per quam panis jam factus minus duret? Atqui hoc poſito (quod tamen falſum arbitramur) nulla tamen hic difficultas, cum euchariſtia non conſiſtat niſi in uſu præſenti, quo tempore nullum à corruptione periculum. deinde hoc argumento etiam vinum rejiciendum eſſet, id enim multo facilius corrumpitur. Reliquis otioſorum hominum ſubtilitatibus non immorabimur.

COROLLARIA.

1. *Verbum Scripturæ abſque gratia Spiritus non eſt ſufficiens medium ad ſalutem.*
2. *Practica Pontificiorum idololatria invertit unitatem Dei.*
3. *Cognitio & confeſſio Trinitatis ad ſalutem abſolute eſt neceſſaria.*
4. *Cognitio S. Trinitatis lumine naturæ non poteſt acquiri.*
5. *Lex moralis ſecundum quid, ceremonialis in totum eſt abrogata.*
6. *Panis in cœna Dominica non mutatur in corpus.*
7. *In ſanctificationis initio homo ſe habet merè paſſivè.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXC.

DE

Cœna Domini, quarta. quæ eſt, de VINO & AQVA,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

DAVID TIMMERMAN, Benſcopienſis.

Ad diem 5 Novembris, loco horiſque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ
& WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis antiſtitibus & propugnatoribus acerrimis,

NEC NON

Ampliſſimo, Spectatiſſimo, Conſultiſſimo

INCLYTÆ
VETERAQVINENSIVM
REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis.

UT ET

Doctiſſimis & Strenuiſſimis Viris,

D. JACOBO REVIO, S.S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Illuſt. D.D. Ordin. Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti prudentiſſimo, Præſidi meo colendo,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. Logices & Ethices in celeberrima Batavorum Academiæ Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemq; Colleg. Pro-Regenti ſubtiliſſimo,

DENIQUE

Pietate & eruditione conſpicuis Viris,

D. GIBBONI ab EERST, Iſti Veteraquini,
D. EDZARDO AURICANO, Illi Ameidæ,
D. JOANNI TIMMERMANNO, Huic in Haeſtrecht,

Paſtoribus fideliſſimis, Theologis eximiis, ſtudiorum meorum Fautoribus maximis,

Diſputationem hanc Theologicam

offero & inſcribo

DAVID TIMMERMAN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXC.

DE

Cœna Domini, quarta. quæ eſt, de VINO & AQVA.

THESIS I.

QVæritur, an in Euchariſtia aqua vino ſit miſcenda? Affirmant pontificii, ſed exigua quantitate, propter difficultates alioqui tranſſubſtantiationi objectas, quam negant poſſe fieri ex aqua, niſi mediante vino, cui nulla vis eſt propter nimiam aquam.

II.

Unde Bonaventura: *Quando prædominatur vinum, ſolvitur ſpecies aquæ: & cum ſoluta eſt, & converſa in vinum, ſic converti poteſt. Non enim converti poteſt niſi panis vel vinum.*

III.

Quamobrem ſollicitè huic rei cautum eſt à Canonibus. ita enim habetur Extrav. de celebrat. Miſſarum: *Perniciosus in tuis partibus invaluit abuſus, videlicet quod in majori quantitate de aqua in ſacrificio ponitur, quam de vino: cum ſecundum rationabilem conſuetudinem eccleſiæ generalis plus ſit in ipſo de vino quam de aqua ponendum.*

IV.

Volunt autem eam adhiberi non ex integritate ſacramenti, ſed ex congruitate, atque adeo non omitti ſine peccato mortali. Bellarm. *Eccleſia catholica ſemper credidit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

didit, ita neceſſarium eſſe aquâ vinum miſceri in calice, ut non poſſit ſine gravi peccato omitti. Quin etiam addit, utrum ſine aqua ſacramentum conſiſtere poſſit, non eſſe adeo certum: cujus tamen incertitudinis nullam rationem affert.

V.

Cui è diametro repugnat Bonaventura in 4. Sent. Diſt. 11. q. 3. *Dicendum, quod de integritate ſacramenti hujus ſunt quatuor: ſcilicet materia, & forma, & ordo, & intentio conſecrantis. De congruitate autem & benè eſſe, ſunt quæ ſunt his annexa. aqua ergo cum non ſit aliquid horum, non eſt de neceſſitate: ſed annexum eſt materiæ, ſcilicet vino: quia adjungitur vino, & in ipſum convertitur.*

VI.

Ut & Thomas part. 3. q. 77. art. 7. *Conſequens eſt, quod appoſitio aquæ non ſit de integritate ſacramenti.* & Biel in Canonem lect. 35. *Aquæ admiſtio non eſt de integritate ſacramenti, licet ſit de neceſſitate miniſtri conſecrantis.* & Soto: *Appoſitio aquæ non eſt de neceſſitate ſacramenti.*

VII.

Cui aſſertioni confirmandæ non pauca Biel adhibet argumenta. 1. quia alioqui qui oblivione aut ignorantia omiſiſſet, non excuſaretur. 2. Quia Græci dicuntur aquam non apponere, & tamen conficere. 3. Quia quicquid eſt de neceſſitate ſacramenti remaneat vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum accidens: quorum neutrum ſit in aqua: cujus & ſubſtantia tranſit in vinum, & neque odor neque ſapor remanet. 4. Quia nullo in euangelio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

angelio legatur aqua appoſita. 5. Quia quicquid eſt de ſubſtantia ſacramenti, efficiat quod figurat: at aqua nihil: quoniam neque corpus Chriſti verum neque myſticum. hæc ille.

VIII.

Quibus non obſtantibus, omnes tamen qualemcunque aquæ neceſſitatem urgent, eamque iis argumentis fulciunt, quæ jam in medium afferemus, & ad lydium veritatis lapidem examinabimus.

IX.

1. Quia mos hic perantiquus eſt. Reſp. Etiam lactis & mellis guſtus in baptiſmo antiquiſſimus eſt, & tamen abrogatus. ex uſu ergo non ſequitur ullum neceſſitatis genus, quo creatur peccatum.

X.

2. Quia Chriſtus vinum aqua miſtum conſecravit, ergo & nobis idem faciendum. Reſp. 1. Neg. Conſeq. Nam in cœna lavit pedes Chriſtus, conſecravit veſpere, conſecravit accumbens. nemo tamen idem facit. limitetur ergo conſeq. Ea facienda ſunt in ſacramenti hujus celebratione, quæ Chriſtus fecit, non per accidens, ſed propter ipſius ſacramenti plenitudinem. jam probetur hoc de aqua, poſito quod Chriſtus ea uſus ſit.

XI.

Quod non de nihilo addimus, nam Antecedens ſaltem incertum eſt. itaque Soto ſic propoſuit: *Quia ſic Chriſtus probabiliter creditur conſecraſſe*. & Concil. Trid. Canon. 8. *Quod Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Et ſane nullum aquæ veſtigium in ullo inſtitutionis loco. At ex antecedente tantum veriſimili non poteſt ullum argumentum certum educi.

XII.

Obturbat hic Bellarm. nullam etiam vini mentionem eſſe. peſſime. Nam legimus: *Non bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam novum in regno Dei.* Matth. 26.29. genimen vitis quid aliud quam vinum eſt?

XIII.

Ratio tamen qualiſcunque affertur, ſobrietas, & mos patrius. quibus ſiquod ineſt pondus, id ſpectat ad promiſcua convivia, in quibus periclitari ſobrietas poterat, & mos patrius violari. in ſacramento nihil tale. nam 1. ſobrietati ſatis cavet exigua vini quantitas. 2. mos nullus aut Iudæis aut gentibus fuit ſacramentum hoc celebrandi. quod tum primum inſtituebatur.

XIV.

3. Quia de latere Domini exivit ſanguis & aqua. Io. 19.34. ergo in calice debet eſſe vinum & aqua. Reſp. Conſequentia febriculoſa. nam, ut Bonaventura (poſt multos Patres) ait: *Dicendum, quod per aquam illam non ſignatur aqua iſta, nec è converſo: ſed aqua illa aquam baptiſmalem ſignat.* Sunt & aliæ hic ἀναγωγαί. quas brevitatis cauſa omittimus.

XV.

4. Myſterio Euchariſtiæ ſignificatur unio Chriſti cum eccleſia. Id autem aptiſſime fit quando admiſcetur aqua vino. Vinum enim Chriſtum, aquæ populos ſignificant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nificant. Reſp. 1. Quaſi omnia in Euchariſtia eſſent adhibenda per quæ ſignificatur iſta unio! hac ratione etiam baptiſmus cœnæ admiſcendus eſſet, per eum enim induimus Chriſtum (Gal. 3. 27.) atque ita ei unimur. 2. Neg. anteced. Nam nec vinum Chriſtum ſignificat, ſed ejus ſanguinem. nec aqua *ſemper* populos ſignificat, alioqui & in baptiſmo eos ſignificarent. imo nec aqua (quam perexiguam vino affundi jubent) ſed *aquæ multæ*. Apoc. 17. 1. nec *populum fidelem*, quod hic quæritur, ſed gentium turbam. 3. Non opus eſt unionem cum Chriſto ſignificari hac miſtione, cum ſignificetur per communionem, .i. vinum bibendo, idque ex inſtitutione Chriſti.

XVI.

5. Quia calix Euchariſtiæ in V. Teſt. non ſolum figuratus fuit per vinum, ſed etiam per aquam quæ fluxit è petra. ergo aqua eſt adhibenda. Reſp. Neg. conſeq. Ita enim concludam: Panis Euchariſtiæ non ſolum ſignificatus fuit per manna, & panes propoſitionis, ſed etiam per carnem agni paſchalis, ergo caro eſt adhibenda. ut taceam figuras V. Teſt. non ſignificare figuras N. T. ſed utraſque, licet in ſe diverſas, eandem rem ſignatam, nempe Chriſtum & ejus beneficia repræſentare.

XVII.

6. Quia Euchariſtia eſt cibus & potus ſpiritualis: ergo dari debuit ſub ſpecie cibi & potus corporalis. At hic potus maxime conveniens naturæ humanæ vinum aqua miſtum. ergo. Reſp. Imo & vinum purum interdum, interdum aqua pura homini magis convenit. quod autem vinum adhibemus, Chriſtum auctorem habet.

XVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

7. Quia hæc miſcella ſignificat duarum in Chriſto naturarum unionem. Reſp. Imo ſignificat papiſtas eſſe Eutychianos. Aqua enim vino ſic unitur, ut *miſceatur*, imo, ſi illis credimus, etiam *mutetur* in vinum. ſignificabit ergo eodem modo naturas in Chriſto uniri. quod falſum. uniuntur enim ἀσυγχύτως & ἀτρέπτως.

COROLLARIA.

1.

An providentia Divina ſe extendat ad quaſvis creaturas & quoſvis creaturarum actus? Aff.

2.

An orthodoxa de ſelectione & reprobatione doctrina ſtatuat Deum auctorem peccati? Neg.

3.

An Sacramenta operentur ex opere operato? Neg.

4.

An reſurrectio eorundem numero corporum in S. litteris fundamentum habeat? Aff.

5.

An Filius & Spiritus Sanctus eandem cum Patre Deitatem obtineant? Aff.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCI.
DE

Cœna Domini, quinta. quæ eſt, de VTRAQVE SPECIE.

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN, Enchuſa-Bat.

Ad diem 9 Novembris, loco horiſque ſolitis.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis antiſtitibus & propugnatoribus acerrimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Doctiſſimis, Eminentiſſimis, ac longè celeberrimis Viris,

D. JACOBO TRIGLANDIO, S. S. Theol. Doctori, ejuſdem Facultatis in inclyta Batavorum Academia Profeſſori primario, & p. t. Rectori Magnifico ſpectatiſſimo, digniſſimo,

D. JACOBO du BOIS, Eccleſiæ Leydenſis Paſtori vigilantiſſimo,

D. THEODORO ab ALTENA, Verbi Divini in Eccleſia, quæ Jeſu Chriſto in Oeſtgeeſt colligitur, Præconi eximio,

D. GUILIELMO BUYSERIO, publico Scholæ Enchuſanæ Hypodidaſcalo prudentiſſimo, doctiſſimo,

Studiorum meorum Fautoribus ſummis, multum de me meritis, indieſque merentibus, Parentis loco in æternum mihi proſequendis,

DENIQUE

Reverendo, ac pietate conſpicuo Viro,

D. ADRIANO ab HUYSE, in Arithmeticis expertiſſimo, amico ſingulari,

Hoc exercitium Theologicum

S. F.

RICHARDUS à LANDTS-WERVEN, *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CXCI.

DE

Cœna Domini, quinta. quæ eſt, de VTRAQVE SPECIE.

Thesis I.

COnſtat Euchariſtiæ ſacramentum duplici materia, pane & poculo. panem omnibus fidelibus eſſe diſtribuendum in confeſſo eſt. ſed poculum nemini diſtribui patiuntur papiſtæ accedenti ad ſacerdotẽ communionis cauſæ.

II.

Duos enim ordines perſonarum diſtinguunt: unum ſolitarium ipſius ſacerdotis conſecrantis, ſive conficientis: & hunc dicunt neceſſario debere utramque ſpeciem ſumere. Alterum quorumcunque Chriſtianorum, qui à conficiente communionem poſtulent. Hos eſſe clericos vel laïcos. omnibus tamen ex æquo calicem negandum.

III.

Quod antequam demonſtremus, amovenda eſt impoſtura qua ſtatum quæſtionis nonnulli involvunt. Nam Bellarm. eum his verbis delineat: *Vtrum NECESSARIO participanda ſit Euchariſtia ſub utraque ſpecie, an ſatis ſit ſub altera*. Eckius: *An NECESSARIVM ſit utramque hujus ſacramenti ſpeciem ſumere*. Tapperus: *Non eſt laïcis*

NECESSARIA ad ſalutem communio ſub utraque ſpecie. Hoſius : *Vel unum aliquem profer, ex quo tempore Chriſtus hæc verba protulit, qui ſic ea ſit interpretatus, ut eſſe DE NECESSITATE SALUTIS diceret, omnes etiam laïcos utriuſque ſpeciei participes fieri.*

IV.

Voluerunt per hæc ſuſpicionem injicere, tale quid nos de poculo ſacro comminiſci, quale ipſi de baptiſmi neceſſitate ad ſalutem : cum nullam hic agnoſcamus neceſſitatem aliam quam *præcepti* vel *inſtitutionis*, quæ contradiſtingui ſolet à neceſſitate *medii* ſine quo videlicet nullo modo poſſit finis obtineri. Illam neceſſitatem (inſtitutionis dico) papiſtæ agnoſcunt in pane ſolo, nos in pane & vino æqualiter. Nec pontificii contenti fuerunt hanc neceſſitatem negare, atque ita rem pro libera & indifferenti habere, ſed communionem poculi laïcis PROHIBUERUNT. ut jam videbimus.

V.

Concilium ergo Conſtantienſe Seſſ. 13. *Declarat, decernit, & definit; quod licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtraverit ſub utraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum, tamen HOC NON OBSTANTE, ſacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſervavit, & ſervat, quod hujuſmodi ſacramentum NON DEBET confici poſt cœnam, neque à fidelibus recipi non jejunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis, à jure vel eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et*

ſicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſicut hæc conſuetudo ad evitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod licet in primitiva eccleſia hujuſmodi ſacramentum reciperetur ſub utraque ſpecie, poſtea à conficientibus, SVB VTRAQVE, & à laïcis TANTVMMODO SVB SPECIE PANIS ſuſcipiatur, cum firmiſſime credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quam ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vnde cum hujuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſime obſervata ſit, habenda eſt pro LEGE, quam NON LICET reprobare, aut ſine Eccleſiæ auctoritate pro libito imitare.

VI.

Et poſtea: *Item decernit ac declarat ſuper iſta materia, Reverendiſſimis in Chriſto patribus & Dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum in ſpiritualibus Vicariis ubilibet conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur, auctoritate hujus ſacri Concilii, ſub pœna EXCOMMVNICATIONIS, ut effectualiter PVNIANT eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum ſub utraque ſpecie panis & vini, exhortati fuerint, & ſic faciendum eſſe docuerint.*

VII.

Concil. Baſil. ſeſſ. 30. *Decernit & declarat, quod fideles laïci ſive clerici communicantes, & non conficientes, non adſtringuntur EX PRÆCEPTO DOMINI ad ſuſcipiendum ſub utraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, ſacrum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Euchariſtiæ ſacramentum. Et paulo poſt: *Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laïcum populum ſub una ſpecie, ab Eccleſia & ſanctis rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſime obſervata, & à doctoribus divinæ legis, ſacrarum ſcripturarum atque Canonum multam peritiam habentibus, jam longævo tempore commendata, pro LEGE habenda eſt, nec alicui licitum eſt reprobare, aut ſine auctoritate Eccleſiæ ipſam immutare.*

VIII.

Concil. Trid. Seſſ. 21. cap. 1. *Declarat, ac docet, nullo divino PRÆCEPTO laïcos, & clericos non conficientes, obligari ad Euchariſtiæ ſacramentum ſub utraque ſpecie ſumendum, neque ullo pacto ſalva fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio AD SALUTEM ſufficiat.*

IX.

Unde Canon primus: *Siquis dixerit, ex Dei PRÆCEPTO, vel neceſſitate SALUTIS, omnes & ſingulos Chriſti fideles utramque ſpeciem ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti ſumere debere, anathema ſit.*

X.

Ubi videmus quam veteratiore neceſſitas *præcepti*, & neceſſitas *ſalutis* inter ſe permiſceantur, cum de priori duntaxat ſit quæſtio. quomodo etiam caveant ab *interdicti* ſpecie, ſed tantum dicant neminem obligari. Verum ſatisfecit hac in parte Catechiſmus ad parochos, ubi

ubi ſic legitur: *Quod vero ad commucandi ritum pertinet, doceant parochi, ſanctæ eccleſiæ lege INTERDICTUM eſſe nequis, ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate, præter ſacerdotes corpus Domini in ſacrificio conficientes, ſub utraque ſpecie ſacram Euchariſtiam ſumat.*

XI.

Atque ita Dominicus Soto, cujus hæc verba: *Poſterior concluſio: Eccleſia conſultiſſimè ac ſanctiſſimè INTERDIXIT populo hujuſmodi ſanguinis communionem.* idem: *Quo fit ut per Eccleſiæ PRIVILEGIUM poſſit nunc etiam INDULGERI quibuſdam illuſtribus, ut Cæſari, & regibus & cardinalibus non ſacerdotibus, ut poſſint cum omni decentia & cautela ſanguinem ſumere.* ubi privilegium, ubi indulgentia, ibi præſuponitur interdictio.

XII.

Vazquez Diſp. 216. c. 4. *Reliquum eſt, ut oſtendamus, IURE OPTIMO eccleſiam latinam uſu calicis LAICOS IN UNIVERSUM PRIVASSE, & communionem ſub una tantum ſpecie illis reliquiſſe.*

XIII.

Clariſſimè omnium Salmero, Tractatu 34. *Laici NON POSSUNT communicare ſub utraque ſpecie, niſi porrigentibus ſacerdotibus. rurſus, ſacerdotes tradere NON POSSUNT niſi concedentibus Epiſcopis, quibus debent parere. rurſus: Epiſcopi, etſi maxime vellent, NON POSSUNT concedere, quod aut concilium generale, aut Catholicæ Eccle-*

ſiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſiæ moderator Romanus pontifex GRAVISSIMA LEGE INTERDIXERUNT. Atque hæc ad ſtatum quæſtionis in apertâ luce ponendum ſufficient.

COROLLARIA.

1.

Deus non amat creaturas neceſſario.

2.

Chriſtus non eſt ubique ſecundum naturam humanam.

3.

Tres ſunt perſonæ in una ſimpliciſſima eſſentia.

4.

Non datur tranſſubſtantiatio.

5.

Chriſtus eſt verus ac æternus Deus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCII.

DE

Cœna Domini, ſexta . quæ eſt, de VTRAQVE SPECIE, ALTERA,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

SIBRANDUS LOENIUS, Haga-Bat.

Ad diem 12 Novembris, hora 8.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

Haſce Theſes Theologicas

eâ quâ decet animi humilitate
ac obſervantiâ

offero ac inſcribo

SIBRANDUS LOENIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DIſPUTATIO CXCII.

DE

Cœna Domini, ſexta. quæ eſt, de VTRAQVE SPECIE. ALTERA.

THESIS I.

NUnc ſententiam noſtram, ſuper hæc nefaria ſacramenti mutilatione ſubjungemus, eſt autem: Nullo modo licitum eſſe, ut populo fideli calix Euchariſtiæ eripiatur. Rationes hæ ſunt:

II.

1. Nulla ſacramenti inſtitutio divina eſt violanda: Ac communio plebis ſub utraque ſpecie eſt inſtitutio ſacramenti divina: Ergo violanda non eſt.

III.

Majorem confirmamus; ex eo, quod ſacramenta non ſint ſigna naturalia, ſed inſtituta, & quidem à Deo, non à creaturis. unde Eckio dictum: *Vnica illa divina voluntas ſufficiens nobis eſt cauſa ſacramentorum.* Quod ſi igitur tota ſacramenti eſſentia eſt ab inſtitutione divina, utique hac violata non poteſt ipſum ſacramentum conſiſtere. Non eſt ergo violanda.

IV.

Significavit id Paulus 1. Cor. 11. 20. *Cum convenitis eodem loci, non eſt hoc Dominicam cœnam edere.* quare? quia partem inſtitutionis .i. *communionem* violabant. quo facto, non tantum dicit eos *non bene celebrare*, ſed *ne celebrare quidem*. ac ſtatim, ut reſtitueret legitimam cele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

brationem, ad inſtitutionem eos revocat.

V.

Minorem probant diſerta S. Scripturæ verba. Matth. 26. 27. *Et accepto poculo, ac gratiis actis dedit eis, dicens, Bibite ex eo omnes.* Luc. 22. 17. *Et accepto poculo, quum gratias egiſſet, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis ipſis.* poſtquam autem verba Chriſti de pane continuaſſet v. 19. addit v. 20. *Itidem etiam* (ὡσαύτως καὶ) dedit eis *poculum poſtquam cœnaſſent, dicens &c.* quæ repetuntur à Paulo 1. Cor. 11. 25. & explicantur à Suarezio Luſitano: *Eodem plane modo quo dixit, corpus ſuum præ manibus habens, manducate ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum: ita calice accepto, dixit eis, bibite ex hoc omnes, ſanguis enim meus eſt Novi Teſtamenti.* ſi eodem planè modo utrumque dictum, ergo & eadem enphaſi.

VI.

Rei evidentia adegit ex adverſariis Tiletanum, ut diceret: *Quantum ad Chriſti inſtitutionem attinet, communio utriuſque ſpeciei eſt tam laïcis quam ſacerdotibus communis.* Nec aliter Gorranus ad illa verba de calice: *Et dedit illis, dicens &c. Hic*, inquit, *ſubditur inſtitutio, & communicatio, ubi tanget quatuor: Primo, ſacramenti veritatem, cum dicit, Hic eſt ſanguis meus. Secundo dignitatem, ibi: Novi Teſtamenti. Tertio utilitatem, ibi: Qui pro multis effundetur. Quarto, communicandi generalitatem, ibi: Bibite ex hoc omnes.*

VII.

Videamus nonnullas eorum exceptiones. 1. τὸ *Bibite* uterque Suarez contendit non eſſe præceptum, ſed invitationem tantum vel conceſſionem. Reſp. 1. Quid ergo τὸ *Edite?* eſt ne præceptum? affirmare coguntur, ne nihil in hoc ſacramento præceptum dicant. ſi ſic, cur non

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

etiam τὸ ***bibite?*** præſertim cum addatur τὸ ὡσαύτως; 2. An non edere & bibere præceptum eſt ei qui ſacramentum conficit? fatentur. plus ergo habent quam invitationem vel conceſſionem illi imperativi. Denique audiamus papiſtas alios, & fatentes reos habimus. Etenim

VIII.

Audradius Orthod. Eplic. 7. *Tria*, inquit, *tunc Chriſtum IMPERASSE evangeliſtæ tradunt; ut ſcilicet corpus ſinum acciperent & manducarent; ut omnes ex calice ſanguine ſuo referto biberent; atque ut id in ſui commemorationem facerent*. Hardingus ſect. 10. *Sic catholica eccleſia ſtatuit, bibite ex hoc omnes, Chriſti PRÆCEPTVM eſſe, & neceſſario obſervari oportere.*

IX.

2. Verba *Bibite ex hoc omnes* ajunt pertinere ſolum ad actum illum præſentem, non autem obligare in futurum. ita Pighius. Reſp. 1. reclamat Paulus 1. Cor. 11. 25. *Hoc facite QVOTIESCVNQVE BIBERITIS in mei recordationem.* & v. 26. *QVOTIES enim ederitis panem hunc, & poculum hoc BIBERITIS, mortem Domini annunciate, VSQVE QVO VENERIT.* 2. quis credat Chriſtum cum jubet edere & bibere, dicere velle: Edite vos & omnes fideles, uſque ad finem ſeculi, ſed bibite vos tantum qui hic nunc adeſtis? quæ umbra hujus diſcriminis in textu? 3. ſi bibere in unico illo actu injunctum eſt, cur ſacerdotes quotidie bibunt in miſſa? ita ipſi ſui ſunt judices.

X.

3. Verba illa *Bibite ex hoc omnes*, Chriſti quidem præceptum continere, & neceſſario obſervanda, ſed tantum à ſacerdotibus, quia dicta ſint ſolis apoſtolis. ita Hardingus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

dingus & Bellarminus. Reſp. 1. Nihil hoc ad dogma pontificium. Nam ne ſacerdotibus quidem papiſtæ concedunt poculum niſi *conficientibus*. at in inſtituto ſacramenti apoſtoli nulli *conficiebant*. 2. apoſtoli hic conſiderantur non ut ſacerdotes (ponamus fuiſſe) ſed ut diſcipuli & fideles, qui ſe ipſos probare poterant & mortem Domini annunciare &c. v. 1. Cor. 26. 28.

XI.

4. Adjectivum *Omnes* eo fine adjectum eſſe τῷ *bibite* potius quam τῷ *edite*, quia panis quidem erat fractus, ſinguliſque inde partes ſingulæ diſtributæ: calix autem unus porrectus, ut monendi fuerint ne primus exhauriret, ſed ſequenti relinqueret &c. ita Bell. Reſp. Idem & nos volumus, videlicet ſacerdotem non ſolum haurire, quod omnibus hauriendum dedit Chriſtus, quod tamen facit. itaque nihil præter impudentiam habet iſta exceptio.

XII.

Secunda noſtra ratio hæc eſt: Ut apud Lucam poſt diſtributum panem dicitur: *Hoc facite in mei recordationem*. ita apud Paulum poſt datum calicem: *Hoc facite QVOTIESCVNQVE BIBERITIS ad mei recordationem*. Iuſſit Chriſtus Apoſtolos *Hoc facere*, videlicet quod ipſum facientem viderant in inſtituenda Euchariſtia, & peculiariter in pane & calice. Quare utramque ſpeciem juſſit communicari, quoties Euchariſtia celebraretur.

XIII.

Quod enim τὸ *Hoc* negat Cajetanus ad utrumque opus referri, conſecrandi videlicet & tradendi, ſed ad *prius* tantum, quæro 1. cur non ad *poſterius* tantum, utpote propinquius? 2. opponimus ei gregales ejus. ita enim Ianſenius Concord. cap. 101. *Refertur pronomen Hoc*,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

non tantum ad ſumtionem, ſed ad omnia quæ mox Chriſtus feciſſe dicitur: Mandat enim facere quod ipſe fecit, nempe accipere panem, gratias agere, benedicere, ac verbis ſuis conſecrare, dicendo in ipſius perſona, Hoc eſt corpus meum, frangere, ac ſumere, aliiſque ſumendum tradere. Guillaudus in 1. ad Cor. *Non dicit, hoc dicite, ſed facite hoc quod feci. Quid fecit? Accepit panem, gratias egit, fregit, & conſecravit, conſecratum ſumendum dedit. Hæc ergo faciendi poteſtatem habet ſacerdos.* Carthuſianus: *Hoc facite, id eſt, ſacramentum iſtud ſuo tempore celebrate, & conficite, date, & ſumite.*

XIV.

Imo (tanta vis eſt veritatis) Cajetano Cajetanum opponimus. Is enim in Lucam: *Non dicit, Hoc dicite, ſed facite, quia mandat fieri quod ipſe fecit, ſcilicet, accipere panem, gratias agere, frangere, conſecrare, ſumere, & dare.* quid clarius ad evincendum, velle Chriſtum ut detur panis & vinum etiam non conficientibus?

XV.

Quod idem addit τὸ *Hoc facite* abſolute tantum de pane dici, de poculo autem cum reſtrictione, *quotieſcunque bibetis.* 1. Cor. 11. 25. item quod non ſit dictum *Hæc facite,* ſed *Hoc facite* 1. ridiculum eſt, cogitur enim τὸ *quotieſcunque* explicare per *nunquam.* vetuit enim eccleſia Rom. ne unquam calix diſtribuatur laïcis. 2. tollit neceſſitatem annunciandi mortem Domini, cum dicatur: *quotieſcunque enim de pane hoc ederitis & de poculo hoc biberitis, annunciate mortem Domini.* 3. totum aliquod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quod aggregatum tam per *hoc* quam per *hæc* deſignari ſolet. 4. Hoc Cajetani inventum nominatim refutatur à Soto in 4. Diſt. 12. q. 1. a. 12. & Vazquezio in 3. Tho. Diſp. 213. c. 2.

COROLLARIA.

1.

Decreta Dei ſunt æterna ac immutabilia.

2.

Decreti electionis nulla cauſa impulſiva datur niſi ſolum Dei beneplacitum, non vero bona opera nec fides prævisa.

3.

Electionis certitudo homini non à priori ſed poſteriori petenda eſt.

4.

Vocatio efficax nullis hominibus niſi ſolis electis obtingit.

5.

Chriſtus non eſt mediator angelorum.

6.

Deus non potuit remittere peccata abſque ulla ſatisfactione.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCIII.

DE

Cœna Domini, ſeptima. quæ eſt, de CONSECRATIONE,

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

MARCUS ab ES, Gorcomio-Bat.

Ad diem 16 Novembris, hora 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↄ Iↄ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

Haſce ſtudii Theologici primitias in nunquam intermoriture gratitudinis τεκμήελον

S. F.

MARCUS ab ES.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXCIII.

DE

Cœna Domini, ſeptima. quæ eſt, de CONSECRATIONE.

THESIS I.

COnſecrare eſt ſacrum facere. unde in ſacramento Euchariſtiæ Conſecratio eſt ſolenne verbum, ſignificans id, quo fit, ut res viſibiles, quæ per ſe profanæ ſunt, & alienæ à myſteriis religioſis, ſint ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti, ſive, ſint corpus & ſanguis Chriſti.

II.

De hac multa eſt inter papiſtas contentio. Fuere qui nullis verbis Chriſtum dicerent conſecraſſe, ſed abſoluta poteſtate, & voluntate, vel tactu, vel aliquo ſigno externo. ita Innocent. 3. & 4. Mayro, Biel, Durandus, Catharinus &c.

III.

Alii aliquibus verbis Chriſtum uſum volunt, ſed quæ nobis ſint incognita. ita Albert. Comment. ſuper euangelium.

IV.

Alii plerique verba conſecrationis expreſſa dixerunt in inſtitutione, apud euangeliſtas & Paulum. iſta videlicet: *Hoc eſt corpus meum. Hoc eſt ſanguis meus.* Sed hoc iterum varie.

V.

Alii enim bis prolata imaginantur, ſemel ſecreto,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

nempe antequam panem acciperet, daretque diſcipulis: & iterum elata voce, prout ab euangeliſtis recitantur. Ita Stephanus Epiſcopus Hedunenſis. Alii ſemel tantum dicta, prout ſemel ab euangeliſtis recitata.

VI.

Et horum nonnulli negant ab euangeliſtis ſervatum ordinem rerum: Chriſtum enim ea verba protuliſſe ab initio, cum notatur benedixiſſe. Alii vero ſic protuliſſe divinarunt, ut ab initio conſecrationis pertingerent ad finem diſtributionis. hanc ſententiam nonnemo tribuit Thomæ Aquinati.

VII.

Alii eundem ajunt fuiſſe ordinem rerum & narrationis apud euangeliſtas, ſed conſecraſſe Chriſtum, non dum benedixit, ſed cum dedit. ita Scotus & Cajetanus.

VIII.

Alii denique aſſerunt ſine ullo ordine omnia ſimul à Chriſto facta fuiſſe, ſed non potuiſſe euangeliſtas omnia ſimul narrare. habemus ſeptem opiniones.

IX.

Eſt & alia quæſtio, An ſolis quatuor verbis, *Hoc eſt corpus meum*, fieri conſecratio poſſit? ait Thomas, & poſt eum Bellarm. Suarez, Vazques, Valentia. negat Scotus, dicens, opus eſſe aliis verbis, per quæ Chriſti verba ad materiam applicari declaretur. verba illa, ſequaces ejus dicunt eſſe verba benedictionis eccleſiæ, quibus petit, ut oblata munera panis & vini fiant corpus & ſanguis Chriſti. ita ut nihil omnino fieri cenſeant, ſiquis ſola verborum prolatione, ſine eccleſiaſtica prece conſecrare attentaret. in hanc opinionem inclinat Salmero.

X.

Rurſum diſcepatur: An verba Chriſti materialiter, an

an ſignificative in conſecrationis forma ſumautur? Bona pars tenet quod materialiter. & eorum quidam, quod materialiter tantum ut Innocent. 3. & 4. Durandus cum multis. alii quod *ſimul* materialiter & ſignificative. ut Thomas cum ſuis. alii quod *partim* materialiter, *partim* ſignificative. Alii quod ſignificative tantum, ut Marſilius in quartum. quem qui ſequuntur ſubdiviſi ſunt in tot opiniones, ut vix eas numerare ſit. Certe Guido Brianzonius in 4. Sent. recenſet novem, & ſuam adjicit quam decimam facit. v. de tota hac re N. De Capite fontium epiſc. Cæſarienſ. Concilium Trident. rem univerſam ſilentio tranſmiſit, ut ſolet pleraque inter ſuos controverſa.

XI.

Nos Conſecrationem dicimus eſſe in tota Chriſti inſtitutione: ut quicquid ille fecerit ad eam pertinens, noſque juſſerit facere, eo ipſo conſecrari credamus ſacramentum.

XII.

Exprimit hoc his verbis Beza in Matthæum: *Verum eſt, nos conſecrationis voce totam illam ſacram actionem intelligere, qua res alioquin communes in ſacramenta mutamus, agentes quæ præcipit Dominus, cujus ſacræ actionis pars eſt duntaxat iſtud quod hic benedictionis & gratiarum actionis, id eſt, ſolennium precum nomine intelligitur.*

XIII.

Sententiæ hujus veritatem evincunt ipſa inſtitutionis verba: *Quum accepiſſet panem* (λαβὼν) *& benedixiſſet* (ἐυλογήσας) *fregit eum, deditque diſcipulis, & ait, Accipite, comedite; Hoc eſt corpus meum. Et quum accepiſſet poculum* (λαβὼν) *& gratias egiſſet,* (ἐυχαριστήσας) *dedit eis, dicens: Bibite ex eo omnes. Hoc enim eſt ſanguis meus.*

XIV.

XIV.

Hic videmus ordinem hujus actionis. Prius accepit panem quam benedixit: prius benedixit quam tradidit. prius accepit poculum quam gratias egit, prius gratias egit quam tradidit. agnoſcunt hunc ordinem Valla, Eraſmus, Maldonatus, Salmero, Cajetanus.

XV.

Unde perperam vulgata verſio: *Accepit Ieſus panem & benedixit &c. Et accipiens calicem gratias egit &c.* quopacto confunduntur omnes inſtitutionis partes, acſi eodem momento omnes peractæ fuerint, contra græci textus genium ac proprietatem.

XVI.

Iam quæritur an in illis quæ præcedunt verba: *Hoc eſt corpus meum &c.* præcipuè in *benedictione*, ſive *gratiarum actione* nulla ſit conſecratio? id eſt, an benedictio illa panem relinquat communem & profanum? Hoc certè ſequitur ex opinione illorum qui conſecrationem ſolis illis quatuor vocibus alligant. verum

XVII.

Audiant illi Odonem Cameracenſem in Epitome canonis: *Benedixit, ſuum corpus fecit; qui prius erat panis, benedictione factus eſt caro.* Audiant Salmeronem tom. 9. tract. 13. *In primis dicitur, quod Dominus accepit panem, deinde benedixit, ſive gratias egit .i. benedictum fecit* (nota) *& poſtea fregit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens, Hoc eſt corpus meum: & idem dicitur de calice ſive de vino. Cum igitur benedictio Domini non ſit ſuperflua, aut vana* (nota iterum) *nec dederit purum panem, nec hortatus fuerit ad illum accipiendum, ſequitur, quod cum dedit, jam facta erat tranſmutatio: & verba illa: Hoc eſt corpus meum, quid contineretur indicabant in pane, non quid fieret.* Hæc ille ex ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſententia Græcorum, quorum opinionem ut probabilem recitat :

XVIII.

Sed deinceps ex ſua : *Reſpondent,* inquit, *quidam, Euangeliſtas non ſemper eundem ordinem obſervaſſe in hiſtoria enarranda ; ſed quoſdam anticipatione, quoſdam recapitulatione uſos. Sed profectò, hic omnes penitus euangeliſtæ eundem ſervarunt ordinem. Qui ergo exponunt : Accepit panem, & benedicens, dixit, Hoc eſt corpus meum deinde fregiſſe, & dediſſe diſcipulis, profectò non exponunt, ſed mutant verba textus.* per duplex *profectò* improbans eos qui quo ordine narrarunt Euangeliſtæ, eodem proceſſiſſe negabant actionem Chriſti.

XIX.

Alterum argumentum : ſi in quatuor illis verbis ſolis eſſet panis conſecratio, nihil conſecraret miniſter. ſunt enim verba illa Chriſti, licet à miniſtro recenſeantûr. Quemadmodum verba Matth. 11. 25. *Confiteor tibi Pater &c.* non ſunt verba Matthæi ſed Chriſti, licet ille ea narret à Chriſto prolata. & Io. 17. 24. *Pater quos dediti mihi &c.* Chriſti ſunt, non Ioannis. &c.

XX.

Atqui miniſter conſecrat. 1. Cor. 10. 15. *Calix benedictionis, cui benedicimus.* Quomodo poſtea : v. 16. *panis quem frangimus.* Ubi manifeſtum, ſic nos dici benedicere, quomodo frangere, nimirum actione propria. Non enim ideo frangimus, quia Chriſtum dicimus fregiſſe, ſed quia ipſi per nos ipſos. unde Lombardus : *Calix benedictionis, cui benedicimus .i. potus calicis qui non ſolum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

lum à Chriſto in cœna eſt benedictus, ſed cui etiam nos ſacerdotes quotidie benedicimus. Thomas: *Cui benedicimus, id eſt, quem nos ſacerdotes conſecramus.* Habetur ergo intentum, videlicet, non ſolis illis quatuor verbis arctari conſecrationem.

COROLLARIA.

1.

Christus ſecundum utramque naturam eſt mediator.

2.

Objectum ejus muneris ſunt Deus & homines, per peccatum disjuncti, & per Chriſtum denuo uniendi.

3.

Decretum Dei eſt ipſe Deus.

4.

Per providentiam divinam non tollitur à rebus contingentia & libertas.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXCIV.

DE

Cœna Domini, octava. quæ eſt, de Vero ſenſu verborum Chriſti.

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

JACOBUS GYSIUS, Dordr. Batav.

Ad diem 19 Novembris, hora 8.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBUS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis munificentiſſimis,

NEC NON

Admodum Reverendo ac Doctiſſimo VIRO;

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi ſuo venerando,

Hanc Diſputationem Theologicam officiosè cumque reverentia

inſcribit

JACOBUS GYSIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXCIV.

DE

Cœna Domini, octava. quæ eſt, de Vero ſenſu verborum Chriſti.

THESIS I.

EXplicatis iis quæ in ſacramento Euchariſtiæ externa ſunt, ſequitur ut ad rem quæ iis deſignatur animum convertamus, id eſt, ad corpus & ſanguinem Chriſti, in quibus totius ſacramenti fructus eſt.

II.

Agitur autem de interpretatione verborum Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, &c. quæ non ad literam, ſed figurate & myſtice intelligenda eſſe cenſemus. quod ut intelligatur, verum eorum ſenſum eruamus.

III.

Ubi primo ſubjectum hujus enunciationis, mox prædicatum indagabimus. *Subjectum* eſt pronomen HOC.

IV.

Id autem dicimus hic obtinere, ut ſemper, naturam rela-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

relativam. Pronomina enim pro ſe ipſis non ſunt, ſed pro *nomine* aliquo, ſive expreſſo, ſive intellecto.

V.

Porro, hoc loco refert nomen aliquod *expreſſum* in textu, & quidem *præcedente*. nam interdum ſatis eſt nomen poſtea exprimi.

VI.

Expreſſum autem *prius* (ſunt enim duo) eſt *panis*. dicitur enim Chriſtus *panem* accepiſſe. De hoc igitur pane poſtea intelligendum τȣ͂το. ut *Hoc*, nihil aliud ſit quam, *hic panis*.

VII.

Expreſſum alterum eſt *poculum*. ubi metonymiam continentis pro contento omnes agnoſcunt. continebatur autem poculo *genimen vitis*. Matth. 26. 29. .i. *vinum*. ut τȣ͂το ibi nihil aliud ſit, quam *hoc vinum*.

VIII.

Prædicatum hujus enunciati eſt *eſſe corpus Chriſti*. ubi duæ ſunt partes, nomen, & verbum.

IX.

Nomen eſt *Corpus Chriſti*. quo verum & naturale ejus corpus denotari profitemur. Etenim:

X. Cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Corpus Chriſti non niſi dupliciter nominatur. 1. *proprium* illud à nobis deſignatum. 2. *myſticum*, quod eſt eccleſia. Non poteſt intelligi poſterius hoc, ergo prius.

XI.

Probatur aſſumtio: 1. Quia eccleſia, cum nominatur corpus Chriſti, nunquam contradiſtinguitur ab ejus ſanguine. 2. Quia hæc eccleſia nunquam aut *tradita* aut *fracta* pro nobis, ſive pro multis dicitur. quæ tamen huic corpori Chriſti tribuuntur. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. quemadmodum & ſanguini.

XII.

Verbum intelligimus voculam *Eſt*. ea vero vel ſola ponitur pro attributo, ut *Deus eſt*, & tum notat exiſtentiam rei; vel una cum nomine, ut *Deus eſt æternus. Euangelium eſt potentia Dei. Petra erat Chriſtus.* & ſic ambo prædicatum abſolvunt. non prior, ſed poſterior uſus hic locum habet. ut eſt perſpicuum.

XIII.

In illo autem, vel propria eſt prædicatio, ut *Deus erat Verbum, Tu es Simon filius Ionæ.* vel tropica, & ſecundum aliquam analogiam, ut *Circumciſio eſt fœdus. Septem vaccæ ſunt ſeptem anni.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Nobis hic non prior, ſed poſterior prædicandi modus placet, ut *Eſſe corpus* ſit, *ſignificare corpus*, vel *ſignum eſſe corporis*, quæ eodem recidunt. idque ob haſce rationes:

XV.

1. Nulla enunciatio propria diſparatum de diſparato affirmative enunciat. At hæc Enunciatio, *Hoc eſt corpus meum*, enunciat affirmative diſparatum de diſparato (vid. corpus Chriſti de pane) ergo non eſt propria, ſed figurata ſive tropica. non enim datur tertium.

XVI.

2. Quæcunque Enunciatio prædicat de ſigno rem ſignificatam, eſt figurata. At hæc prædicat ſignificatum de ſigno. ergo. Major patet ex natura relatorum, quæ id quod ſunt *aliorum* eſſe dicuntur, non ergo unum relatorum eſt alterum. Minor ex eo quia Euchariſtiam conſtet eſſe ſignum, quia ſacramentum: & rem ſignatam eſſe corpus & ſanguinem. At hæc de ſe mutuo prædicantur.

XVII.

Patet & ex definitione ſigni, quæ eſt apud Aug. de princip. Dialect. c. 5. Signum eſt quod *ſe ipſum* ſen-

ſui,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſui, *& præter ſe aliquid* animo oſtendit. Et de doctrin. Chriſt. lib. 2. c. 1. Signum eſt res *præter-ſpeciem* quam ingerit ſenſibus, *aliud* aliquid ex ſe faciens in cogitationem venire. unde conc udimus : Si aliud, ergo non idem, unde *proprie* non poteſt dici, id quod ſignificat eſſe id ipſum quod ſignificatur.

XVIII.

3. Nulla permutatio nominum eſt propriæ ſignificationis, ſive abſque tropo : At in ſacramento Euchariſtiæ permutatio eſt nominum. Ergo non propria ſignificatio. Major patet. quia permutatio eſt rei alienæ tranſlatio. Non poteſt autem nomen alienum non uſurpari tropice: ut ſpicis & vaccis prorſus alienum erat nomen annorum. Itaque Cicero l. de Clar. Orator. τρόπους definit, *Verborum immutationes.*

XIX.

Minor eſt Auguſtini Ep. 23. *Si ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumque ipſarum rerum nomina accipiunt. Sic ergo, ſecundum quendam modum, ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt; Sacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguis Chriſti eſt.* Ita & in ſententiis Proſperi apud Gratianum canon. 48. *Cæleſtis panis, qui caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti,* ubi Gloſſa, *Id eſt, cæleſte ſacramentum,*

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quod verè repræſentat Chriſti carnem, dicitur corpus Chriſti, ſed IMPROPRIE. v. & Theodoret. dial. 1. c. 8. &c.

COROLLARIA.

1.

An ex fide prævisa eligamur? N.

2.

An peccatum Originale ſit in omnibus? Aff.

3.

An ſcriptura ſit perfecta? Aff.

4.

An reprobi ſint peccaturi in inferno? Aff.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCV.

DE

Tranſſubſtantiatione,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

Sub Præsidio

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

ARNOLDUS VOLTELEN, Vollenhov. Tranſ-Iſal.

Ad diem 10 *Decembris, hora* 8.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ libertatis propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Doctiſſimo, Vigilantiſſimo, ac Pietate Conſpicuo VIRO,

D. SALOMONI VOLTELEN, Verbi Divini in Eccleſiâ Vollenhovianâ Miniſtro digniſſimo, Parenti meo, filiali ſemper amore mihi proſequendo,

DENIQUE

Reverendis, Clariſſimis, ac Prudentiſſimis Viris,

D. IACOBO REVIO, S.S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L.A.M. & Philoſophiæ in Celeberrimâ Batavorum Acad. Profeſſori ſolidiſſimo, ſubtiliſſimo, ejuſdemque Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum, Pro-Regenti fideliſſimo,

Studiorum meorum Fautoribus, ac Promotoribus ſummis, eoque nomine, mihi ſummè honorandis,

Haſce ſtudii Theologici primitias,
ſubmiſſe offero

ARNOLDUS VOLTELEN. *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCV.

DE

Tranſſubſtantiatione,

PRIMA.

THESIS I.

POſtquam tropicam ſignificationem verborum Chriſti in ſ. cœna quantum ſatis eſt aſtruximus, nunc refutandæ ſunt eorum opiniones, qui τὸ ῥητὸν ſe retinere profitentur. ſunt autem duæ 1. Tranſſubſtantiatorum. 2. Conſubſtantiatorum. de primis nunc agemus.

II.

De tranſſubſtantiatione jam olim in Concilio Lateran. ſub Innocentio 3. Anno 1215. c. 1. ſic definierunt: *Chriſti corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate divina, ut ad perficiendum myſterium unitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.*

III.

Tum recentius in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 1. *Docet ſancta ſynodus, & aperte ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum atque hominem, verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Et cap. 4. *Perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc ſynodus declarat, per conſecrationem panis & vini converſionem fieri totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini noſtri: & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis ejus: quæ converſio convenienter & proprie à ſancta Catholica eccleſia Tranſſubſtantiatio eſt appellata.*

V.

Unde vibrati anathematiſmi Canone 1. *Siquis negaverit in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento contineri vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, una cum anima & divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum: ſed dixerit, tantummodo eſſe in eo, ut in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit.*

VI.

Et Canone 2. *Siquis dixerit, in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtantiam panis & vini, una cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaveritque mirabilem illam & ſingularem converſionem totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxat ſpeciebus panis & vini, quam quidem converſionem catholica eccleſia aptiſſime Tranſubſtantiationem appellat, anathema ſit.*

VII.

Hic videmus poni *præſentiam* corporis Chriſti in Euchariſtia. ei præſentiæ duo adjunguntur, *realitas*, & *tranſſubſtantiatio*. *Realitas eſt*, ubicunque Chriſtus ſe præſentem exhibet in corporis ſui ſubſtantia, ut olim in utero

tero

tero virginis, in navi, in cruce, in ſepulcro &c. *Tranſſubſtantiatio* tantum in Euchariſtia ſtatuitur. unde appellatur *mirabilis* & *ſingularis*. ut cujus nullum aliud exemplum dari poſſit. *Realitatem* agnoſcunt Lutherani, ſed *tranſſubſtantiationem* explodunt. Utramq; mordicus retinent pontificii. Nos utramque, ita ut jam explicata eſt, negamus. ut & *oralem* manducationem quæ utrique annexa eſt. Nunc de Tranſſubſtantiatione agimus.

VIII.

Eam cum pontificii arceſſant ex dicto Chriſti, *Hoc eſt corpus meum.* ſingula ejus verba expendamus. & de *Corpore* quidem nulla admodum eſt controverſia, utrinque enim in confeſſo eſt, intelligi verum & naturale corpus, ut apparet ex eis attributis, *quod pro vobis datur*. Luc. 22. 19. *quod pro vobis frangitur*. 1. Cor. 11. 24. quæ non ad myſticum, ſed ad naturale corpus Chriſti pertinent.

IX.

Sed in Hoc & in Est, mira eſt pontificiorum digladiatio. pronomen Hoc, quidam dixerunt nihil demonſtrare in actu exercito, ſed eſſe pronomen conceptum, quaſi omnia verba acciperentur materialiter. refert Dom. Soto Diſt. 11. q. 1. a. 5. & videtur placuiſſe commentum Salmeroni Tom. 9. tract. 13.

X.

Plures fatentur quidem τὸ Hoc demonſtrativum eſſe, ſed eorum alii demonſtrationem referunt ad intellectum, alii ad ſenſum. Soto ib.

 XI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XI.

E poſterioribus hiſce ſunt qui demonſtrari putent panem, ſunt qui corpus Chriſti.

XII.

Qui panem, alii ejus ſubſtantiam, alii accidentia. Qui ſubſtantiam, in tres factiones ab eunt. 1. ut ſit panis quatenus permanet in ſua ſubſtantia. 2. ut deſignet ſubſtantiam panis, non ut eſt in ſe, ſed ut eſt converſa in corpus Chriſti. 3. ut notet panis ſubſtantiam, non ut panis eſt, ſed ut hæc ſubſtantia, vel hoc ens.

XIII.

Qui accidentia, ita perplexantur, ut de his quidem certa & determinata fiat demonſtratio, quoad ſubſtantiam vero contentam, indeterminata. ita Tapperus. cui ſe opponit de Bollo: *Nos*, inquiens, *qui incaleſcimus fidei & veritatis ardore, per illud pronomen HOC neutiquam ipſa accidentia demonſtramus.*

XIV.

Qui de corpore Chriſti accipiunt, alii pronomen Hoc ſubſtantivum eſſe dicunt, ut ſenſus ſit: *Hoc quod vobis trado eſt corpus meum.* unde non poſsit panem ſignificare. ita Pet. Michaël Ieſuita de Euchar. Dial. 1. c. 2.

XV.

Alii totis viribus contendunt adjectivum eſſe, neque ulla ratione ſubſtantivum eſſe poſſe, aut pro alia re quam pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

pro corpore Chriſti accipi·ita Maldonatus & plures alii.

XVI.

Rurſus ſunt qui dicunt per Hoc deſignari corpus ut eſt in ſe ipſo, id eſt in propria ſpecie, ut Occam. imo prout eſt in cœlo, ut Major.

XVII.

Alii prout eſt ſub accidentibus panis in termino prolationis verborum: ut ſenſus ſit: *Hoc quod ſignificatur his accidentibus eſt corpus meum.*

XVIII.

Vehemens hic etiam oboritur ſcrupulus de momento ſignificationis. Nam Hoc poſitum eſt initio orationis, imo & conſecrationis, tunc autem nondum eſt corpus Chriſti. ita ergo interpretatur Angelus in ſumma de Euchar. part. 1. *Illud in quod hoc tranſubſtantiabitur eſt corpus meum.* vel. *Illud in quod iſte cibus eſt tranſmutandus eſt corpus meum.*

XIX.

Et mirabili ſubtilitate Pet. de Bollo: *Pronomen* Hoc *demonſtrat corpus* in individuo *quod nondum eſt, ſed* in genere *ſubſtantiæ.* Gorran: Hoc, *id eſt, exiſtens ſub hac ſpecie verbis completis.* Biel: Hoc i. *Corpus Chriſti quod eſt ſub ſpeciebus in fine orationis.* Cartuſ. Hoc, *quod ſub ſpecie panis poſt conſecrationem continetur.* hactenus ii qui pronomen Hoc ad ſenſum referunt.

XX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XX.

Qui ad intellectum conceptum hic ponunt abſtractum, communem pani & corpori, ut ſignificet in genere *contentum ſub illis ſpeciebus, quod quidem in principio erat panis, ſed in fine corpus*. id autem, *individui vagi* appellatione inſignit Durandus in 4. Diſt. 8. q. 2. Vazquez Diſp. 201. c. 2. Gregor. de Valentia Comment. tom. 4. Diſp. 6. q. 6. puncto. 2. & alii.

XXI.

Denique ſunt qui ſimul ad ſenſum & intellectum referunt, ut ſenſus ſit, *Aliquid ſub hac ſpecie præſens, vel de propinquo futurum eſt corpus meum*. v. Scot. Diſt. 8. q. 3.

COROLLARIA.

1. *Totum genus humanum, eſt infectum Peccato originali*.
2. Αὐτοφονία *non eſt licita*.
3. *Christus eſt verus Deus, & verus homo.*
4. *Non tamen proprietates unius naturæ communicantur alteri.*
5. *Beati non ſunt viſuri Deum oculis corporeis.*
6. *Omnes homines non ſalvabuntur per Christum.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCVI.

DE

Tranſſubſtantiatione,

SECUNDA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

WINANDUS NEOSTADIUS, Dord. Bat.

Ad diem 14 *Decembris, hora* 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↃIↃcL.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Viris Spectatiſſimis ac Conſultiſſimis,

D. JACOBO STOOP, Urbis Dordrechtanæ Senatori prudentiſſimo, Avunculo & Tutori meo honorando,

D. NICOLAO STOOP, I. U. D. & in Baronniâ Bredanâ Quæſtori vigilantiſsimo, Cognato dilectiſſimo,

Quos juxta

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. GOSUWINO à BUYTENDIJCK, Verbi Dei in Eccleſiâ Dord. Præconi diſertiſſimo,

D. ANDREÆ COLVIO, Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Paſtori fideliſſimo,

D. THOMÆ BAUDIXIO, Vineæ Dei in de Lindt & Hieronymi Ambacht Cultori digniſſimo,

D. HENRICO COLVIO, Gregis Ieſu Chriſti in Swijndrecht Paſtori integerrimo,

D. IACOBO HAVERSHOUCK, Chirurgo expertiſſimo,

D. JOHANNI RAMPIO,
D. JOHANNI DUSSELDORPIO, M.D.
D. JOHANNI VOSSIO,
D. JOHANNI SCHIRTENIO, S. S. Th. Candidato,
D. PETRO GODEVICIO,

} Scholæ Dordracenæ Rectori, Conrectori & Præceptoribus doctiſsimis, vigilantiſsimis, optimè de ſtudiis meis meritis,

Studiorum meorum Promotoribus ſingularibus, plurimum de me meritis, indieſque merentibus, eoque nomine ſummopere honorandis, ſuſpiciendis, & in æternum colendis,

Hanc Diſputationem Theologicam debitâ obſervantiâ offero

WINANDUS NEOSTADIUS. *Reſp.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXCVI.

DE

Tranſſubſtantiatione,

SECUNDA.

THESIS I.

PErluſtratis nonnihil Mæandris Tranſſubſtantiationis, nunc contra eam hæc afferemus argumenta:

II.

1. Omne dogma, quod in ſcripturis ſacris, neque quoad nomen, neque quoad rem ipſam, neque explicite, neque implicite continetur, eſt reiiciendum. Tale eſt dogma Tranſſubſtantiationis. ergo.

III.

Maior alibi probata eſt, minor etiam in confeſſo ſecundum priorem partem, quæ eſt de *nomine*: quoad alteram quæ eſt de *re ipſa* negari quoque non poteſt, cum Scotus, Pet. de Alliaco, Andradius, Fiſcherus fateantur Tranſſubſtantiationem non poſſe probari ex ſcripturis.

IV.

2. Omne dogma quod ſcripturis è diametro repugnat, eſt rejiciendum: Tale eſt dogma Tranſſubſtantiationis. ergo.

V.

Major manifeſta eſt. minor probatur ex omnibus illis ſcripturæ locis quæ quod ſumitur, conſecratur, frangitur, editur, bibitur, panem, & genimen vitis .i. vinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

appellant. Matth. 26.26.29. Marci 14.22. Luc. 22.19. 1. Cor. 10. 16. 17. & 11. 23. 27. unde hæc elementa (ut vocant) non eſſe tranſſubſtantiata manifeſtò evincitur.

VI.

3. Omne dogma quod pugnat cum analogia fidei eſt rejiciendum: tale eſt dogma Tranſſubſtantiatione; ergo.

VII.

Major docetur. Rom. 12. 6. Minor evidens eſt ex eo, quod non paucis fidei articulis adverſetur: qui docent, corpus Chriſti eſſe unum, viſible, palpabile, quod in cœlum ut aſcenderit & ibi remanſurum ſit uſqne ad diem judicii &c. Tranſſubſtantiatio autem omnia contraria ponit. ergo habetur intentum.

VIII.

4. Omne dogma quod evertit naturam rei de qua agitur, eſt reiiciendum. Tale eſt dogma Tranſſubſtantiationis. ergo.

IX.

Major eſt extra controverſiam. Minor etiam certa. 1. Quia tollit panis & vini ſubſtantiam, remanentibus eorum accidentibus. 2. Quia evertit naturam accidentium, ponendo illa abſque ſubjecto, cum tamen accidentis eſſe ſit ineſſe.

X.

Tertio, quia tollit naturam benedictionis divinæ, qua tamen mediante corpus & ſanguinē confici dicunt, per illam enim res univerſæ conſervantur, at per hanc panis & vinum ſtatuuntur annihilari.

XI.

Quarto, quia tollit naturam corporis & ſanguinis Chriſti. Illa enim ante plus mille ſexcentos annos facta ſunt ex virgine, non poſſunt ergo tanto poſt tempore & eſſe

eſſe actu, & ſimul fieri, quod præſupponit non eſſe. ut taceam, inviſible & impalpabile repugnare naturæ corporis humani. item, eſſe in cœlo & in terra, in hoc & illo altari, nec tamen in locis intermediis, tollere ejus unitatem. *unum* enim eſt *indiviſum in ſe*. at tale corpus ſtatuitur, in ſe diviſum eſſe.

XII.

5. Quicquid recens excogitatum eſt in religionis negotio non eſt admittendum: tale eſt Tranſſubſtantiationis dogma. ergo. Major certa eſt. Minor quoque, quia ſub Innocentio 3. in Concil. Later. anno 1215. demum hoc monſtrum lucem vidit.

XIII.

6. Omne dogma quod perpetuis contradictionibus ac pugnis ſine exitu defenſores ſuos involvit, repudiandũ eſt. Tale eſt dogma Tranſſubſtantionis. ergo. Major illo axiomate nititur, quod veritas eſt ſimplex, mendacium multiplex.

XIV.

Minor ipſa nititur experientia. ne enim repetamus pugnantes pontificiorum ſententias ſuper verba inſtitutionis, de quibus egimus Diſp. ſup. Quærunt utrum in Euchariſtia ſubſtantia corporis ſit ſine magnitudine. Durandus affirmat, Occam negat.

XV.

Quantum ad modum exiſtentiæ corporis Domini in Euchariſtia, Durandus ſenſit formam panis converti, materiam non converti, alii materiam, non formam, alii materiam & formam ſimul .i. totam ſubſtantiam. ut Concilium Trid.

XVI.

Rupertus docuit panem Euchariſtiæ hypoſtatice aſ-

ſumi a Verbo. quem refutavit, & hæreſeos damnavit Algerus.

XVII.

Durandi ſententia pugnat cum Concil. Trid. & hæretica à Bellarmino pronunciatur, licet ipſe Durandus non videatur hæreticus.

XVIII.

De modo exiſtendi accidentium, in quonam ea fundentur, grave eſt diſsidium. Conveniunt, non fundari in ſubſtantia panis & vini, ut in ſubjecto, nec in forma ſubſtantiali eorum: nec in ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti: nec in aëre circumſtante: ſed in nihilo.

XIX.

Sed pugna in eo eſt, an omnia accidentia ſpecierum ſint ſine omni ſubjecto? Alii volunt, ſolam quantitatem eſſe ſine omni ſubjecto: qualitates vero materiales, licet poſſint eſſe ſine ſubjecto primo & ſubſtantiali, non tamen eſſe nec eſſe poſſe ſine ſubjecto proximo & accidentali Qualitates igitur fundari in quantitate dimenſiva, quantitatem in nullo. Sic Thom. p. 3. q. 77. dub. 2.

XX.

Alii, non ſolam quantitatem, ſed & qualitates eſſe ſine ſubjecto omni, tam accidentali & proximo, quam ſubſtantiali & primo. ſic Scotus in 4. diſt. 12. q. 2. Marſilius, Occam, Biel.

XXI.

Bellarminus magiſtraliter pronunciat, accidentia ſuſtentari à Deo modo ſupernaturali, & eſſe in ſe ipſis, negative, non poſitive: ſed non ſubſiſtere per ſe: ſimulque eſſe in alio, nempe Deo, ut in conſervante, non in ſubjecto l. 3. c. 8. & 24.

XXII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXII.

Quærunt, an panis ſubſtantia redigatur in nihilum, an reſolvatur in materiam primam, vel quorſum evolet? Bell. fatetur panis ſubſtantiam interire, ſed tamen negat, cum Thoma, annihilari, licet nihil ejus remaneat poſt conſecrationem. Contrarius Thomæ Scotus eſt, quem viciſſim oppugnat Cajetanus.

XXIII.

Et de vini converſione lis eſt gravior. Cum enim conſtituant, vino admiſcendam eſſe aquam, quærunt de aquæ converſione. Eam alii dicunt redigi in nihilum, alii mutari in ſanguinem, alii in vitalem humorem Chriſti. alii in vinum, & hoc in ſanguinem. ut Thomas. Durandus ait: Quis audeat definire?

XXIV.

Quærunt quid efficiat converſio circa panem? quem licet certum ſit eſſe deſinere, tamen difficultas ſit de modo deſinendi. Aliqui putant deſinere per ſolam ſubtractionem influxus divini, alii per actionem aliquam poſitivam.

XXV.

Actionem illam quidam dicunt eandem eſſe cum ea qua corpus Chriſti introducitur, alii cum ea qua accidentia panis ſeparantur à ſubjecto, & per ſe conſtituuntur.

XXVI.

Quærunt quid converſio efficiat circa corpus Chriſti? Ubi dicunt, certum eſſe Corpus Chriſti per hanc converſionem mutari accidentaliter, quia acquirit novam præſentiam ſacramentalem.

XXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXVII.

Sed an etiam ſubſtantialiter? variant ſaltem in modo. Alii enim putant Chriſtum ſubſtantialiter uniri ſpeciebus: alii ſubſtantialiter conſervari in Euchariſtia per novam actionem ſubſtantialem, diſtinctam ab ea qua in cœlo conſervatur. Vtrumque hoc negat Becanus.

XXVIII.

Quærunt qua virtute fiat Tranſſubſtantiatio? Thomas exiſtimat virtutem aliquam creandi ineſſe verbis cœnæ, ad converſionem faciendam. Sed Biel id negat, & ait, verba nihil efficere per virtutem inſiſtentem, ſed per virtutem divinam aſſiſtentem.

XXIX.

Quærunt, An ſacerdos mutet panem & vinum per verba conſecrationis, ſi eo ad veneficia uti intendit? quomodo accidentia panis & vini veneno inficiantur? quomodo vermes naſcantur ex ſpeciebus? Si mus eas comedat, quid fiat de corpore Chriſti? &c. Hæc ad argumenti noſtri minorem plus ſatis ſunt.

COROLLARIA.

1. *Anne cum tot attributa ſint in Deo Deus ſit ſimpliciſſimus? Aff.*
2. *An ſolus Deus ſit æternus? Aff.*
3. *An Deus ſit mutabilis vel ratione eſſentiæ vel ratione voluntatis? Neg.*
4. *An Filius & Sp. S. ſint verus & æternus Deus? Aff.*
5. *An Chriſtus pro omnibus & ſingulis ſit mortuus? Neg.*
6. *An Infantes fidelium ſint baptizandi? Aff.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCVII.
DE

Conſubſtantiatione,

P R I M A:

QVAM

Divino annuente Numine,

Sub Præsidio

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

RICHARDUS WOODWARD, Delphenſis.

Ad diem Decembris, hora 9.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIɔ Iɔ c L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

REIPUBLICÆ

DELPHENSIS

SENATORIBUS,

Viris verè Politicis

Summè ſibi colendis,

Prudentiſſimis, Spectatiſſimis,

D. D. CVRATORIBVS

Scholæ Collegiique DELPHICI Literarii, I. V. peritiſſimis,

Plurimum ſibi obſervandis,

Reverendis, Doctiſſimiſquè Viris,

D. NICOLAO BALBIANO, M.D.

D. THEODORO ab ALTENA,

Illi Eccleſiæ Leidenſis, huic Oeſtgeeſtanæ, Paſtoribus fideliſſimis, multum indies de ſe merentibus, atque eo nomine maximè ſibi venerandis,

Se & haſce Theſes

Sacras facit

RICHARDUS VVOODVVARD,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCVII.
DE

Conſubſtantiatione,

PRIMA.

Theſis I.

DE Tranſſubſtantiatoribus loquuti, nunc Conſubſtantiatores. 1. Lutheranos ad partes vocabimus, & quomodo ii verba Chriſti interpretentur indagabimus.

II.

Et primo quidem quantum ad ſubjectum verborum Chriſti Lutherus Tom. 2. Wittemb. lat. p. 68. l. de Capt. Bab. ann. 1520. contendit, Chriſtum pronomine Hoc monſtrare Panem, & non, Corpus ſuum. *Credo*, inquiens, *firmiter, non modo corpus Chriſti eſſe in pane, ſed panem eſſe corpus Chriſti. Sic enim me ſervabunt verba, ubi dicit Accepit panem, gratias agens, fregit & dixit: Accipite, manducate: HOC (.i. hic panis, quem acceperat & fregerat) eſt corpus meum. Et Paulus: Nonne panis quem frangimus, participatio corporis Chriſti eſt? &c.* Et Poſtea: *Pronomen HOC refertur ad panem. Et mos ipſe loquendi, & ſenſus communis probat, ſubjectum ſcilicet eſſe monſtrativum PANIS, & non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

CORPORIS, *dum dicit: Hoc eſt corpus meum, .i. Iſte panis eſt corpus meum.* ſimilia habet contra Regem Angl. anno 1522. Eodem Tom. p. 335. contra cœleſtes prophetas part. 2. Tom. 3. Ien. Germ. p. 78. Confeſſione majore p. 529. 530. &c.

III.

Quod ad prædicatum, negat τὸ *Eſſe corpus Chriſti* exponi poſſe per *ſignificare*, vel *ſignum*, *ſymbolum*, *figuram* corporis Chriſti eſſe, ſed ſubſtantialiter intelligendum, hoc ſenſu: *Hic panis eſt ſubſtantialiter corpus meum.*

IV.

Quoniam vero oratio hæc vel importat tranſſubſtantiationem, quam in primis ſcriptis probat, in mediis liberam facit, in poſtremis damnat Lutherus: vel certe eſt falſa, ut volunt Scholaſtici, quandoquidem ſubſtantia panis eſſe ſubſtantia corporis Chriſti vere & ad literam dici non poteſt: Iccirco in ea explicanda medium invenit Lutherus:

V.

Et quidem nuſquam (quod ſciamus) dicit eam eſſe PROPRIAM. ut nec, eſſe eam INUSITATAM. ſed invenimus hæc duo:

VI. Pri-

VI.

Primo negat eſſe FIGURATAM, & qui hoc dicunt hoſtili plane calamo inſectatur. Deinde negat eſſe IDENTICAM, cujus termini ſupponant pro eodem: quia panis & corpus Chriſti, licet fiant una (ut loquitur) maſſa, maneant tamen diverſæ naturæ. *Nam ſcriptura*, inquit, *nec ratio patitur ejuſmodi prædicationem identicam de diverſis naturis, hoc eſt*, Das zweyerley underſchiedliche naturen ſollen ein ding ſeyn. Et poſtea: *Nec obſtat nobis in cœna prædicatio identica. Nulla enim ibi eſt: ſed Wiclevus & ſophiſtæ eam ſomniant.* Confeſſ. Major. p. 528. 531.

VII.

Quid ergo ipſe? Ait phraſin eſſe SYNECDOCHICAM, ſeu habere ſynecdochen in ſubjecto, HOC, qua duæ res conjunctæ nominantur nomine unius, quaſi eſſent una, eo quod una eſt in altera. Supponit enim corpus eſſe in pane, unde infert, Chriſtum dicendo; *Hoc eſt corpus meum*, monſtrare quidem panem per HOC, ſed intellectum dirigere ad corpus in pane, ſive ſolum, ſive præcipuè: nam ſat lubrica ſunt ejus verba: habetque pro æquipollentibus tres iſtas: *Hoc eſt corpus meum:* &, *Hic panis eſt corpus meum*, &, *In hoc pane eſt corpus meum.*

VIII.

Perinde acſi quis, monſtrato vaſe vinario, vel vitro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

acetario, vel pyxide unguentaria, dicat: *Hoc eſt vinum Rhenanum, hoc eſt acetum, hoc eſt unguentum*; is quidem monſtrat vas, vitrum, pyxidem, ſed intendit vinum, acetum, unguentum: eo quod vinum Rhenanum eſt in vaſe, acetum in vitro, unguentum in pyxide. Sic igitur & Chriſtus dixit: *Hoc*, id eſt, *hic panis eſt corpus meum: Hoc*, id eſt, *hoc poculum eſt ſanguis meus*: quia corpus meum eſt in hoc pane, ſanguis meus eſt in hoc poculo: ſeu, quia hic panis in ſe habet corpus meum: poculum in ſe habet ſeu continet ſanguinem meum. imo quia panis & corpus una dicitur eſſentia. Confeſſ. majore p. 540.

IX.

Iccirco panem vocat, *fleiſch-bröt, leibſ-bröt, q.d.* ἀρτόκρεας ἀρτόσωμα. vinum *Bluiſ-wein.* q. d. αἵμοινον. veluti vas plenum vino dicitur *wein-falſz, wein-holtz*. crumena auro plena *golt-leder, golt-beutel*. &c. Ib. p. 529. 530. 531.

X.

Et conſequenter, *quicquid ſit pani*, inquit, *id vere & recte corpori Chriſti attribuitur, propter ſacramentalem unionem:* proinde corpus Chriſti in menſa frangitur, partitur, dentibus mordetur, atteritur, deglutitur inſtat alterius panis: attamen in ſpecie panis, ſeu in pane &c. Et quiſquis manducat panem, is manducat corpus Chriſti: quiſquis hunc panem dentibus vel lingua atterit, is dentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tibus vel lingua atterit corpus Chriſti. ib. 530. 548.

XI.

Inſuper laudibus in cœlum effert Nicolaum Papam, quod Berengarium adegerit in palinodiâ confiteri, ſe DENTIBVS ATTERERE ET COMMINVERE verum Chriſti corpus: taxat vero Swermeros, quos vocat, & Gloſſam Decreti, Papam propterea reprehendentes.

XII.

Et hanc quidem ſententiam Lutherus in Polemicis præcipue tuetur: Nam in aliis ſcriptis fuit varius. Modo enim cum vetuſtate & Orthodoxis panem exponit de ſigno. ut *Hoc eſt corpus meum; Hîc ſignum & pignus promiſſionis apponitur.* Item: *Deus in omnibus promiſſionibus ſuis addidit verbo ſignum ad majorem certitudinem & confirmationem fidei. ſic Nochæ dedit iridem, Abrahamo circumciſionem: ſic Chriſtus in Novo Teſtamento fecit. Nos enim miſeri homines, cum externis ſenſibus utatur vita noſtra, indigemus ſaltem aliquo ſigno externo, quod verbis annexum ſit: ſic tamen ut illud ſignum ſit ſacramentum, hoc eſt, ut ſit externum, & tamen res ſpirituales habeat & ſignificet.* v. Tom. 2. Ien. lat. Tom. 1. Ien. Germ. Serm. de Novo Teſt. &c.

XIII.

Et ſic paſſim ante exortum cum Caroloſtadio diſſidium ſcripſit. Modo autem cum papiſtis Tranſſubſtantiationem urget. modo præſentiam corporis, & ſynecdochen defendit per Vbiquitatem. de quibus alias.

CO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

COROLLARIA.

I.

Chriſtus eſt verus homo, habens verum corpus humanum, & veram animam rationalem.

II.

Chriſtus humanam naturam aſſumſit ex ſubſtantiâ virginis Mariæ.

III.

Humanæ Chriſti naturæ non ſunt communicatæ proprietates divinæ.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCVIII.
DE

Conſubſtantiatione,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

FRANCISCUS WINTERUS.

Ad diem 17 Decembris, hora 2 pomeridiana.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo ac Generoſiſſimo HEROI,

D. D. IACOBO van WASSENAER,
Hollandiæ Weſt-Friſiæque Equiti præſtantiſſimo, Toparchæ in Warmondt, Eſſelickerwoude digniſſimo,

Patrono ac Mæcenati ſuo omni obſervantia colendo,

UT ET

Eximiæ eruditionis Pietatis ac facundiæ VIRIS,

D. REGNERO BERCKELIO,
D. GODEFRIDO LAMOTIO,

Eccleſiæ Roterodamenſis Paſtoribus vigilantiſſimis, doctiſſimis,

Hanc Diſputationem Theologicam

offert & inſcribit

FRANC. WINTERUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CXCVIII.

DE

Conſubſtantiatione,

SECUNDA.

THESIS I.

SEntentiam ipſius Lutheri de verbis Chriſti habuimus, nunc inveſtigemus ſententiam Lutheranorum, quæ varia eſt.

II.

Olim enim, præceptorem ſuum ſequuti, & ipſi urgebant, Hoc demonſtrare panem, & pro æquipollentibus habebant has duas: *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic panis eſt corpus meum*.

III.

Ita Selneccerus lib. de cœna Anno 1563. p.20. 22. *Quid autem intelligit per* τȣ̃το; *certe non corpus ſuum, ſed antecedens, quod eſt* ἄρτος. *ſciunt enim etiam pueri* τȣ̃το *hoc in loco* τεχνικῶς, *ut vocant, & materialiter ſumi, ſicut cum quæro: Quid eſt hoc? & reſpondetur, eſſe lychnum, ollam, menſam, cantharum, avem, &c. Et inde vera & recta formula: Hoc eſt olla, Hoc eſt menſa &c. videlicet cum ipſa materia intelligitur. ut cum Adam de Eva ait: Hoc, videlicet mulier,* τȣ̃το τȣτέςι γυνὴ, *eſt ex oſſibus meis.* Ibidem: *Manifeſtum eſt autem omnibus, non modo qui recte ſentiunt, verum etiam aliis qui loqui tantum poßunt, has propoſitiones æquivalentes & eaſdem eſſe: 1. Hoc eſt corpus meum: Hic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

panis eſt corpus meum: 2. *Hic eſt ſanguis meus: Vinum eſt ſanguis Chriſti.*

IV.

Heſhuſius Iſag. German. de præſentia, Anno 1568. fol. C. b. defendens hanc propoſitionem: *Panis benedictus eſt verum eſſentiale corpus Chriſti: Vinum benedictum eſt verus eſſentialis ſanguis Chriſti:* ſic inter alia ſcribit: *Quod Chriſtus per particulam HOC panem benedictum monſtraverit, nemo negare poteſt: quemadmodum quod paulò poſtea dicit, Hoc poculum, illud evincit.*

V.

Chemnitius Exam. Conc. Trid. part. 2. p. 78. *De illo,* inquit, *quod Ieſus accepit, quod benedixit, quod fregit, quod diſcipulis dedit, de illo, inquam, dixit: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum. Et ne dubium ſit, an particula demonſtrativa denotet illud quod Ieſus acceperat, PANEM ſcilicet & POCVLVM: Lucas & Paulus in deſcriptione alterius partis, manifeſta adjectione hoc expreſſerunt: Accepit poculum, benedixit, dedit illis: & addit:* τȣτο τὸ ποτήειον, *Hoc poculum. Et Paulus,* 1. Cor. 10. *ſicut de altera parte Poculum cui benedicimus eſt communicatio ſanguinis Chriſti: ita etiam de priore parte inquit: Panis quem frangimus eſt communicatio corporis Chriſti. Diſertè igitur declarat & exprimit, quid particula HOC in utraque parte denotet, panem ſcilicet & poculum.*

VI.

Ita illi exponebant particulam Hoc de ſolo pane cum Luthero. Et tamen cum eodem etiam ſynecdochen ſtatuebant in prædicatione; Hanc propoſitionem: *Hoc eſt corpus meum:* vel, *Panis eſt corpus Chriſti,* interpretantes

per

per iſtam: *In hoc eſt corpus meum.* vel: *In pane eſt corpus Chriſti.*

VII.

Ne vero ſynecdochen ſtatuendo, viderentur concedere tropum, aut locutionem figuratam, hæc tria commenti ſunt:

VIII.

1. Synecdochen hanc eſſe figuram grammaticam, non rhetoricam. ſicut & Lutherus in Confeſſione majori.

IX.

2. Synecdochen non mutare proprietatem prædicati, quod ſoleant facere alii tropi. ita Selnecc. de Cœna Domini cap. 8. *In aliis figuratis propoſitionibus prædicata abjiciunt propriam ſuam ſignificationem, & induunt novam & metaphoricam, ut Herodes eſt vulpes. Tyrannus eſt lupus: Ego ſum vitis, vos palmites: Pater meus eſt agricola &c. In hac vero propoſitione, Hoc eſt corpus meum, prædicatum non amittit ſuam nativam & propriam ſignificationem, ſed omnino eſt in prædicamento ſubſtantiæ, quia expreſſe dicitur: corpus meum quod pro vobis traditur.*

X.

Poſtmodum autem, quo ſcopulos figuræ longius declinearent, non putarunt concedendum, Hoc monſtrare viſibilem panem, & non corpus Chriſti (ut contra papiſtas & Caroloſtadium tantopere contenderat Lutherus:)

XI.

Sed dixerunt, Hoc monſtrare duas res ſimul præſentes; viſibilem panem, & inviſible corpus Chriſti in pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ne. & quidem corpus in pane principaliter, panem vero minus principaliter, unde variæ oriuntur verborum Chriſti interpretationes.

XII.

Prima: *Hoc eſt corpus meum*, iſt eſt, *id quod mediante pane ore manducandum vobis præbeo, eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus*; id eſt: *id quod mediante vino vobis bibendum do, eſt ſanguis meus. Hoc poculum eſt novum Teſtamentum in meo ſanguine*, id eſt, *hæc potio poculo contenta eſt novum Teſtamentum: quia mediante hoc exhibetur novi Teſtamenti ſubſtantia, quæ eſt pretioſus ſanguis Filii Dei*. Sic Hunnius de Sacram. p. 366. 378. 381. 382. &c.

XIII.

Secunda: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, *iſtud quod vobis do, & quod re terrena ſimul ae cœleſti conſtat eſt corpus meum.* Vel etiam: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt: *Ecce corpus meum.* ut Hoc ſit idem quod Hebræis הנה. Item: *Hic eſt ſanguis meus*, id eſt, *Hoc ipſum quod do, eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti. Hoc poculum eſt novum Teſt. in meo ſanguine*, id eſt, *hæc potio vel hauſtio una cum adjunctis rebus, actionibus & verbo: ſeu hæc tota actio eſt novum fedus, ſanguine meo ſancitum.* Sic Illyricus Gloſſa in Matth. 26. & in 1. Cor. 11.

XIV.

Tertia: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt: *Hoc quod cum pane adeſt in Euchariſtia, quod exhibetur veſcentibus, quod accipitis & manducatis, eſt corpus menm.* Sic Chemnit. l. de cœna c. 9.

XV.

Quarta: *Vocem* τοῦτο *referendam ad præcedentia: Accipite,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

pite, comedite. hoc ſenſu: *Hoc, quod ex auctoritate & mandato Chriſti accipimus, non tantum ſignificat, ſed revera eſt corpus Chriſti.* Phil. Marbach. refut. p. 18. plures apud eos occurrunt explicationes, ſed hæ hic ſufficiunt. In eo quoque Luthero adverſantur, quod negent æquivalere locutiones has duas: *Hoc eſt corpus meum*, &, *Hic panis eſt corpus meum.* Illam enim dicunt eſſe propriam, hanc figuratam: illam eſſe Chriſti, hanc non eſſe, illam apertam, hanc declarationis indigere. Protocoll. Mulbrum. p. 160. 161.

XVI.

Contra, alii poſteriorem hanc contendunt nec eſſe figuratam, nec propriam, nec identicam, ſed INUSITATAM & HYPERPHYSICAM. ſimilem huic: *Verbum caro factum eſt. Homo eſt Deus. Columba eſt Spiritus Sanctus.* Ita Tubingenſes contra Orthod. Conſenſ. p. 454. Hunnius de Sacram. p. 381. 382. Selnecc. in poſteriorib. paſſim: Chemnit. de Cœna p. 18.

XVII.

Priorem vero illam quam Mulbrunnenſes dicebant USITATISSIMAM, Tubingenſes dicunt eſſe INUSITATAM. Alii rurſus eam faciunt duplicem, alii triplicem, pro diverſa acceptione pronominis HOC. Id enim referri aſſerunt, modo ad totum complexum panis & corporis, modo ad panem tantum, modo ad corpus tantum. Reſpectu igitur totius complexi ajunt locutionem eſſe communiſſimam & USITATISSIMAM, reſpectu panis eſſe ſacramentalem vel INUSITATAM, reſpectu corporis eſſe IDENTICAM. Ita Illyr. Demonſt. 28. & Hunn. de Sacram. p. 385. &c.

XVIII.

XVIII.

Tandem alii fateri incipiunt, ab iſta, Hoc Est Corpus Meum non in univerſim omnem figuratam locutionem excludi, ſed eam tantum, quæ à propria ſingularum vocum ſignificatione nos cogat deflectere, unde & interpretatione eam egere concedunt. Ita Marbach. contra; Pezel. p. 36. Atque hæc de Lutheranorum τῷ ῥητῷ.

COROLLARIA.

1. *Auctoritas ſcripturæ quoad nos non dependet à teſtimonio Eccleſiæ.*

2. *Nec ſancti nec Angeli ſunt invocandi.*

3. *Homini Chriſtiano licet magiſtratum gerere.*

4. *Sacram ſcripturam Chriſtianis omnibus legere liceat.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCIX.

DE

Conſubſtantiatione,

TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

ARNOLDUS BRANDTS, Graveſand. Bat.

Ad diem Decembris, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Spectatiſſimiſque Viris,

D. D. CVRATORIBVS

Scholæ Collegiique DELPHICI Literarii, I. V. peritiſſimis,

Mæcenatibus venerandis,

NEC NON

REVERENDO VIRO,

D. PETRO BRANDTS, Balivio & Prætori Lyeræ & Pinaker prudentiſſimo, Parenti meo omni amoris vinculo devincto.

Clariſſimis ac omni eruditionis genere Conſpicuis Viris,

D. JACOBO REVIO, S.S. Theol. Doctori, & Collegii Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi venerando,

D. NICOLAO BALBIANO, M. D. Eccleſiæ Lugduno-Batavæ Paſtori fideliſſimo,

Multum indies de ſtudiis merentibus.

Me & haſce Theſes
Gratitudinis Ergo
offero
ARNOLDUS BRANTS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCIX.

DE

Conſubſtantiatione,

TERTIA.

THESIS I.

IN ſententia Lutheri & Lutheranorum quædam ſunt vera, ſed plura ἀσύστατα, quam plurima autem falſa.

II.

1. Verum eſt Lutheri aſſertum : Hoc non ſignificare corpus Chriſti, ſed viſibilem panem: Falſum ergo, quod hodie contendunt Lutherani, pronomen Hoc monſtrare & panem & corpus ſimul.

III.

2. Verum eſt Lutheri dictum: has duas propoſitiones idem valere: *Hoc eſt corpus meum*, & *Hic panis eſt corpus meum*. Falſum ergo quod Mulbrunenſes dicunt, locutiones haſce eſſe multum diverſas.

IV.

3. Verum Lutheri dogma: in his verbis non eſſe prædicationem identicam; falſum ergo quod aſſerunt Illyricus & Hunnius, eam ſecundum nobiliorem ſubjecti partem identicam eſſe.

V.

4. Verum eſt id quod Mulbrumenſes fatentur, iſtam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Panis eſt corpus Chriſti, non eſſe propriam, ſed figuratam. Falſum ergo, illam: *Hoc eſt corpus meum*, non eſſe figuratum, ſed propriam, quum, vi ſecundæ veritatis, hæ duæ æquipolleant.

VI.

5. Verum eſt, quod Lutherani largiuntur: panem eſſe corpus Chriſti *ſacramentaliter*. falſum ergo, quod iidem negent, eſſe corpus Chriſti *ſignificative*. nam hæc duo idem ſunt, cum ſacramentum ſit ſacrum ſignum.

VII.

6. Verum eſt, quod Lutherani aliqui fatentur, verba Chriſti opus habere interpretatione, falſum ergo, ea nullam interpretationem admittere, ſed κατὰ τὸ ῥητὸν intelligenda.

VIII.

7. Verum eſt, quod iidem concedunt, ex verbis Chriſti non in univerſum omnem figuratam loquendi formam excludi poſſe falſum ergo quod Tubingenſes clamant, contra Conſenſ. Orthod. p. 497. ea abſque omni tropo & figura, proprie & ad literam accipienda eſſe.

IX.

Aſyſtata in ſententiis Lutheri & Lutheranorum plura eſſe diximus, ſpeciminis gratia ſeptem gloſſas afferemus in unica particula Hoc.

X.

1. Hoc, id eſt *hic panis*. Lutherus, Chemnitius, Selneccerus, Heſhuſius. 2. Hoc .i. *res hoc pane contenta*. Luthe-

Lutherus. 3. Hoc .i. *hæc maſſa duabus rebus conſtans.* Illyr. Humius. 4. Hoc .i. *hoc edulium quod mediante pane vobis do.* iidem 5. Hoc .i. *hæc tota actio.* Illyricus. 6. Hoc .i. *Ecce hic*, idem. 7. Hoc .i. *quod ex mandato Chriſti accipimus. ſubſtantia vaga.* Marbach. ſicut Thomas. mittimus reliqua.

XI.

Falſa in ſententia Lutheri diximus eſſe quamplurima. πρῶτον ψεῦδος eſt, quod ſubjectum Hoc, ſive *Hic panis* ſupponit idem eſſe quod In Hoc .i. *in hoc pane.* proxime accedens ad Thomam, qui ait; Hoc. idem eſſe quod Sub Hoc .i. *ſub his ſpeciebus.*

XII.

Secundum eſt: quod Synecdoche (aut etiam metonymia) quæ in verbis Domini fingitur, non reddat ea figurata. falſum. nam proprie totum non eſt pars, nec continens contentum. ergo tropice tantum.

XIII.

3. Quod ſynecdoche Lutheri non ſit figura Rhetorica, ſed grammatica. falſum: Nam ſynecdoche grammatica eſt figura conſtructionis, ut in illis: *Doleo caput, nuda genu, albus dentes &c.* At ſynecdoche Lutheri eſt figura intellectus & ſententiæ, quam ad Rhetoricam referunt Ariſtot: Cicero, Fabius, & quicunque de hac arte ſcripſerunt.

XIV.

4. Quod corpus Chriſti vere in menſa frangitur,

 par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

partitur, dentibus mordetur & deglutitur. falſum, & ipſa Decreti gloſſa hoc *Craſſam hæreſin vocat.*

XV.

5. Ne reliqua quæ innumera ſunt acumulemus, falſum eſt, quod Lutherani in tot ſuis gloſſis retineant τὸ ῥητόν. quod hiſce argumentis probamus:

XVI.

1. Literalis ſenſus (prout illi accipiunt oppoſite ad tropicum) eſt proprius. Lutherani non retinent ſenſum proprium. ergo neque ſenſum literalem, ſive τὸ ῥητόν.

XVII.

2. Literalis ſenſus eſt unus, non multiplex. Illorum gloſſa ſive explicatio phraſeos eſt multiplex. ergo non eſt literalis.

XVIII.

3. Literalis ſenſus eſt clarus & apertus, ubicunque verba ipſa clara & aperta ſunt. At illorum gloſſæ non ſunt claræ, licet verba Chriſti clara & aperta eſſe clament: ergo non continent literalem ſenſum.

XIX.

4. *Qui hæc verba, Panis eſt corpus Chriſti, ita declarat atque interpretatur, ut non panis ipſe, ſed in aut cum pane ſit corpus Chriſti, is, etſi id verbo negare conetur, tamen re ipſa fatetur, ſe nequaquam ſcriptum, ſed ſententiam atque explicationem horum verborum ſequi.* verba ſunt Mulbrunnenſium Protoc. ann. 1564. act. 9. lat. p. 155. ſubſumo:

Atqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Atqui vos ipſi verba eo modo explicuiſtis. Ergo re ipſa fatemini, vos non τὸ γραφθὲν, vel, quod idem eſt τὸ ῥητὸν, horum verborum ſequi.

XX.

5. Qui ſingula alicujus enunciationis verba à nativo ſenſu detorquent, non retinent τὸ ῥητὸν, Hoc faciunt hic Lutherani, ergo. Probatur minor, nam per Hoc intelligunt In Hoc vel Sub Hoc. per Est intelligunt vel *continet*, vel *continetur*, vel *exhibetur*. per Corpus intelligunt aliquid nec *quantum*, nec *viſibile*, nec *locale*. quæ omnia pugnant cum natura corporis.

XXI.

6. Qui invertunt ordinem naturalem enunciati, ita ut è ſubjecto prædicatum, è prædicatio ſubjectum faciant, non retinent τὸ ῥητόν. Lutherani hoc faciunt. ergo. prob. minor: quia verba *In hoc, cum hoc, ſub hoc eſt corpus meum*, ita diſponenda ſunt in axiomate: *Corpus meum eſt in hoc, cum hoc, ſub hoc*. plane adverſus diſpoſitionem ipſius Chriſti.

XXII.

7. Quorum gloſſæ ſcatent tropis, ii non retinent τὸ ῥητόν. Atqui Lutheranorum gloſſæ ſcatent tropis. ergo. Patet minor, quia modò ſtatuunt ſynecdochen totius pro parte, cum dicunt: *Hoc. id eſt totum complexum panis & corporis eſt corpus meum*, modo partis pro toto, ut cum dicunt: *Hoc poculum .i. totus hic ritus, tota actio*. Modo metonymiam continentis pro contento, ut, *Hoc .i. in hoc eſt corpus meum*. modo hypallagen; ut: *Hoc poculum eſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eſt novum Teſtamentum in meo ſanguine .i. exhibet meum ſanguinem tanquam ſubſtantiam novi Teſtamenti. Nec facile eſt omnes torturas paucis explicari, fruſtra ergo gloriantur ſe à litera ne latum quidem unguem recedere.

COROLLARIA.

1. *Bona opera ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti & medii.*
2. *Non ſunt neceſſaria neceſſitate meriti aut cauſæ efficientis.*
3. *Sacramenta tantum ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti, non medii.*
4. *Munus non annihilabitur, ſed mutabitur.*
5. *Non ut à Chriſto Chriſtianos ſic à Ieſu Ieſuitas vocari nos decet.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO ~~CXCIX~~ CC

DE Manducatione corporis Chriſti carnali, prima.

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S.Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

GUILIELMUS FABIUS, Delpho-Bat.

Ad diem 21 Decembris, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Prudentiſſimis, Spectatiſſimis,

D. D. CVRATORIBVS

Scholæ Collegiique DELPHICI Literarii, I. V. peritiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis honorandis,

UT ET

Reverendis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſ. Regenti vigilantiſſimo, Præſidi meo venerando,

D. HERMANNO TEGULARIO, Eccleſiæ Delphenſis Paſtori vigilantiſſimo, ſtudiorum meorum Fautori ſummo,

D. IACOBO CRUCIO, Scholæ Collegiique Litterarii Delphici Moderatori prudentiſſimo, Theologo ſolidiſſimo, de ſtudiis meis optime merito,

D. ISAACO CAUIO, S. S. Theolog. Candidato, olim Præceptori meo honorando,

Hanc Diſputationem Theologicam

offero & inſcribo

OUILIELMUS FABIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CXCIX.
DE

Manducatione corporis Chriſti carnali, prima.

Thesis I.

TRanſſubſtantiatoribus & Conſubſtantiatoribus communis eſt opinio de manducatione corporis Chriſti carnali, adverſus quam ita diſputamus:

II.

1. Nihil inutile eſt inſtitutum à Chriſto: Manducatio corporis Chriſti carnalis eſt inutilis: ergo non eſt inſtituta à Chriſto. Minor (quæ ſola poteſt controverti) probatur ex Io. 6. 63. *Caro non prodeſt quicquam.*

III.

Ubi *caro* nihil aliud ſignificat quam carnem Chriſti, teſtibus Thoma, Lyrano, Stapletono, Tholoſano, Villagaudo. eſt enim reſponſio ad difficultatem motam à Capernaïtis: v. 52. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ut edamus?* v. 60. *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* de comedenda ſcilicet carne vivi hominis, & bibendo ſanguine ejus, inquit Ianſenius. ita & Carthuſianus, Villagaudus, Rupertus. ex Euthymio, Theophylacto, Auguſtino. de eadem ergo carne loquutus eſt Chriſtus, aut nihil ad rem reſpondiſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Illam ſuam carnem ait *nihil prodeſſe*, non abſolute, ſed *ad comedendum*. de eo enim quærebatur.

V.

Et addit v. 63. *Spiritus eſt id quod vivificat. Verba quæ ego loquor vobis, ſpiritus ſunt, & vita ſunt.* ubi per *Verba* intelliguntur Verba ſuperius prolata de carnis ſuæ manducatione. ita Toletus & Pererius. illa ait *ſpiritum & vitam eſſe* .i. θεῖα εἶναι καὶ πνευματικὰ, οὐδὲν ἔχοντα σαρκικόν. item, ἕτερον ἔχειν νοῦν ἐξηλλαγμένον. Chryſoſt. Et hæc de primo argumento.

VI.

2. Nihil mali inſtitutum eſt a Chriſto: Carnis Chriſti carnalis manducatio mala eſt, ergo à Chriſto non eſt inſtituta. Major eſt extra controverſiam. Minor probatur:

VII.

Quia ἀνθρωποφαγία ſemper flagitioſa fuit habita. Auguſt. de doctr. Chriſt. cap. 16. *Si præceptiva locutio eſt, aut flagitium aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non eſt figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt. Niſi manducaveritis, inquit, carnem filii hominis, & ſanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium videtur jubere, figurata eſt ergo, præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter atque utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata ſit.* Similia habet Lyranus in Io. 22. aliique.

VIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VIII.

3. Nihil in ſe impoſſibile & contradictorium inſtitutum fuit à Chriſto: At carnalis manducatio corporis ejus eſt in ſe impoſſibilis & contradictoria, ergo â Chriſto inſtituta non eſt. Major eſt evidens, Minor probatur:

IX.

Si eſſet poſſibilis, vel à ſingulis ſingulæ partes deberent ſumi, vel à ſingulis totum idemque corpus. Non prius, quia omnibus unum corpus non ſufficeret. Non ſecundum, quia corpus Chriſti ſimul unum eſſet (ut revera eſt) ſimul à ſe ipſo diſtraheretur, dum in hoc, & illo, & illo ventre eſſet, & non in locis intermediis, & ſic unum .i. indiviſum eſſe deſineret. Hæc probatio proprie papiſtas tangit.

X.

Alterum impoſſibilitatis argumentum eſt in verbis Chriſti Io. 6. 61. *Hoc vos offendit? Quid ſi igitur conſpiceretis Filium hominis aſcendentem ubi erat prius?* q. d. Non poteſt caro illata in cœlos dari in cibum corporalem in terris. At caro mea inferenda eſt in cœlos. ergo. Ratio majoris eſt, quia cibum corporalem oportet propinquiſſimum eſſe utenti: atqui carnis in cœlo locatæ ab iis qui in terris ſunt immanis eſt diſtantia. Non poteſt ergo ab iis qui in terra ſunt corporaliter ſumi. Hæc probatio & papiſtas & ubiquitarios ſimul refellit.

XI.

4. Carnis manducatio inſtituta à Chriſto eſt ejuſdem

 unio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

unio cum comedentibus. At carnalis manducatio carnis Chriſti non eſt unio Chriſti cum comedentibus. Ergo non eſt inſtituta à Chriſto.

XII.

Major probatur ex 1. Cor. 10. 16. *Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communio ſanguinis Chriſti eſt? panis quem frangimus, nonne communio corporis Chriſti eſt?* Minor patet in infidelibus, imo & animalibus brutis, quibus ſtatuitur corporalis hæc manducatio communis eſſe, nec tamen Chriſto uniuntur.

XIII.

Deinde ex eo, quod Unio Chriſti cum fidelibus nunquam deficit: At hæc manducatio carnalis deficit, Ergo ea non eſt vera unio Chriſti cum fidelibus.

XIV.

Major probatur ex Ioh. 6. 56. *Qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me MANET, & ego in eo.* Minor ex eo, quod ſtatuitur non manere Chriſtus ulterius in homine oraliter manducatus, quam ut ſpecies ſint corruptæ. ceſſat ergo tunc prætenſa unio Chriſti & manducantis.

XV.

5. Manducatio carnis Chriſti, à Chriſto inſtituta, eſt neceſſaria ad ſalutem: At manducatio carnalis non eſt ad ſalutem neceſſaria. Ergo à Chriſto inſtituta non eſt.

XVI.

Major eſt diſerta in verbis Chriſti verſ. 53. *Amen, amen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

amen dico vobis, niſi ederitis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem non habetis vitam in vobis.

XVII.

Nec minus certa minor, ex ipſorum papiſtarum confeſſione: qui 1. ex omnibus ſacramentis ſolum baptiſmum docent eſſe neceſſarium ad ſalutem. 2. laïcos ad ſalutem pervenire poſſe non dubitant, licet *ſanguinem* Chriſti corporaliter non bibant, unde idem de eſu quoque corporis fateri coguntur, cum utrumque à Chriſto in textu citato conjungatur.

XVIII.

6. Manducatio à Chriſto ſancita neceſſarium effectum habet, vitam æternam. At manducatio carnalis non habet neceſſarium hunc effectum: ergo non eſt à Chriſto ſancita.

XIX.

Major patet. v. 32. 33. 34. *Pater meus dat vobis panem illum verè cæleſtem. Panis enim ille Dei is eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo.* 35. *Ego ſum panis ille vitæ, qui venit ad me nequaquam eſuriet, & qui credit in me non ſitiet unquam.* 48. *Ego ſum panis ille vitæ, Patres veſtri comederunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis ille qui è cælo deſcendit, ut qui eo veſcitur non moriatur. Ego ſum panis vivificus, qui è cælo deſcendi: ſiquis ederit ex hoc pane vivet in æternum.* 54. *Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* 56. *Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me Pater, & ego vivo per Patrem, ita etiam qui*

ederit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ederit me, vivet ipſe quoque per me. Minor conceditur ab adverſariis.

I.

Sola fides juſtificat.

II.

Iuſtificatio non conſiſtit in ſolâ peccatorum remiſſione.

III.

Primus gradus inobedientiæ & peccati ptimorum parentum ſuit in voluntate.

FINIS.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCI.
DE

Orali manducatione corporis Chriſti, ſecunda:

QVAM
Divino annuente Numine,
SUB PRÆSIDIO
Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor
HUBERTUS LOORIUS,
Ad diem Decembris, hora 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Prudentiſſimis, Spectatiſſimiſque Viris,

D. D. CONSVLIBVS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque antiquiſſimæ ac celeberrimæ Reipublicæ MEDENBLICENSIS Rectoribus vigilantiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis omni honore & obſervantiâ colendis.

Nominatim vero

D. NICOLAO STELLINGWERF, Civitatis Medenblicenſis Syndico longe celeberrimo, quondam ad illuſtriſſimos Ordines Delegato prudentiſſimo,

D. IOHANNI HOUWERT, Urbis Medenblicenſis Quæſtori & Scabino, Eccleſiæq; Seniori venerando,

NEC NON

Doctiſſimis, ac Præſtantiſſimis Viris,

D. CORNELIO KEETMANNO, S. S. Theologiæ Candidato ſolertiſsimo,

D. IUSTO SASLE, Mercatori apud Leydenſes graviſsimo,

D. PETRO MUS, S. S, Theologiæ ſtudioſo eximio,

Amicis meis intimè dilectis.

Exercitium hoc Theologicum in grati animi ſignum humillime

offero

HUBERTUS LOORIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCI.

DE

Orali manducatione corporis Chriſti, ſecunda.

THESIS I.

ADjiciamus nonnulla adhuc argumenta adverſus manducationem corporis Chriſti carnalem. ſitque

II.

7. Quicquid editur corporaliter eſt cibus dentis ventriſque: At corpus Chriſti non eſt dentis aut ventris cibus: Ergo non comeditur corporaliter.

III.

Major patet ipſo experimento naturæque obſervatione. Chriſtus autem etiam dixit Matth. 15. 17. *quicquid intrat in os abire in ventrem*, & Paulus 1. Cor. 6. 13. *Eſca ventri, & venter eſcis.*

IV.

Minorem habemus apud Cyprianum de cœna Domini: *Hæc quoties agimus, non dentes ad manducandum acuimus, ſed fide ſincera panem ſanctum frangimus & partimur.* Et Aug. Tract. 25. in Ioannem: *Hoc eſt ergo manducare cibum qui non perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede, & manducaſti.* cujus Teſtimonii poſterior pars deſcripta eſt à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Gratiano, de Conſecr. diſt. 2. can. 47. confer eundem Aug. de verbis Domini ſerm. 33. & in Ioannem tract. 26.

V.

8. Si corpus Chriſti carnaliter manducaretur, non ſolum in ventrem iret, ſed & in ſeceſſum emitteretur. At hoc abſurdum. Ergo & illud.

VI.

Probatur conſequentia ex Matth. 15. 17. *Nondum intelligitis, quicquid ingreditur in os in ventrem cedere, & in latrinam ejici?* ad quæ verba Theophylactus: *Hoc quod omnes intelligunt, videntque, non intelligitis? Cibos non manere intus, ſed per inferiora tranſire? nullo modo hominem inquinantes ſecundum animam; non enim intro manent.*

VII.

Minoris partes duæ ſunt, una de ventre, altera de latrinis. De priore à nobis diſſentiunt pontificii; qui non concedunt tantum, verum etiam ex profeſſo docent, corpus Chriſti abire in ventrem .i. in ſtomachum, qui receptaculum eſt omnium rerum quæ ſumuntur per modum cibi & potus.

VIII.

Sed hoc & refutatum eſt antea, & nihil refert hic diſceptari: cum partes enunciati hujus non ſint diſtinctæ, ſed copulatæ, hoc ſenſu: *Omne quod intrat in os, abit in ventrem, &, omne quod intrat in os abit in latrinas.*

IX.

IX.

Poſterior pars per ſe manifeſta eſt: quia indignum eſt ſanctiſſimo atque etiam glorioſo corpore Chriſti, in eas partes conjici, quas ne civiliter quidem nominare ſine excuſatione ſolemus.

X.

Unde, licet affirment papiſtæ deferri corpus Chriſti quocunque ſpecies integræ deferuntur, in canis ſuiſque ventrem, atque adeo in loca immunda: Algerus tamen l. 2. de Sacram. c. 1. exagitat Stercoraniſtas neſcio quos hæreticos, qui dicerent tantum ſacramentum, ſicut corporali commeſtioni, ſic & ſeceſſui eſſe obnoxium, argumento petito è citatis Chriſti verbis. Itaque minorem noſtram, tanquam utrinque conceſſam ſupponere nobis licet.

XI.

9. Si corpus Chriſti carnaliter manducaretur, ergo Chriſtus ipſe ſuum corpus carnaliter manducaſſet. At hoc abſurdum, Ergo & illud.

XII.

Probatur major: Quia poſita Tranſſubſtantiatione, quicunque comedit ſignum corporis, comedit etiam corpus: At Chriſtus comedit ſignum corporis ſui, Ergo etiam corpus.

XIII.

De Minore Gardinerus, part. 1. ad object. 75. *Chriſtum*, inquit, *communicaſſe cum diſcipulis, etiamſi verba ſ. ſcripturæ nominatim non dicant, tamen quoniam id eſſe verum ex ſenſu collegerunt Catholici, equidem libenter amplector.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

E Catholicis illis eſt Thomas q. 81. a. 1. *Quidam dixerunt, quod Chriſtus in cœna corpus & ſanguinem ſuum diſcipulis tradidit, non tamen ipſe ſumſit. Sed hoc non videtur convenienter dici: quia Chriſtus ea quæ ab aliis obſervanda inſtituit, ipſe primitus obſervavit. Vnde & ipſe prius baptizari voluit, quam aliis baptiſmum imponere. ſecundum illud Act. 1. 1. Cœpit Ieſus facere & docere. Vnde & primo ipſe corpus ſuum & ſanguinem ſumſit, & poſtea diſcipulis ſumendum tradidit.*

XV.

Et Bonavent. in 4. Diſt. g. 4. 4. a. 1. *Quidam dicere voluerunt, quod Chriſtus nullo modo ſumſit: quia ſic non competebat. Veruntamen nunc communiter dicunt, quod manducavit ſacramentaliter.*

XVI.

Clarius Vaſquez in illum Thomæ locum: *Concluſio eſt affirmans, in qua omnes Catholici quos ego legerim planè conveniunt. Et quamvis S. Doctor dicat aliquos oppoſitum ſenſiſſe, tamen qui illi fuerunt non nominat.* V. in eundem locum Greg. de Valentia, & Suarez. item Dominicum à Soto in 4. Diſt. 12. q. 2. a. 1. & Io. de Turrecremata in caput: *Non Moyſes*, de Conſecr. Diſt. 2.

XVII.

Atque ita Chryſoſt. in Matth. homil. 82. dicit ipſum Chriſtum primo ediſſe ac bibiſſe, ne diſcipuli auditis ejus verbis perturbarentur, ac dicerent; quid igitur? ſanguinem bibimus, & carnem comedimus? & Hieron. Ep.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ep. 150. quæ eſt ad Hedib. q. 2. *Nec Moyſes dedit nobis panem verum, ſed Dominus Ieſus, ipſe conviva & convivium, ipſe comedens & qui comeditur.*

XVIII.

Nec ſcriptura ab eo eſt aliena, *dicente Chriſto Luc.* 22. 15. *Deſiderio deſideravi hoc paſcha vobiſcum comedere.* ſi paſcha, cur non & cœnam? ſunt enim unius ſignificati ἀντίτυπα. Clarius de vino Matth. 26. 29. *Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis.*

XIX.

Tranſeamus ad minorem, & probemus abſurdum eſſe, à Chriſto fuiſſe ſuum ipſius corpus Comeſum, idque his argumentis:

XX.

1. Si Chriſtus accepit ſuum corpus corporaliter, ergo habuit corpus ſuum in corpore ſuo. At hoc eſt abſurdum, Ergo & illud. probatur minor: quia ſi habuit corpus ſuum in corpore ſuo, ergo bis habuit corpus ſuum. At hoc impoſſibile. Probatur: quia ſi bis habuit, ergo per numeri multiplicationem. At hoc abſurdiſſimum; Nam quod unum eſt numero, non poteſt in numerum multiplicari.

XXI.

2. Si Chriſtus comedit corpus ſuum corporaliter, ergo trajecit ipſum in ſtomachum; & per conſequens habuiſſet totum ſuum corpus in una corporis ſui particula, unde inferetur partem majorem eſſe ſuo toto, vel continens minus contento.

CO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

COROLLARIA.

I.

Sacra Scriptura eſt perfecta & omnibus numeris abſoluta.

II.

Itaque traditiones humanæ non ſunt neceſſariæ.

III.

Sacra Scriptura eſt perſpicua.

IV.

Itaque non tantum à doctis, ſed à piis omnibus legi & intelligi poteſt.

V.

Vnde & in linguas vernaculas transferri debet.

VI.

Sacræ Scripturæ Author Deus eſt.

VII.

Itaque non pendet ejus authoritas ab eccleſiâ.

VIII.

Vnde jus ſummum interpretandi Scripturas & decidendi controverſias theologicas non eſt penes papam Romanum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCII.
DE

Ubiquitate corporis Chriſti,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

JACOBUS PEUDEVIN, Heeckelingâ-Bat.

Ad diem Januarij, horæ 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ libertatis propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis in æternum colendis.

UT ET

Magnificentiſſimo, Nobiliſſimo Heroi,

D. D. ARNOLDO de WASSENAER, Domino in Duyvenvoorden, Voorſchooten Excellentiſſimo, Equeſtris Ordinis membro præclariſſimo, plurimum de me merito, & etiamnum merenti,

NEC NON

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. AZARIÆ PEUDEVIN, Myſteriorum Dei in Eccleſiâ Voorſchotanâ Diſpenſatori fidiſſimo, Parenti meo, ad extremum vitæ halitum colendo,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theologiæ Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi honorando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in inclytâ Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theol. Pro-Regenti vigilantiſſimo,

DENIQUE

Doctiſſimis Piiſſimis Iuvenibus,

D. PETRO KINTHIO, S. S. Miniſterii Candidato,

D. GOVERARDO CROUSIO, S. S. Theologiæ ſtudioſo,

Amicis integerrimis,

Has Theologici ſtudii primitias
eo quod decet animo ſacras f.

IACOBUS PEUDEVIN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CC[illegible]I.

DE

Vbiquitate corporis Chriſti,

PRIMA.

THESIS I.

DE orali corporis Chriſti in cœna manducatione loquuti, videmus nobis certamen reſtare de ubiquitate corporis Chriſti. hanc enim veluti filiam illa mater Lutheranis peperit, qui deſperantes dogmatis ſui ex verbis cœnæ defenſionem, ex ubiquitate multi præſentiam, & hanc rurſus ex illa demonſtrare conati ſunt. Nos hoc dogma ſequentibus argumentis evertimus:

II.

1. Humanitas Chriſti vel ſemper fuit ubique, puta in utero beatæ virginis & deinceps, vel aliquando cœpit eſſe ubique. v. g. à reſurrectione & aſcenſione in cœlum. At neutrum defendi poteſt.

III.

Si enim in utero matris &c. fuit ubique, labefactatur ejus incarnatio, nativitas, vita, mors, ſepultura, reſurrectio.

IV.

Incarnatio, quia ſtatuitur non modo in utero virginis fuiſſe, ſed & in uteris omnium feminarum. qui enim ubique eſt, in illis omnibus eum fuiſſe neceſſe eſt.

V.

Nativitas, quia is naſci dicitur qui ex utero prodit in lucem. At qui ubique eſt jam erat extra uterum antequam natus eſſet & naſci .i. ex utero prodire non potuit qui in ea (ratione ubiquitatis) neceſſario permanebat.

VI.

Vita, quia more cæterorum hominum ex uno loco in alium diſceſſit, è terra ad mare, â mare ad montes, à Galilæa in Iudæam. & Chriſtus ipſe dicit Io. 11. 14. *Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi.* qui autem ubique eſt à nullo loco abeſt, nec habet quo moveatur.

VII.

Mors, quia ea eſt ſeparatio animæ à corpore. At ſi utrumque ſit ubique, non poteſt fieri ejuſmodi ſeparatio, ſed neceſſario ubicunque loci ſint conjuncta manent.

VIII.

Sepultura, quia ea facta narratur ablatione corporis Chriſti à cruce, & illatione in ſepulcrum; quæ cum mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

manifeſtam loci mutationem indicent, ab eo quod eſt ubique ſubiri non poſſunt.

IX.

Reſurrectio, quia ea fuit facta conjunctis poſtliminio anima & corpore, quæ conjunctio inſtaurari non potuit, ſi ea nunquam fuerunt divulſa.

X.

Huic ratiocinationi qui reſpondere conati ſunt, dixerunt, Chriſtum majeſtatem omnipræſentiæ ſuæ quam habebat in actu primo, in hac mortal. vita non declaraſſe, ac ideô veram ejus incarnationem, nativitatem, &c. fuiſſe. Ineptè. nam

XI.

1. Hæc reſponſio eorum doctrinæ repugnat, quum ubiquitatem probent ex his ſcripturæ ſententiis: *Nemo aſcendit in cœlnm, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.* Io. 3. 13. Et: *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Matth. 18. 20. quas Chriſtus ante reſurrectionem & aſcenſionem ſuam protulit: quare & ante reſurrectionem &c. ubiquitatem vere & in actu ſecundo uſurpavit declaravitque.

XII.

2. Docent actiones quoque divinitatis proprias eſſe communicatas humanitati. Iacob. Andr. Theſ. 127.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

inter quas merito hæc numeratur, quod operetur in omnibus creaturis, conſervando eas & gubernando: at hæc actio eſſe non poteſt, niſi exerceatur & uſurpetur. Non poteſt igitur humanitas actionum in omnibus creaturis eſſe particeps, niſi eas exerceat & uſurpet.

XIII.

3. Reſponſio hæc apertum continet Manichæiſmum, ſequitur enim ex ea incarnationem & nativitatem Chriſti, crucifixionem mortem &c. imaginarie tantum, non re ipſa geſta fuiſſe, quum vere eum omnipræſentem in his omnibus fuiſſe ſtatuat, licet id extrinſecus non declararet &c.

XIV.

4. Manifeſtam implicat contradictionem, concedunt enim auctores libri Concordiæ, Chriſtum in hac vita aliquando uſurpaſſe majeſtatem ſuam, ad quam quum ubiquitatem pertinere arbitrentur, ipſe actu eum ubique nonnunquam fuiſſe fateantur neceſſe eſt.

XV.

Supereſt ergo ut ad alteram disjuncti noſtri partem confugiant, nempe Chriſti humanitatem non ante omnipræſentem eſſe cœpiſſe, ſive in actu primo ſive ſecundo, quam per reſurrectionem & aſcenſionem majeſtatem ſuam publicè declaravit.

XVI.

Verum hoc reſponſum totum dogma de præſentia reali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

reali corporis & ſanguinis Domini in cœna, quæ ſola ubiquitati ex cogitandæ cauſam dedit, funditus evertit. Nam ante reſurrectionem & aſcenſionem, imo ante paſſionem crucis, cum nondum majeſtatem ſuam declaraſſet, in extrema cœna, ita ſtatuunt eum tradidiſſe ſe ipſum manducandum diſcipulis, quomodo nunc traditur fidelibus; ut ergo nunc defendunt carnem Chriſti ubique eſſe, quia ſimul eſt in cœlo & in ore fidelium, ſic & in ultima cœna neceſſario fuerit ubique, quia ſimul aſſidebat menſæ, & erat in ore Apoſtolorum.

XVII.

Deinde ſi quæratur an in reſurrectione, an in aſcenſione cœperit uſurpare ſuam omnipræſentiam, in difficultates incidunt non exiguas. Nam ſi in reſurrectione, cur ergo inculcant ſententiam Apoſtoli Eph. 4. 10. *Chriſtum aſcendiſſe ſuper omnes cœlos ut impleret omnia.* .i. ut eſſet ubique? quomodo Marc. 16. 6. angelus mulieribus eum in ſepulcro quærentibus reſpondit: *Reſurrexit non eſt hic?* Quomodo Petrus Act. 2. 27. 31. negat animam ejus (.i. eum, & quidem ſecundum partem quæ ſepulta fuerat) *relictam in ſepulcro?* Si vero in aſcenſione primum ſe ubique eſſe oſtendit, qui id fieri poteſt, cum contrarium potius oſtenderit? Nam non ſcriptura tantum tradit, apoſtolos vidiſſe Chriſtum ſublatum eſſe uſque ad *nubes* Act. 1. 9. ſed & angeli teſtantur eum abiiſſe in *cœlum* v. 11. Ergo ipſa aſcenſione declaravit, ſe non eſſe in terra, ſed in cœlo, & proinde non ubique. Reſtat, ut poſt aſcenſionem primum declararit ſe eſſe ubique, ſed ubi & quando id declaravit?

CO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

COROLLARIA.

I.

Deus concurrit ad eſſe actionis genericum ſpecificum & individuale.

II.

Deus ſolus eſt æternus.

III.

Scientia media eſt humani cerebri figmentum.

IV.

Deus non eſt quantus neque ullo modo compoſitus.

V.

Deus eſt unus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCIII.

DE

Ubiquitate corporis Chriſti,

SECVNDA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.

Ad diem Januarij, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C LI.

Nobiliſſimo, Auguſtiſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

AMSTELODAMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis,

Hoc Exercitium Theologicum

D. D. D.

PETRUS MUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCIII.

DE

Vbiquitate corporis Chriſti, SECUNDA.

Thesis I.

VBiquitatis falſitatem noviſſime demonſtravimus ex articulo de Aſcenſione Chriſti in cœlum. eam demonſtrationem nunc plenius evolvemus. & poſtea ſeſſionem ejus ad dexteram Patris, quam & ipſam huc trahunt, paucis conſiderabimus. Ita ergo procedimus de primo:

II.

Si caro Chriſti vel ab initio conceptionis, vel certè à reſurrectione non uno aliquo continebatur loco, ſed ubique diffuſa erat, non magis dici poteſt aſcendiſſe quam deſcendiſſe, quia à loco ad locum non poterat moveri.

III.

Hoc telum ut evadant Ubiquitarii, hiſtoriam aſcenſionis Chriſti in allegotiam detorſerunt. ſomniant enim Chriſtum non corporali localive migratione in cœlum aſcendiſſe, ſed ſpirituali: quatenus ſe ab externa hominum conſuetudine, viſibilique converſatione ſubtraxit: & in omnibus rebus exiſtere cœpit.

IV.

Quanquam non ſatis inter ſe conſentiunt. nam alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

concedunt diſpenſatorium fuiſſe ſpectaculum aſcenſionis, ſaltem uſque ad nubes, alii negant. alii unam tantum eſſe volunt Chriſti aſcenſionem, alii plures: unam in utero virginis dum conciperetur, alteram in cruce dum ſpiritum emitteret, tertiam in monte Oliveti. v. contrarias haſce opiniones apud Brent. Iac. Andr. contr. theſ. Ingolſtad. Andr. Muſc. art. de cœna. ſect. 3. & contra phyſ. locat. Prætor. Diſp. de 2. nat. prop. 230. 233. Marbach. de cœna.

V.

Iac. Andreæ alias metaphoricam finxit aſcenſionem: in extrema autem Diſput. Wittemb. tergiverſatur; id tamen profitetur, Chriſto ne ad latum quidem unguem, aut pilum, à terra recedendum fuiſſe.

VI.

Cœlum quoque quo Chriſtus aſcendit, negant eſſe locum corporeum, ſuperum, ſedem beatorum. Quid autem illud cœlum ſit, inter eos acris eſt diſſenſio. Nam alii volunt eſſe ipſam Dei omnipotentiam, vel glorioſiſſimum Chriſti regnum. alii ipſum Deum, v. Prætorium prop. 233. Andr. Muſc. contra phyſ. locat.

VII.

Alii id in quo non ſolum animi beatorum, ſed orbes cœleſtes, elementa, nos ipſi, atque adeo infernus cum dæmonibus, & omnibus damnatis, hoc eſt, tota hæc univerſitas contineatur.

VIII.

Atqui hæc cum ſacris literis manifeſto pugnant. Primo

mo enim Chriſtus migrationem ſuam ex hoc mundo corporalem fore non ſemel prædixit. Ioh.7.33. *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum qui miſit me.* Ioh.13.1. *Venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* c. 16. 28. *Exivi à Patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* *Io.* 14.3. *Vado parare vobis LOCUM. iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, ut UBI ego ſum & vos ſitis.* Quæ omnia falſo dicuntur, ſi locum ad latum unguem non mutat.

IX.

Deinde Euangeliſtæ nullam aliam quam localem hiſtoricè deſcripſerunt aſcenſionem. Clare enim narrant eum receſſiſſe à ſuis, ire, ferri, moveri in cœlum, aſſumtum, elevatum, à nube ſuſceptum, oculis diſcipulorum ſurſum ſpectantibus ereptum, penetraſſe cœlum, viſumque poſtea à Stephano in cœlo quo aſcenderat. v. Marc. 16.19. Luc. 24.51. Act. 1.9. Heb. 4.14. & 9.24. Act. 7.56.

X.

Et ne fingatur ad nubes uſque corporaliter aſcendiſſe, poſtea evanuiſſe, mittuntur teſtes angeli, qui affirment eum aſſumtum eſſe in cœlum, & ſic venturum extremo judicii die quemadmodum viderant euntem in cœlum. Neque reſpondere poſſunt, metaphoricum hunc quoque deſcenſum fore; nam ſi metaphoricus eſt, quomodo Chriſtus dixit, *Filium hominis venturum in nubibus.* Matth. 24. 30? quomodo *congregandas coram eo omnes gentes.* Matth. 25. 32. quomodo Apoſtolus ſcribit nos obviam Chriſto rapiendos in aëra: 1. Theſſ. 4. 17.

XI.

Maneat ergo, cœlum in quo Chriſti corpus eſt, non eſſe totam univerſitatem, ſed partem ejus ſublimiorem nobilioremque: quam Salomo vocat cœlum cœlorum. 1. Reg. 8. 27. Paulus tertium cœlum. 2. Cor. 12. 2. Nam tria præcipue genera cœlorum ſcriptura prodidit: primum aëreum, in quo *volucres cœli*. Pſalm. 8. 9. Matth. 6. 26. alterum ſydereum, complectens orbium cœleſtium mobilium machinam quam videmus, de quo intelligitur illud Pſal. 8. 4. *Quum reſpicio cœlos, opus digitorum tuorum, lunam & ſtellas quas ſtatuiſti*. Tertium vero, de quo loquimur, ſedes beatorum, ab hominum conſpectu remotum.

XII.

Ex qua obſervatione facile intelligitur, cur diſſimili loquendi forma ſacri ſcriptores dixerint, Chriſtum nunc *aſcendiſſe ſuper omnes cœlos* Eph. 4. 10. *penetraſſe cœlos*. Heb. 4. 14. *ſuperiorem cœlis factum* Heb. 7. 26. nunc *introiſſe in cœlum*. Heb. 9. 24. *& à cœlo ſuſceptum* Act. 3. 21. Subvectus enim eſt *ſuper* omnes cœlos aſpectabiles, in cœlum illud ſupremum de quo diximus.

XIII.

Lutherani, nequid in ſymbolo incontaminatum relinquant, etiam ſeſſionem Chriſti ad dexteram Patris contendunt eſſe ipſiſſimum articulum de omnipræſentia humanitatis. Sic enim argumentantur: Dextera Patris eſt ubique: Chriſtus ſecundum humanitatem ſedet ad dexteram Patris: Humanitas igitur Chriſti ubique eſt.

XIV.

XIV.

In quo ſubtili ſyllogiſmo quatuor terminos eſſe vel tyrones videre poſſunt. Ita enim colligendum erat: Dextera Dei eſt ubique: Chriſtus ſecundum humanitatem *eſt dextera Dei*, ergo eſt ubique. ſic negaretur minor, nunc in minori quartum terminum intrudunt, nempe, *ſedere ad dexteram Dei*. unde è vitioſa argumentandi forma nihil concluditur.

XV.

Porro non conſiſtit hæc ſeſſio ad dexteram Patris in ubiquitate, quam ſcriprura ignorat; ſed in gloria & honore illo ſupremo, quo nomen ſupra omne nomen conſecutus & ſupra angelos ac quaſvis alias creaturas evectus, illarumque hæres ac caput factus eſt. Eph. 1. 20.21.22. Phil. 2.9.10.11. Heb. 1.3. & 2.7.8. & 8.1.

XVI.

Deinde in poteſtate illa & imperio, quâ tanquam rex eccleſiæ, cam verbo & ſpiritu ſuo efficaciter è mundo colligit, & potenter adverſus omnes ejus hoſtes conſervat, donec de eis devictis plenè triumphabit. v. Pſal. 110. 1. collat. cum 1. Cor. 15. 25. Matth. 26. 46. & 28. 18. Marc. 14. 62. ut alibi docuimus.

COROLLARIA.

I.

Deus non eſt auctor peccati.

2. *Non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

II.

Non dantur merita operum.

III.

Vt cœleſtis gloria, ſic etiam infernalis pœnæ dantur gradus.

IV.

Chriſtus peccare non potuit.

V.

Angeli boni à ſtatu felici, lapſi ab infelici mutari non poſſunt.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCIV.

DE

Communicatione idiomatum,

PRIMA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

HERMANNUS àb OTTEN, Lugd. Batav.

Ad diem Januarij, hora 9.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c LI,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Graviſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo,

Florentiſſimæ ac celeberrimæ

LVGDVNO-BATAVÆ

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis.

UT ET

Clariſſimis, Doctiſſimiſque VIRIS,

D. JOHANNI COCCEJO, S. S. Theol. Doctori, ejuſdemque Facultatis in Illuſtri Acad. Lugd. Bat. Profeſſori celeberrimo,

D. ANDREÆ LANTSMAN, L.A.M. & Eccleſiæ Lugduno-Batavæ Paſtori fideliſſimo,

Studiorum ſuorum promotoribus reverendis.

Se & haſce Theſes

in grati animi arrham,

D. D. D.

HERMANNUS ab OTTEN.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCIV.

DE

Communicatione idiomatum,

PRIMA.

Theſis I.

VT vara Vibiam trahit, quod vulgo dicitur, ita error errorem, & hic rurſus alium. Patet in Ubiquitariis, qui à carnis Chriſti præſentia in cœna, progreſſi ſunt ad ejus omnipræſentiam, & hinc ad communicationem realem reliquorum attributorum divinorum. De hoc errore nunc agere incipiemus.

II.

Ubi ante omnia vera doctrina ſuper hoc negotio percurretur. de qua ita ſentimus:

III.

1. Cum Synodo generali Chalcedonenſi, contra Eutychianos, duas eſſe naturas in Chriſto, divinam & humanam, minime inter ſe confuſas, aut mixtas, ſed perfectas, integras, & diſtinctas, perinde acſi in unam Verbi perſonam non conveniſſent.

IV.

2. Cum *6.* ſynodo generali Conſtantinopolitana, contra Monothelitas, in Chriſto geminas eſſe proprietates vel perfectiones naturales, divinas ſcilicet & hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

manas, increatas & creatas: quæ à ſua quæque natura neque divelli poſſunt, neque ſi non divellantur, una cum natura ſua per immigrationem, tranſfuſionem vel quocunque alio modo, realiter, alteri naturæ communicari.

V.

3. Cum ſynodo generali Epheſina adverſus Neſtorianos, utriuſque naturæ unam eſſe hypoſtaſin, quam divinitas Verbi ab omni æternitate naturaliter habuit, humanitas autem, ſua naturali miraculoſé deſtituta hypoſtaſi, ſupernaturaliter, quando Verbum caro factum eſt, accepit.

VI.

Ab hac una ſubſiſtentia duabus communi naturis, appellata eſt unio dicta ὑποστατικὴ ſive perſonalis. Humanitas enim divinitati, & divinitas humanitati unitæ non ſunt in natura alterutra, ſed in hypoſtaſi ſive ſubſiſtentia divini Verbi.

VII.

Ex qua unione porro ſequitur communio idiomatum, qua videlicet proprietates utriuſque naturæ communi perſonæ communes fiunt, eique ab hac vel illa natura denominatæ in concreto, non autem in abſtracto tribuuntur.

VIII.

Adverſus hanc eccleſiæ univerſalis doctrinam, affirmant Lutherani, Humanæ naturæ Chriſti, per unionem perſonalem communicatas eſſe eſſentiales Dei proprietates, Omnipræſentiam, Omniſcientiam, Omnipotentiam, & vim vivificandi. Eckard. Faſcic. Controv. c. 6. de Communic. Idiom. q. 9. & multis ſeqq.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

Hanc novam ſpeciem communicationis idiomatum, quam ipſi *naturæ ad naturam*, itemque *Majeſtatis* appellare conſueverunt, ut commentitiam, & ſ. ſcripturæ contrariam rejicimus.

X.

De qua tamen hodiernis Lutheranis cum anteceſſoribus ſuis non per omnia convenit. Nam Brentius & Iac. Andreæ, in hac proprietatum eſſentialium communicatione formam unionis perſonalis ponunt: ipſi contra, formam eſſe negant, effectum vero, ſive conſequens eſſe affirmant.

XI.

Nos adverſus hanc opinionem primo in genere, mox in ſpecie agemus. atque ita primo argumentamur:

XII.

Quod eſt ſolius Dei, oppoſitè ad omnes creaturas, id nulli creaturæ eſt communicabile: Proprietates eſſentiales divinæ ſunt ſolius Dei, oppoſitè ad omnes creaturas: Ergo nulli creaturæ ſunt communicabiles.

XIII.

Major ſua luce claret. Minoris veritas confirmatur, iis, inter alia, teſtimoniis, quibus Deo proprietates ſuæ tribuuntur excluſive. Rom. 16. 27. *SOLI ſapienti Deo gloria.* 1. Tim. 1. 17. *Regi æterno, incorruptibili, inviſibili; SOLI ſapienti Deo honor.* c. 6. 15. 16. *Ille beatus & SOLVS princeps, Rex ille regum, & Dominus Dominorum, qui SOLVS habet immortabilitatem &c.* Iudæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

verſ. 25. *SOLI ſapienti Deo ſervatori noſtro gloria.* Matth. 19. 17. *NEMO bonus eſt niſi VNVS nempe Deus.* Eſ. 42. 8. *Gloriam meam ALTERI NON DABO.*

XIV.

Et quemadmodum, quum dicitur Deus eſſe *SOLVS Deus*. Deut. 32. 39. Io. 17. 3. à Deo excluduntur omnes creaturæ; ita cum Dei *ſoli* ſuæ tribuuntur proprietates, eaſdem quoque ab iis excludi indubitatum eſſe debet.

XV.

2. Eſſentia divina rei creatæ communicari .i. communis fieri nequit. ratio: quia res creata non poteſt fieri increata, nec natura humana natura divina. At proprietates Dei eſſentiales ſunt eſſentia divina, utpote à qua ratione tantum & noſtro concipiendi modo diſtinguuntur: Ergo non poſſunt rei creatæ communicari.

XVI.

3. Aut omnes, aut aliquæ, aut nullæ proprietates divinæ, humanæ Chriſti naturæ communicatæ ſunt: Non omnes, nam ſic eſſet ſpiritualis, ſimplex, æterna, immortalis. Non aliquæ; quia proprietates tum ab eſſentia, tum à ſe invicem inſeparabiles ſunt. Ergo nullæ.

XVII.

4. Propria non communicantur ſubjecto realiter diverſo: Proprietates Dei eſſentiales ſunt ejus propria: Ergo ſubjecto realiter diverſo, videlicet humanæ naturæ, non communicantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVIII.

Major probatur: 1. Quod tollit naturam *proprii* non convenit proprio: *Communicatio*, ſivè *communitas* tollit naturam *proprii*. ratio: quia illud facit *non proprium* ſive *commune*. ergo.

XIX.

Deinde: quorum non eſt communis eſſentia, illorum etiam propria communia non ſunt: ratio, quia propria ab eſſentia, ut cauſa proxima, neceſſario procedunt, aut cum ea identificantur, nec eam unquam egrediuntur: At ſubjectorum realiter diverſorum non eſt communis eſſentia; ergo.

XX.

Denique: quo ſubjecta realiter *diſtinguuntur*, id eis commune non eſt: Atqui propriis diſtinguuntur: Ea rgo illis communia non ſunt:

XXI.

5. Quæ natura divina non eſt, divinas quoque proprietates non habet: Humana Chriſti natura divina non eſt: Ergo proprietates divinas non habet.

XXII.

6. Quarum rerum humana Chriſti natura capax non eſt, eæ ipſi communicatæ non ſunt: At ea proprietatum Dei eſſentialium capax non eſt. Ergo.

XXIII.

Minor probatur: Creata finitaque eſſentia non eſt capax eſſentiæ increatæ & infinitæ: Humana Chriſti natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

natura eſt creata finitaque eſſentia, proprietates autem Dei eſſentiales eſſentia increata & infinita: Ergo illa harum capax non eſt.

XXIV.

7. Quæ unio facta eſt ſalvis & diſtinctis manentibus naturis earumque proprietatibus, in ea facta non eſt communio proprietatum naturæ ad naturam. Talis eſt unio perſonalis in Chriſto: ergo.

XXV.

Major eſt evidens: Nam quod communicatur non ſalvum eſt uni. Minor probatur, partim ab immutabilitate naturæ divinæ: partim à conditione perſonæ poſt unionem, hoc modo: Quæ perſona diſtinguitur ſeu limitatur ſecundum naturas in ea unitas ac proprietates earum, in illa unio ſalvis & diſtinctis manentibus naturis earumque proprietatibus facta eſt: Perſona Chriſti ita diſtinguitur ſeu limitatur, ut patet ex omnibus locis reſtrictivis: Ergo.

COROLLARIA.

I.

Non decet Deum hominem innocentem punire.

II.

Nec decet Deum peccatorem impunitum dimittere.

III.

Non datur excommunicatio ſine ſpe veniæ.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCV.
DE

Communicatione idiomatum,

SECUNDA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

HENRICUS TEGULARIUS, Harlemenſis.

Ad diem Februarij, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Conſultiſſimis, ac Nobiliſſimis,

D. D. PRÆTORI, CONSVLIBVS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque potentiſſimæ Harlemenſium Reipublicæ SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus meis venerandis, ſtudiorum meorum Fautoribus, Promotoribus ſummis.

UT ET

Reverendis, Spectatiſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. ADRIANO TEGULARIO, Parenti meo filiali amore ſemper mihi proſequendo,

D. HERMANNO TEGULARIO, Patruo meo cariſſimo, Fautorique ex præcipuis uni,

D. SIBRANDO CURTIO, Avunculo meo perpetuum colendo,

Illi Eccleſiæ Harlemenſis, Iſti Delphenſis, Paſtoribus vigilantiſſimis, Huic apud Hornanos auctionum præfecto digniſſimo,

NEC NON

Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doct., & Coll. Theol. Per-Illuſt. D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. & in inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theol. Pro-Regenti vigilantiſſimo,

Me & haſce Theologiæ primitias

A. M. O. R. E.

offero & inſcribo

HENRICUS TEGULARIUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCV.

DE

Communicatione idiomatum, SECUNDA.

THESIS I.

COmmunicationem idiomatum Lutheranam in genere oppugnavimus, nunc eam in ſpecie examinari utile erit. Et omnipræſentiam quidem, quia de ea actum eſt, omittemus, in omniſcientiam autem, omnipotentiam, & vim vivificam, quas nominatim urgent, inquiremus. adverſus primam ſic procedimus:

II.

1. In quem cadit ignorantia, ſecundum humanam naturam, is ſecundum eam omniſcius non eſt: Atqui in Chriſtum cecidit ignorantia ſecundum humanam naturam. Ergo. Minor probatur ex Marc. 11. 13. & 13. 32.

III.

2. Qui creſcit, corroboratur ſpiritu, impletur ſapientia, eaque una cum ætate ac ſtatura proficit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

is dum hoc ſit omniſcius non eſt. Atqui de Chriſto ſecundum humanam naturam hæc omnia reperiuntnr. Ergo. Minor probatur ex Luc. 20. 40 52.

IV.

3. Qui docetur & diſcit de rebus non ſatis cognitis, & cognitas admiratur, is non novit omnia: Chriſtus ſecundum naturam humanam doctus eſt à Patre. Io. 8. 28. didicit. Heb. 5. 8. inquiſivit Marc. 6. 38. & 9. 21. Io. 11. 34. & admiratus fuit. Matth. 8. 10. Ergo.

V.

4. Quod deſtruit intellectus humani naturam, id Chriſto ſecundum illam non eſt tribuendum: Omniſcientia Dei humanæ naturæ Chriſti indita atque infuſa deſtruit intellectus humani naturam. Ergo. Minor probatur. 1. quia intellectus humanus ſua natura finitus, ideoque infiniti capax non eſt. quod tamen ſtatuitur ab adverſariis, atque ita ejus natura tollitur. 2. Quia quod tollit ab intellectu humano ratiocinationem ſive diſcurſum à noto ad ignotum, id tollit ejus naturam, id facit hæc Omniſcientia, per eam enim ſtatuuntur omnia æque nota eſſe. ergo.

VI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

VI.

Adverſus Omnipotentiam humanæ Chriſti naturæ hæc argumenta militant: 1. Qui alium agnoſcit ſe potentiorem, is omnipotens non eſt: Chriſtus ſecundum humanam naturam alium agnoſcit ſe potentiorem. Ergo. Minor probatur: Quia miracula editurus invocavit Patrem. Io. 11. 41. & alibi. 2. Quia petiit ſuſtentari in paſſione, Patrique multis modis ſe commendavit. Pſalm. 16. & 22. Io. 12. & 17. Matth. 26. Luc. 23. Heb. 5. 7.

VII.

2. Qui omnipotens eſt, eſt impaſſibilis & immortalis: Humana Chriſti natura poſt unionem non fuit impaſſibilis & immortalis: Ergo nec Omnipotens. Major probatur, quia potentia paſſiva imperfectio eſt, ab omnipotente autem abeſt omnis imperfectio. Minor clara eſt ex hiſtoria Euangelica.

VIII.

3. Si humanæ Chriſti naturæ communicata eſt omnipotentia, ea erit vel ipſa Dei omnipotentia, vel diverſa. Si primum, ſequitur naturam humanam eſſe Deum. Quiſquis enim eadem

 poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

potentia operatur qua Pater, Deus eſt. ex doctrina Chriſti Io. 5. 17. 18, 19. 21. 23. Si ſecundum, duæ erunt diverſæ omnipotentiæ, duo omnipotentes, & conſequenter duo Dii. quæ omnia abſurda ſunt.

IX.

Contra *vim vivificandi*, ſive *vitam Dei*, qua ſtatuitur humana Chriſti natura prædita eſſe, eoque etiam nos efficaci divina virtute vivificare, hæc aſſerimus:

X.

1. Quiſquis vitam, ſive illam vivificandi vim in ſe ipſo habet, Deus eſt: Humana Chriſti natura non eſt Deus: Ergo. Probatur major: 1. teſtimonio Chriſti Io. 5. 26. *Sicut Pater habet vitam in ſe ipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſe ipſo.* item v. 21. *Sicut Pater vivificat, ita Filius quos vult vivificat.* Vbi *habere vitam in ſe* ipſo & *vivificare*, eſt eſſe Deum per ſe viventem & vivificantem.

XI.

Deinde ratione: Vita Dei eſt ipſa viva & actuoſa ejus eſſentia: Ergo cui illa communicatur,

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

etiam communicatur eſſentia Dei, ſive ipſa Deitas. Antecedens eſt in confeſſo.

XII.

2. Nullum Dei effectum eſt ejus proprietas: Vita ſupernaturalis per quam vivifica ſtatuitur eſſe humana Chriſti natura, eſt effectum Dei: Ergo. Major clara eſt.

XIII.

Minor confirmatur, 1. Quæ natura vivificatur à Deitate, ejus vita Deitatis vivificantis effectum eſt: Humana Chriſti natura vivificatur à Deitate, ratio: quia illa eſt *fons vitæ*, Pſal. 36.10. à quo quicquid eſt vitæ & virtutis vivificæ, naturalis aut ſupernaturalis, in creaturas manat. Ergo.

XIV.

3. Si natura humana vitam illam & vivificandi vim in ſe habet, aut mortua eſt revera, aut non. *ſi non*, hiſtoria paſſionis & mortis Chriſti (quod ſenſerunt Marcionitæ) rem imaginariam narrat. *Sin mortua*, aut extincta fuit una cum natura humana

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

mana vita illa, aut ante mortis tempus ab ea fuit ſeparata. Non *primum*, quia ſicut Deus ſemper vivit, ac nunquam moritur vel extinguitur, ita nec vita illa qua vivit extinguitur. Non *ſecundum*, quia ſoluta non fuit unio perſonalis duarum naturarum, per quam eam vitam naturæ humanæ communicatam fuiſſe ajunt. Concludimus ergo naturam humanam vitam illam & vivificandi vim nunquam in ſe habuiſſe.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCVI.

DE

Communicatione idiomatum,

TERTIA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

PHILIPPUS BALDÆUS, Delphenſis.

Ad diem Februarij, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Eximiæ doctrinæ VIRIS, & indefeßis Orthodoxæ Veritatis Propugnatoribus, ſtrenuiſſimis in ſtadio Theologico athletis,

D. ABRAHAMO HEYDANO, S. S. Theologiæ Doctori & Profeſſori in Academia Lugduno-Batava ſolertiſſimo, & Paſtori ibidem diſertiſſimo,

D. IOHANNI COCCEjO, S. S. Theologiæ Doctori & Profeſſori in eodem Athenæo,

NEC NON

Reverendo, Doctiſſimo Viro, eximioque Chriſti ſervo,

D. IOHANNI HEYDANO, Eccleſiæ Amſtelodamenſis paſtori facundiſſimo.

Hoc Exercitium Theologicum

Sacrum facit

PHILIPPUS BALDÆUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCVI.

DE

Communicatione idiomatum,

TERTIA.

THESIS I.

NVnc loca quædam ſcripturæ expendamus, quibus tum illam quam ſibi finxerunt idiomatum communicationem in genere, tum in ſpecie omnipræſentiam naturæ Chriſti humanæ ſtabiliri Lutherani arbitrantur.

II.

Primus locus ſit Matth. 11. 27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* cui reſpondet alter Matth. 28. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Gloſſa Selnecceri eſt: Data eſt humanitati meæ omnipotentia & omnipræſentia.

III.

Sed de gloſſis non quæritur. De prædicationibus ſcripturæ agitur, quæ humanitati Chriſti idiomata Deitatis in abſtracto tribuant, quod hic fieri negamus. Dignitas enim regia Chriſti, & dominatus ejus ut mediatoris in omnes creaturas, neque cum eſſentiali Dei omnipotentia confundi debet, neque humanitati abſtractè, ſed perſonæ in concreto tribuitur. Data autem ea eſt Chriſto Mediatori, ſicut ipſum officium Media-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

torium, hoc eſt perſonæ θεανθρώπῳ, non naturis ſeorſim.

IV.

Secundus: Io. 5. 27. *Pater dedit Filio poteſtatem judicandi, quia Filius hominis eſt.* Reſp. Rurſus hic de concreto dignitas regia prædicatur. patet è ſcopo orationis. Negat enim Chriſtus ſe violaſſe Sabbatum 1. quia Deus ſit, Patri coëſſentialis, quod probat ex operibus Deo propriis, quæ una cum Patre faciat: Deinde quia miſſus ſit redemtor & judex mundi. Sic gemina ratione, naturæ nimirum & officii, tum vivificandi tum judicandi poteſtatem ſibi competere oſtendit. *Dedit enim,* inquit, *Pater omne judicium Filio, & vitam habere in ſe ipſo,* per æternam nempe generationem. *Dedit vero etiam ei auctoritatem judicandi, quia Filius hominis eſt.* 1. quia Mediator ordinatus & homo factus eſt, ut vivificet & judicet mundum.

V.

Tertius: Pſalm. 8. 7, collatus cum Eph. 1. 22. *Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus.* nempe Chriſti mediatoris & regis eccleſiæ. Hic etiam auctoritas regia perſonæ in concreto tribuitur ipſo Apoſtolo interprete 1. Cor. 15. 25. *Regnare enim* (Chriſtum) *oportet, dum omnes inimici ſubjiciantur pedibus ejus.* Nihil ergo hic de natura in abſtracto.

VI.

Quartus: Col. 2. 3. *In Chriſto omnes theſauri ſapientiæ & cognitionis ſunt abſconditi.* Hinc omniſcientiam naturæ humanæ colligunt. inepte. De dignitate enim ac perfe-

perfectione doctrinæ Chriſti loquitur, revocatque fideles à corruptelis ac traditionibus humanis ad Chriſtum, à quo ſolo docet veram & ſalutarem Dei agnitionem revelari. De infinita vero humanæ mentis ſcientia ne γρῦ quidem.

VII.

Quintus: ib. v. 9. *In Chriſto habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* .i. reſpectu humanæ naturæ. Reſp. Non de natura humana, ſed de divina hic prædicatur inhabitatio *corporalis*. eſtque nihil aliud quam unio *perſonalis*, qua Deitas non tantum per aſſiſtentiam, aut donorum gratiam, ut in aliis ſanctis, ſed per hypoſtaticam conſociationem in homine Chriſto ſubſiſtit. Sic Grammatici Hebræi *perſonas* vocant גופים, cum גוף proprie ſignificet *corpus*. Apoc. 18. 13. σώματα ſunt *homines* venalitii (utique *perſonæ*) ut apud Ariſtot. & Demoſth. *ſervi* ſive domeſticum famulitium. Quidam τὸ σωματικῶς opponunt ceremoniarum umbris. confer verſ. 17.

VIII.

Sextus: Eph. 4. 10. *Chriſtus aſcendit ſupra omnes cœlos, ut impleret omnia.* Reſp. ſi abſtractè de *humanitate* intelligi debet hæc *impletio*, concedant eandem de cœlo deſcendiſſe. Idem enim qui *aſcendit* prius *deſcendit*. v. eodem. De perſona igitur in concreto loquitur Apoſtolus in primo membro, *aſcenſionem* ac *deſcenſionem* tribuens uni & eidem Chriſto, ſecundum diverſas naturas. Ut enim *corpore* de terra in cœlum revera aſcendit; ſic ſervilis formæ ſuſceptio, & cum hominibus in terris converſatio, quidam fuit quaſi *Deitatis* de cœlo deſcen-

 ſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſus. *Impletionem* vero omnium, non eſſe corporis ubiquitatem, ſed redundantem illam cœleſtium donorum in univerſa & ſingula eccleſiæ membra effuſionem, ſæpius à Chriſto promiſſam, & aſcenſioni ejus ac glorificationi reſervatam, ſequentia ejus loci verba, de datis eccleſiæ Apoſtolis, prophetis, euangeliſtis, paſtoribus & doctoribus: item, poſtremus primi capitis verſiculus manifeſtè ſatis evincunt.

IX.

Septimus: Eph. 1. 20. *Pater collocavit Chriſtum ad dexteram ſuam in cœlis.* Et paſſim Chriſtus ad dexteram Patris eſſe dicitur. Reſp. Paralogiſmum quem Lutherani hic admittunt, ut & verum ſenſum illius articuli, nuper oſtendimus: Nunc addimus, 1. hoc loco non ſtabiliri ſed refelli omnipræſentiam. dicitur enim Chriſtus collocatus ad dexteram Patris, non ubique, ſed In Cœlis. 2. Subjectum hujus attributi in ſcripturis perpetuò concretum eſt. nihil ergo facit ad naturam ſeorſim. 3. attributum alium ſenſum habet quam iſti putant, ut ſuo loco viſum. 4. Quid de dexteræ Dei ubiquitate philoſophati ſint multi, ut carnis ubiquitatem aſtruerent, notum eſt. Pudet ejus nunc Apologetas & quoſdam alios, qui *multipræſentiam* hodie malunt. quaſi vero dextera Dei nunc reſtrictior eſſe cœperit: aut Chriſtus in cœna tantum ad dexteram Dei ſedeat. Sic ergo argumentum eorum à dextera Dei ſumtum reformare coguntur: Dextera Dei eſt ubique: Humanitas Chriſti ſedet ad dexteram Dei: Ergo Chriſtus poteſt corpore ſuo eſſe ubicunque vult. ſic pro quatuor terminis quos in primo eorum ſyllogiſmo notabamus jam quinque habemus: 1. Dextra Dei. 2. Ubique eſſe. 3. Hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Humanitas Chriſti. 4. ſedere ad dexteram Dei. 5. Eſſe ubicunque vult.

X.

Octavus: Ioh. 3. 34. *Pater dat Filio Spiritum non ad menſuram.* Reſp. 1. Non eſt in textu *Filio.* unde an ad Chriſtum ſolum illa verba pertineant incertum eſt; Nam Ioannes baptiſta, ut ſuis diſcipulis perſuaderet, Chriſto quam ſibi majorem contigiſſe gratiam, rationem illam generalem affert: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum*. q. d. Deum beneficium gratiæ ſuæ non circumſcripſiſſe certis limitibus, ſed aliis minorem, aliis majorem gratiam conferre. Non ergo exiſtimandum, eum, propterea quod ipſi (Ioanni) eximiam Spiritus gratiam impertiverit, non potuiſſe huic, nempe Chriſto, longe amplius impertiri. quod & fecerit. Huic explicationi favere videtur, quod ſi ad Chriſtum ſolum hæc verba pertinerent, non verbo præſentis temporis DAT, ſed præteriti potius DEDIT uſus fuiſſet. 2. Sumamus de Chriſto, & quidem ſecundum humanam naturam, negamus per Spiritum qui ei datus eſt non ad menſuram, ſignificari vel ubiquitatem, vel attributa divina, quæ ſimpliciter infinita ſunt, ſed eam donorum abundantiam, quæ non parce & ad reſtrictam menſuram, ut reliquis ſanctis ei dimenſa fuit, ſed 1. omnibus gratiæ effectis, eum cumulavit. *Menſura,* inquit Aug. tract. 14. in Io. *diviſio quædam donorum eſt, alii enim per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ* &c. at in Chriſti animam non diviſio donorum, ſed omnia ſimul dona, quæ hominibus communicari ſolent, tanquam in fontem con-

fluxe-

ſluxerunt, unde in Eccleſiam perpetuo redundarent. *De plenitudine* enim *ejus omnes accipimus*. 2. Licet ea actu finita ſint (utpote qualitates creatæ) virtute tamen eſſe infinita, ſed negative vel ſyncategorematice, quia etiamſi actu ſemper redundent in homines numero finitos, poſſunt tamen in omnem æternitatem redundare in plures. idque ex gratia unionis perſonalis, hoc eſt, quia humanitas ſecundum hypoſtaſin divinitati, infinito fonti omnis gratiæ inſeparabiliter conjuncta eſt.

COROLLARIA.

I.

Electio non ſit ex fide prævïſa.

II.

Pædobaptiſmus neceſſarius eſt neceſſitate præcepti.

III.

Sacramenta non ſunt cauſæ Phyſicæ gratiæ.

IV.

3. *Perſonæ in Deo diſtinctæ ſunt.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCVII.

DE

Communicatione idiomatum,

QUARTA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

GERHARDUS WINTERUS, Heeren-Carſpelo-Bat.

Ad diem   Februarij, hora 9.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C LI,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D. D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis Propugnatoribus, & defenſoribus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Reverendis, Clariſſimis, Doctiſſimiſque Viris,

D. IACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi meo venerando,

D. ADRIANO HEEREBOORD, L. A. M. in inclyta Batavorum Academia Philoſophiæ Profeſſori Ordinario, ejuſdemque Colleg. Theol. Pro-Regenti digniſſimo,

Hoc Exercitium Theologicum

offero & inſcribo

GERHARDUS WINTERUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCVII.

DE

Communicatione idiomatum,

QUARTA.

THESIS I.

SUccedat locus nonus quo Ubiquitarii ſuam idiomatum communionem firmare ſatagunt. Eſtque Dan. 7. 14. *Et huic datus eſt dominatus, gloria ac regnum, ut omnes populi, nationes & linguæ ei ſerviant: cujus dominatus dominatus eſt perpetuus qui non præterit, & regnum ejus regnum quod non corrumpitur.*

II.

Cui ſimilis eſt decimus: Phil. 2. 9. 10. 11. *Quapropter etiam Deus ipſum in ſummam extulit ſublimitatem, ac donavit ei nomen quod eſt ſupra omne nomen: Ut ad nomen Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium, ac terreſtrium & ſubterraneorum, omniſque lingua profiteatur Jeſum Chriſtum eſſe Dominum, ad gloriam Dei Patris.*

III.

Et undecimus: Heb. 1. 6. *Rurſum autem cum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.*

IV.

Ad hæc loca reſpondemus 1. Non agi in illis de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

proprietatibus divinis, ſed de adorationis cultu. 2. neque illum humanæ naturæ Chriſti in abſtracto, ſed perſonæ in concreto tribui. utique non ſecundum humanam naturam, ſed ſecundum divinam. 3. Quæ de regno Chriſti mediatorio continent, nec cum regno ejus naturali, nec cum abſolutis Dei idiomatis confundenda, ideoque nihil ad rem facere.

V.

Duodecimus: Io. 6. 51. *Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi. Siquis ederit ex hoc pane vivet in æternum: & panis quem ego dabo eſt Caro mea, quam dabo pro mundi vita.* Ergo, inquiunt, caro Chriſti eſt vivifica, & per conſequens communicata eſt ei vita Dei eſſentialis. Reſp. N. Conſ. neque enim caro Chriſti eſt vivifica ἐνεργητικῶς, ſed moraliter, quatenus pro nobis data eſt in mortem, & à nobis manducatur. 1. fide percipitur. Ut paſſim in illo capite. quid hoc ad communicationem idiomatum divinorum?

VI.

Decimus tertius: 1. Io. 1. 7. *Sanguis Ieſu Chriſti Filii Dei purgat nos ab omni peccato.* & ſimilia ei tribuuntur. Heb. 9. 14. Act. 20. 28. Reſp. 1. Sanguis Chriſti mundat nos, non virtute Dei vivifica, ipſi communicata, ſed partim *merito*, quia effuſus eſt in remiſſionem peccatorum. Matth. 26. 28. partim ſui *applicatione* per fidem, qua corda purgantur. Act. 15. 9. 2. Apoteleſma perſonæ ſecundum utramque naturam tribuitur ſanguini per ſynecdochen. quam loca ipſa manifeſtò decla-

declarant. nam 1. Io. 1. 7. dicitur *ſanguis FILII DEI* Heb. 9. 14. *Sanguis ejus qui per SPIRITVM ÆTERNVM ſe ipſum obtulit inculpatum Deo.* Act. 20. 28. *dicitur DEVS per ſanguinem ſuum acquiſiviſſe eccleſiam ſuam.*

VII.

A ſcriptura depulſi, ad ſimilitudines, veluti ſacram anchoram confugiunt Lutherani. Eorum præcipuæ ſumuntur 1. à ferro candenti, in quo ignis natura realiter communicata ſit ferro. 2. Ab anima rationali, quæ proprietates ſuas & energias communicet corpori.

VIII.

Ubi primo notandum quod Simmiæ Socrates dicit, apud Platonem in Phædone: *Ego vero arbitror, eos ſermones, qui res conantur docere per quædam tantum veriſſimilia, ad oſtentationem eſſe comparatos, & niſi quis diligenter caverit, maxime eſſe fallaces, & in geometria, & in omnibus aliis diſciplinis.* Cum enim Simmiæ opinio, animam eſſe harmoniam, probabili tantum exemplo, ſeu ſimilitudine conſenſus ſonorum in lyra niteretur, opportune monet Socrates, ſimilibus non eſſe temere tribuendam fidem. ut quæ non ad probandum, ſed ad declarandum tantum ſunt idonea.

IX.

Deinde, quæ jam allatæ ſunt ſimilitudines ad neutrum valere in propoſita materia de communione idiomatum ubiquitaria, ita oſtendimus, ac primo quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eam quæ ſumitur à ferro ignito.

X.

Ei enim negamus ignem communicare naturam ſuam. ſi enim id fieret, communicaret & proprietates ſuas quæ ab igne divelli non poſſunt, ut levitatem, raritatem, ſubtilitatem. quis autem dicat ferrum candens eſſe leve, & poſſe ferri ſurſum inſtar ignis?

XI.

Quid autem præſtet ignis in ferro, de eo duplex eſt opinio: 1. eum non proprium ſuæque naturæ inhærentem ferro calorem communicare, ſed alium vi ſua calorem in eo producere, quo ferrum, non ignis, intrinſece & formaliter ſit calidum. quod cum iſtorum dogmate nullatenus convenit, qui volunt ipſam divinitatis naturam, ejuſque proprietates, in humanitatem Chriſti realiter immeaſſe, ut humanitas v. g. ſit omnipotens eadem omnipotentia qua Dei Filius, imo tota Trinitas omnipotens eſt.

XII.

Altera ſententia eſt, ipſam quidem ſubſtantiam ignis eſſe in ferro, non tamen ita ut dimenſiones ejus penetret ſed poros tantum ſubeat, *quemadmodum* (verba ſunt Scaligeri de ſubtil. Exerc. 12. §. 3.) *in ſpongia vel in panno aqua. Metalla namque rara ſunt: quam ob cauſam pulſata ſonum edunt, aëris enim plena ſunt. Id quod etiam cum franguntur, apparet ex ſitu partium. Poſtulata enim videmus ea. Ob eandem rationem cito concipiunt calorem &c.*

XIII.

XIII.

Neque hæc ſententia juvat adverſarios. Nullam enim ponit unionem ignis cum ferro niſi accidentariam. Nam ſi unio ſubſtantialis vel hypoſtatica eſſet, ferrum non ſolum ignitum dici poſſet, ſed ignis, & viciſſim ignis diceretur ferrum: ſicut Chriſtus homo non ſolum divinus dicitur, ſed Deus, & viceverſa. Quod abſurdum. & hæc de priori ſimilitudine.

XIV.

Poſterior, ſumta ab anima hominis, ad ſtabiliendam explicandamve illam novam communionem, priore minus idonea eſt. Dementiſſimus enim ſit, qui exiſtimet mentis proprias intelligendi, cogitandi, conſulendi, volendi facultates realiter corpori communicari. quod tamen multis argumentis probare nititur Iac. Andreæ Theſ. Witeb. 108. & ſeqq. præcipua ſunt:

XV.

Quia 1. Reg. 3. 12. Deus dicit Salomoni: *Dedi tibi cor ſapiens & intelligens*. cor, inquit, eſt pars corporis, & vocabulum abſtractum eſt. ergo corpus vel ejus pars eſt ſubjectum intelligentiæ. Neque Spiritus ſanctus improprie loquitur &c. ad quæ reſpondemus:

XVI.

1. Phraſi divinis ſcripturis uſitatiſſima cor ſignificare animam vel mentem. Ierem. 4. 14. *Lava à malitia cor tuum*. Rom. 10. 10. *Corde creditur ad juſtitiam*. Eph. 3. *habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris*. & ipſa

ſcrip-

ſcriptura aliquando cor à carne diſtinguit. Pſal. 84. 3. *Cor meum & caro mea exclamant* veniendi *ad Deum fortem viventem* deſiderio .i. anima & corpus meum.

XVII.

2. Spiritum ſanctum qui negat impropriè loqui, totam neceſſe eſt abjiciat ſcripturam, à Spiritu Sancto inſpiratam, quæ metaphoris, allegoriis, aliiſque impropriis locutionibus abundat. ut cum Deo attribuit os, manus, pedes &c. quod ſi propriè intelligatur, neceſſe eſt Deum corporeum imaginari, atque ita in Anthropomorphitarum caſtra concedere.

COROLLARIA.

1. *Ex electis tantum, Chriſto incorporatis, conſtat eccleſia.*

2. *Quia Iuſtitia inhærens ſemper imperfectiſſima eſt noſtro vitio: ideo ſola juſtitia Chriſti nos vere coram Deo juſti ſumus.*

3. *Vera eſt præſentia carnis Chriſti in cœna: ſed ſpiritualis.*

4. *Omnibus quidem gratia redemtionis & ſalus ſub conditione offertur, reipſa tamen non niſi electis, qui unum cum Chriſto fiunt, communicatur.*

5. *Animæ neque cum corporibus intereunt, neque ſolutæ corporibus dormiunt, aut extra cœlum & tartarum quieſcunt, neque etiam in igne purgatorio torquentur.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCVIII.

DE

Proprietatibus corporis Chriſti,

PRIMA:

QUAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

THOMAS BUBBENIUS, Lugd. Bat.

Ad diem 8. *Februarij, hora* 8.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C LI,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Inclytæ ac Florentiſſimæ

LEYDENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificis.

UT ET

Reverendis, Doctiſſimiſque VIRIS,

D. IACOBO SCEPERO, Eccleſiæ Belgicæ,

D. CAROLO EVERWIIN, Eccleſiæ Gallo-Belgicæ,

} Quæ J. Chriſto GOUDÆ colligitur, Paſtoribus fideliſſimis, Theologis graviſſimis, plurimum de me meritis:

NEC NON

Vitæ integritate, ac morum ſinceritate conſpicuis Viris-Iuvenibus,

D. ABRAHAMO BUBBENIO, Fratri germano,

D. PHILIPPO BALDÆO,

} S. S. Theologiæ ſtudioſis in Litteris verſatiſsimis, Commilitonibus optimis, ſuaviſsimis:

Hocce Exercitium Theologicum, in grati animi τεκμήριον,

D. D. D.

THOMAS BUBBENIUS.

Reſp.:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCVIII.

DE

Proprietatibus corporis Chriſti,

PRIMA.

Theſis I.

Ut errores Ubiquitariorum nobiſcum explodunt pontificii, ita ipſi non multo levioribus de natura corporis Chriſti ſunt impliciti. ut diſputatione una & altera oſtendemus. Ac primo veram de iis doctrinam indicabimus, mox refutabimus adverſam.

II.

Credimus ergo cum eccleſia Catholica, filium Dei factum verum hominem, conſtantem corpore & anima humanis, non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam ſed quoad proprietates, ſine peccato tamen.

III.

De ſubſtantia utrinque conceditur. ſed de quibuſdam proprietatibus controvertitur. Eas nos diſtinguimus in eſſentiales & accidentales. Eſſentiales abſque quibus corpus humanum non ſit *corpus*, ut compoſitio, & dimenſiones quantitativæ. Aut non ſit *humanum*, ut membrorum conſtitutio & ſymmetria. Has negamus à corpore Chriſti ſeparari poſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Accidentales, quæ poſſunt adeſſe & abeſſe ſine ſubjecti interitu .i. per quarum abſentiam corpus non deſinit eſſe *corpus*, aut etiam *humanum.* ut gravitas hæc tanta quanta in hominibus eſſe ſolet, tarditas, mortalitas. & in his diſtinguendus geminus ſtatus, Inanitionis ſive humuliationis, à conceptu uſque ad mortem, & gloriæ ſive exaltationis, à reſurrectione & deinceps in æternum.

V.

In ſtatu inanitionis, has accidentarias proprietates à Chriſto omnes aſſumtas dicimus, ſine peccato tamen, ut diximus. At in ſtatu gloriæ depoſitas, permutataſque contrariis gloriæ conditionibus.

VI.

Aliter ſentiunt pontificii: ut explicat Cotonus Inſtit. l. 1. c. 5. *Chriſtum quatenus viatorem, habuiſſe corpus ſimile noſtro in omnibus, excepto peccato: At quatenus comprehenſorem, habuiſſe qualitates corporis glorificati, non exercitio quidem, verum poteſtate.*

VII.

Et in lemmate ejuſdem capitis: *Proprietates corporis glorioſi ſemper comites fuiſſe corpori Chriſti originaliter, aliquando etiam actualiter, tum quum eſſet mortale & paſſibile in terris.*

VIII.

In quibus 1. ἀσύςατον eſt, Chriſtum ſimul fuiſſe viatorem & comprehenſorem, qui ſtatus opponuntur inter

ter ſe quomodo via & patria. 2. præſertim hæc conſiſtere non poſſunt *ſecundum idem*, ut hic, *ratione corporis*. Prudentius Altenſtaig: *Chriſtus*, inquit, *fuit viator & comprehenſor ante paſſionem*, ſed quomodo? attende: *Nam ſecundum mentem plane videbat Deum: Corpus vero erat mortale & paſſibile.*

IX.

2. Corpus Chriſti noſtro per omnia ſimile fuiſſe, & tamen habuiſſe qualitates corporis glorificati *poteſtate & originaliter*, & ipſum eſt contradictorium, ſequeretur enim, etiam noſtra corpora eam poteſtatem habere. ut taceam, qualitates omnes conſiſtere in actu, non autem in potentia eſſendi.

X.

Proprietates corporis quæ hic in controverſiam veniunt, ſunt ſex: *Impaſſibilitas, ſubtilitas, levitas, ſplendor, invisibilitas, localitas.*

XI.

De *Impaſſibilitate* ita argumentatur Cotonus: *Quicquid datur mortale immortaliter, paſſibile impaſſibiliter, ſub quantitate, qualitate, & figura panis & vini, id habet in ſe originaliter impaſſibilitatem. At Chriſti corpus ita datum eſt. Ergo.* Egregia probandi ratio! impaſſibilitatem deducere ex tranſſubſtantiatione, controverſum ex æque controverſo. Nos negamus minorem.

XII.

Subtilitatem ait *Chriſtum ut minimum ſexies exercuiſſe. 1. cum natus eſt de virgine. 2. Cum tranſivit per*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

medios inimicos. Luc. 4. 30. 3. cum egreſſus eſt de ſepulcro. 4. & 5. cum oſtiis clauſis viſitavit apoſtolos bis. Io. 20. 19. 26. ſexto cum aſcendit ſupra cœlos.

XIII.

Reſp. ad 1. Aſſumi incertum pro certo. ut docent Thomas 2. 2æ q. 152. & Durandus in 4. Sent. diſt. 44. q. 6. 2. falſum pro vero. nam Chriſtus ex virgine natus eſt aperto utero. Luc. 2. 23. ubi Chriſto applicatur lex Exod. 13. 21. Num. 8. 6. *Omne maſculum aperiens uterum ſanctum Domino vocabitur.*

XIV.

Ad 2. conſequentiam ſtultiſſimam eſſe. *Chriſtus tranſivit per medios inimicos, ergo habuit corpus ſubtile.* Nam Act. 9. 32. legitur Petrus διερχόμενον διὰ πάντων. & nemo tamen ei affingit corporis ſubtilitatem. niſi putet Cotonus Chriſtum penetraſſe per medios ventres illorum ſuorum inimicorum, quod ſtultitiam augeret.

XV.

Ad 3. 4. 5. 6. dicimus omnia illa pertinere ad ſtatum glorificationis, ideoque nihil ad rhombum facere. De ſenſu ipſorum textuum ſuis locis actum fuit.

XVI.

Levitatem inde colligit Cotonus, quia Chriſtus ſuper aquas ambulavit: Matth. 14. 25. & quia evanuit ex oculis diſcipulorum. Luc. 24. 31. Reſp. ad primum: Non magis inde argui levitatem corporis Chriſti, quam Petri.

tri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tri. qui & ipſe ſuper aquas ambulavit. Matth. 14. 29. porro de utroque poteſt dici, factum divinitus, ut contra ordinem naturæ cohiberetur effectus ponderis, ſic ut quantumvis gravia, non tamen mergerentur eorum corpora.

XVII.

Ad ſecundum, dicimus pertinere ad ſtatum glorificationis, ideoque hic alienum eſſe. de ſenſu loci mox.

XVIII.

Splendorem probat ex eo quod contigit in monte. Matth. 17. 3. quum inter Moſen & Eliam Chriſti vultus eſt factus ſplendidus ut ſol, & veſtes candentes inſtar nivis.

XIX.

Reſp. Non ſequitur, ſi hoc miraculo factum, ergo corpus Chriſti eum ſplendorem habuit originaliter .i. ita ut origo illius ſplendoris eſſet in ipſo corpore. Non magis utique, quam in veſtibus, quæ & ipſæ dealbatæ fuerunt inſtar nivis vel lucis.

XX.

Inviſibilitatem haurit ex Luc. 4. 30. *Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.* Ioh. 8. 59. *Ieſus autem abſcondit ſe & exivit de templo, cum tranſiviſſet per medios ipſos.* Reſp. Hic nihil de inviſibilitate. *Verba* enim (inquit Maldonatus) *tantum ſignificant eum ſecurum ſine ulla fuga, ſine ulla feſtinatione, per medios hoſtes, gravi lentoque gradu proceſſiſſe.* Addo: occultare ſe, non eſſe inviſibilem fieri, alioqui quicunque ſe occultaret eſſet inviſibilis.

multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

multa alia poteramus, ſed res clara eſt.

XXI.

Adjicit ex Luc. 24.31. *Et ipſe evanuit ex oculis eorum.* Sed ille locus pertinet ad ſtatum glorificationis, ut diximus, ideo nihil ad rem facit. Præterea, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν: nihil aliud ſignificat, quam, *tranſtulit ſe alio extra conſpectum illorum.* ut explicat Fr. Lucas Brugenſis. ita Thucyd. l. 8. θηραμένης ἀποπλέων ἐν κέλητι ἀφανίζεται. Xenophon. ἐπεὶ δ' οὖν ἦσαν ἀφανεῖς, .i. poſtquam navi eo deveniſſent, ut è conſpectu exercitus eſſent (Xenias & Paſion) & talia multa apud Platonem, Iſocratem, Euripidem, Lucianum, & alios bonos auctores quamplurimos legentibus occurrunt.

COROLLARIA.

I.

Creatio eſt ſolius Dei propria.

II.

Tota S. S. Trinitas eſt cauſa juſtificationis.

III.

Providentia Dei ſe extendit ad omnia.

IV.

Electi non poſſunt deficere totaliter.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCIX.

DE

Proprietatibus corporis Chriſti,

ALTERA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

LUDOVICUS SUGGERAET, Hagienſis.

Ad diem 18. *Februarij, horis locoque ſolitis.*

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIↄ Iↄ c LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimiſque

DOMINIS,

D. PHILIPPO DOVBLET, I.V.D.

D. IOHANNI BOTT, I. V. D.

D. CORNELIO SPLINTER, quondam Duci militari,

CONSVLIBVS ac RECTORIBVS inclytæ Reipublicæ HAGIENSIS,

D. CORNELIO van SOVTELANDE, I. V. D. ſpectatiſſimæ ejuſdem Reipublicæ Syndico,

Dominis meis in æternum colendis.

Me cum hoc exercitio Theologico

Totum devoveo

LUDOVICUS SUGGERAET.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CCIX.

DE

Proprietatibus corporis Chriſti, ALTERA.

Thesis I.

PErgamus ad *Localitatem* corporis Chriſti, de qua (ſecus quam in reliquis attributis fecerunt) ita diſputant, ut rem totam non de illo tantum, ſed de omni corpore veram eſſe ſtatuant, quo habito, facilis ipſis erit de corpore Chriſti tranſactio.

II.

Et triplex quidem hic eorum theſis eſt. 1. Poſſe verum corpus eſſe ſine loco. 2. Poſſe plura vera corpora eſſe in uno eodemque loco. 3. Poſſe unum verum corpus eſſe in pluribus diſtantibuſque locis.

III.

Poſſe autem, non ita accipiunt, acſi aliqua eſſet in corpore naturalis diſpoſitio, per quam hæc poſſint fieri: ſed ſolam omnipotentiam Dei hic conſiderant, quæ poſſit efficere quæcunque non implicant contradictionem. poſſe ergo hæc corpori accidere, abſque ejus deſtructione, Deo miraculoſe operante.

IV.

Ubi primo conſiderandum: ſi totum hoc daretur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

non valere conſequentiam ad Tranſſubſtantiationem. Nam, ut rectè Suarez in 3. Thomæ, Diſp. 9. ſect. 2. *Non quicquid eſt poſſibile affirmandum eſt factum eſſe, ſi omnino ſit ſupernaturale ac miraculoſum, & revelatum non ſit ita factum eſſe, nec ex revelatis ſatis colligi poſſit.*

V.

Deinde, negamus quæ iſti corpori attribuunt, non involvere contradictionem. pugnant enim cum natura corporis, atque ita ponunt idem eſſe corpus, & non corpus, qua ratione ſub Omnipotentiam Dei (ut de talibus fatentur adverſarii) non cadunt. prout de ſingulis jam demonſtrabimus:

VI.

Adverſus primam theſin, quæ ſtatuebat, corpus ſine loco, habemus fatentem reum Lombardum l. 1. Diſt. 37. ſect. 9. *Duobus*, inquit, *modis dicitur in ſcriptura aliquid locale ſive circumſcriptibile, & è converſo: ſcilicet: vel quia dimenſionem capiens longitudinis, altitudinis, latitudinis diſtantiam facit in loco, ut corpus: vel quia loco definitur, ac determinatur: quoniam cum ſit alicubi, non ubique invenitur: quod non ſolum corpori, ſed etiam omni creato Spiritui congruit: Omne ergo corpus OMNI MODO locale eſt: ſpiritus vero creatus quodammodo eſt localis, & quodammodo non eſt localis. Localis dicitur, quia definitione loci terminatur: quoniam cum alicubi præſens ſit totus, alibi non invenitur. Non autem ita localis eſt, ut dimenſionem capiens diſtantiam in loco faciat.*

VII.

Nec abſimiliter Pererius de princip. rerum natur. l.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

11. in procemio: *Res*, inquit, *naturales, præſertim caducæ ac mortales, ſtatim atque habent quantitatem NECESSARIO locum aliquem occupant.* quæ conſonant dicto Auguſtini Ep. 57. ad Dardanum: *Spatia locorum tolle corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec erunt.*

VIII.

2. Adverſus ſecundam, quæ ponebat plura corpora in eodem loco, demonſtrationem nobis ſuppeditant Ieſuitæ Conimbricenſes in 5. Phyſ. q. 3. de loco art. 1. ubi ajunt: *Rationem qua fit ut corpora ſeſe mutuo expellant, pro certo petendam ab eo, quod occupandi locum, certumque in eo ſitum habendi cauſa eſt. Ab eodem enim* (inquiunt) *fonte provenit, & quod res loco ac ſitu circumſcribatur, & quod ALIAM ad ſui conſortium NON ADMITTAT. id autem nec materia eſt, nec forma. quia hæc per accidens ſe habent ad locum: ſed quantitas trifariam dimenſa, cujus beneficio res materiâ prædita extenſionem alterius corporis expultricem ſortiuntur.*

IX.

De corpore porro Chriſti, ait Graminea in theſauro: *Eſſe id in cœlo exiſtens per modum quantitatis dimenſivæ.* cumque Coeffetæus Defenſ. Euchar. c. 16. contendat, *poſſidere id in ſacramento eandem quantitatem quam in cœlo*, certum eſt quocunque modo conſideretur, ea quæ ſupra dicta ſunt ad illud quoque pertinere.

XI.

Adverſus tertiam, quæ unum corpus ponebat in pluribus locis, ita procedimus: 1. Nullum unum finitum poteſt eſſe in multis locis totum: Quodlibet corpus eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

unum finitum. ergo: Minor eſt extra dubium.

XI.

Major probatur 1. quia locus eſt unicuique rei ſuæ ſubſtantiæ finis. vel, quia locus continet locatum. Quicquid autem continet, id quod continet ita habet intra ſe, ut extra nihil relinquat. At ſi unum corpus ſit in duobus locis, neuter locus id intra ſe continebit, quia id, & quidem totum extra ſe relinqueret. Item, locus unus non finiret ſubſtantiam, quia eadem ſubſtantia etiam extra eum eſſet.

XII.

Argumentum hoc fuit Ioannis de Turrecremata, Quæſt. euang. in octavis paſchæ, q. 2. *Quod unum,* inquit, *corpus ſit in duobus locis, implicat contradictionem: quia de ratione loci eſt quod ſit locati terminus: terminus autem, extra quem nihil eſt rei: unde nihil locati poteſt eſſe in loco exteriori: quod ſi ponatur in duobus locis, ſequitur quod ſit extra ſuum locum: & ſic ſequitur, quod ſit locatum & non locatum.*

XIII.

2. Si corpus unum eſt in pluribus locis, tum vel circumſcriptivè, vel definitivè, vel repletivè. at nullo ex hiſce modis poteſt eſſe in pluribus locis; ergo nullo modo abſolute. Major eſt omnium philoſophantium: minor probatur per partes:

XIV.

Non primo modo; nam in eo partes loci commenſurantur partibus locati, ita ut pars loci reſpondeat parti locati, & totum toto loco circumſcribitur. hic modus

ſolis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſolis corporibus convenit. vocatur & occupativus, à ſpatii occupatione.

XV.

Non ſecundo, nam in eo pars loci non reſpondet parti locati, ſed eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, ita tamen ut non ſit extra illum locum in aliis locis. hic modus convenit ſubſtantiis immaterialibus, ut angelis.

XVI.

Non tertio: quia is modus eſt ſolius Dei, qui omnia cum repleat, tamen neque ſpatium occupat, cum ſit Spiritus, neque terminis ullis definitur, cum ſit infinitus. Ergo nullo modo.

XVII.

3. Si corpus unum eſt in pluribus locis, idem dividetur à ſe ipſo. eſſet enim corpus Chriſti v. g. in cœlo & in terra, item in multis altaribus, ac non locis intermediis. & ſic eſſet unum ex hypotheſi adverſariorum, & non unum, quia ei non conveniret definitio *unius*, quæ eſt, eſſe *indiviſum in ſe*, & diviſum à quolibet alio.

XVIII.

4. Si unum corpus ſit in pluribus locis, Idem poſſet eſſe ſe ipſo ſuperius & inferius. idem poſſet hic frigere, illic calere; hic ambulare, illic quieſcere: hic ſtare, illic ſedere: hic cædi illic minime. Et quia concedunt ad unum locum reduci poſſe, idem corpus ſibi è diverſis locis occurret; quod ſi (quaſi alter Ianus) verſus utramque partem frontem habere debeat, frons

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

per occiput meabit &c. quæ omnia & multo ſtultiora ponunt. Conimbb. in 4. Phyſ. c. 5. q. 5. Sic Ales & Bonaventura dicunt potuiſſe fieri ut Chriſti corpus eſſet mortuum in ſepulcro, & vivum in pyxide, ſi nempe corpus Chriſti in cœna conſecratum in pyxide conſervatum fuiſſet. At hæc omnia ſunt monſtroſa & ἀσύςατα, ergo & corporis πολυτοπία.

XIX.

Si corpus unum poteſt eſſe in multis locis, male argumentabatur angelus, Matth. 28. 6. 7. cum mulieribus Chriſtum in ſepulcro quærentibus reſpondebat, *reſurrexit, non eſt hic*, item *præcedet vos in Galilæam.* poterat enim & reſurgere, & in Galilæam abire, & in ſepulcro manere, ſecundum hoſce inſanientis ſapientiæ conſultos. Et hæc hactenus, nam omnia excutere, eſſet Augiæ ſtabulum purgare.

COROLLARIA.

I.

Patres V. T. per fidem in Chriſtum ſunt ſalvati.

II.

Sacra Scriptura ſibi ipſi non contradicit.

III.

Purgatorium Papiſticum eſt merum figmentum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCX.

DE

MISSA,

PRIMA:

QVAM

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

LUCAS à NOORDT, Amſtelodamenſis.

Ad diem Februarij, horis locoque ſolitis.

LVGDVNI BATAVORVM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO cIɔ Iɔ c LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac totius Hollandiæ celeberrimæ

AMSTELODAMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis, Prudentia pariter ac Potentiâ eminentiſſimis, ſummo honore, debitâque cum reverentiâ in perpetuum colendis,

Se cum hocce Exercitio Theologico, in debitæ obſervantiæ, & gratitudinis ſignum,

offert & inſcribit

LUCAS à NOORDT.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCX.

DE
MISSA, prima.

THESIS I.

INter appellationis cœnæ Dominicæ poſuimus nomen Miſſæ, de quo nos ſuo tempore acturos eſſe recepimus. Nunc ergo ejus tractationis initium fiet. ubi primo vocis etymon inquiremus, mox agemus de re ipſa.

II.

Inter pontificios plurimi (fatente Bellarmino l. 1. de Miſſa c. 1.) conantur oſtendere, nomen Miſſæ eſſe hebraïcum, & oblationem voluntariam ſignificare. Habetur enim Deut. 16. 10. מסת נדבת ידך. Quod Hieronymus interpretatur: *Oblationem ſpontaneam manus tuæ.* ubi מסת *miſſath* videtur eſſe conſtructum ab abſoluto מסה *miſſah.* & *oblationem ſpontaneam* notare.

III.

Hæc derivatio non placet Bellarmino, quia non videatur apoſtolis in uſu fuiſſe hoc vocabulum hebraïcum. *Nam* (inquit) *ſi vox iſta Hebraïca in uſu Apoſtolis fuiſſet, certè retinuiſſent eam etiam Græci & Syri, atque aliæ nationes, ut retinuerunt alias ſimiles voces, ut Amen, Alleluia &c. Vocabula enim Hebraïca per Græcos ad nos devenerunt &c.* nos rationes alias adjungemus quibus hæc etymologia plenius convincatur falſi.

IV.

Duplex apud auctores vocis מסה reperitur explica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

tio. 1. ut ſit femininum ex מס *mas* tributum 1. Reg. 5. 13. quod in plurali habet מסים *miſſim* tributa. Exod. 1. 11. unde volunt eſſe femininum מסה *miſſah* & inde conſtructum מסת *miſſath* eo Deuteronomii loco quem pro ſe citant pontificii.

V.

Quod quamvis non inconcinne poſſit applicari miſſæ pontificiæ, quum ſit graviſſimum tributum, vivis & mortuis impoſitum, tamen inde tranſlatam fuiſſe vocem non cenſemus, neque illud ſignificare, quod iſti è Hieronymo evincere moliuntur.

VI.

Prima ratio eſt: quia vox מסה in abſoluto nuſquam reperitur. unde vocem מסת non inter conſtructas ſed abſolutas referre poſſumus. 2. Quia ne Hieronymiana quidem verſio, iis qui ita ſentiunt vere favet.

VII.

Vertit ille quidem: *Oblationem ſpontaneam manus tuæ quam offeres*. verum non ita accipiendus eſt, acſi pro his duabus מסת נדבת has duas: *Oblationem ſpontaneam* reddiderit. Priorem enim מסת non eſt interpretatus: alteram נדבת vincam in has duas convertit, *oblationem ſpontaneam*.

VIII.

Id quod non tantum fecit hic hoc loco. Nam Num. 29. 39. vertit plurale נדבות. *ſpontaneas oblationis*. Amos. 4. 5. *voluntarias oblationes*. Lev. 22. 18. *Sponte offerens*. & cap. 23. 38. *Quæ ſponte tribuitis*. ut ſingulare נדבה Ezræ 1. 4. *Quod voluntarie offerunt*. & Exod. 35. 29. per plurale, *voluntaria*.

IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IX.

Nec unus eſt hic locus ubi vocem aliquam prætermiſit non redditam Hieronymus. Sunt enim ab eo omiſſæ nonnullæ Gen.25.7. Levit.5,7.11, Deut.4.12. Iud. 4. 4. 1.Sam.17.13. 2.Reg. 18. 17. &c. Si ergo vox ea ab Hieronymo verſa non ſit, quibus fidiculis ex ejus verſione extorquebitur eâ *Miſſam* denotari?

X.

Altera derivatio eſt ex Chaldaïco, aut certè ex eorum ſtatuitur eſſe numero quæ Chaldæi cum hebræis communia habent. quale eſt בר *filius*. In Chaldaïca porro paraphraſi frequens eſt מיסת pro די quod *ſufficientiam* notat. Deut.15.8. Levit.5.7. & 12.8.

XI.

Quod enim 2. Sam.ult. v.16. Chaldæi reddiderunt מיסת pro eo quod in Hebræo eſt רב (multum eſſe) eodem recidit. Senſus enim eſt; *ſufficit, abunde eſt.* prout ipſi Chaldæi in ſimili ſententia Geneſ. 33.9. pro רב verterunt סגי. eadem ſignificatione.

XII.

Neque litera ת in fine neceſſario infert ſtatum conſtructum, cum hæc vox apud Chaldæos aliquando etiam ſit in ſtatu abſoluto. 2. Sam. ult. 16. מסת כען *ſufficit nunc.* & 2.Sam.7. 18. ליתאנא כמיסת. *non ego* (ſum) *ſecundum ſufficientiam* .i. *non ſum ſufficiens & idoneus.* pro quo in hebræo eſt מיאנכי *quis ego ſum?*

XIII.

Quibus obſervatis ita locum Deut. 16. 10. vertendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

dum putamus: Iuxta *ſufficientiam* tuam erit *ſpontanea oblatio manus tuæ, quam dabis, prout benedixerit tibi Dominus Deus tuus*. Iuxta ſufficientiam tuam, id eſt, pro ratione tuarum opum, aut facultatum. id, quod manifeſtum eſt ex verſ. 17. Quod ſi placeat accipi pro conſtructo, & verti, *juxta ſufficientiam ſpontaneæ oblationis &c.* parum refert. utrobique enim apparet *ſpontaneam oblationem* non ſignificari per מסת ſed per נדבה. quæ ultima vox nihil facit ad etymon *Miſſæ*. ſed prior verſio multo eſt concinnior ac ſimplicior. & hæc de prima interpretatione nominis Miſſæ.

XIV.

Cui ſecundam merito præfert Bellarminus, videlicet Miſſam vocem eſſe latinam, & à latinis primum in ſacra ſynaxi uſurpatam. Sed qui ita ſentiunt, non eodem modo omnes exponunt.

XV.

Alii enim miſſam dici volunt, quod oblatio & preces ad Deum mittantur. ita Hugo de S. Vict. l. 2. de Sacram. part 8. c. ult.

XVI.

Alii, quod angelus à Deo mittatur, qui ſacrificio aſſiſtat, & illud ad Deum deferat. ut Magiſter. in 4. Diſt. 13. & Thomas part. 3. q. 83. art. 4.

XVII.

Alii dictam volunt à mittendis & conferendis in medium muneribus, quaſi ſymbolis quibuſdam, unde fieret cœna, & epulum daretur pauperibus. ut idem ſit miſſa quod ἀγάπη. v. Calv. Inſt. l. 4. c. 18. §. 18. Martyrem in 1. Cor. 5. Melanchth. Apolog. Conf. Aug. in diſp. de vocabulis Miſſæ.

XVIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XVIII.

Probabiliſſima eſt eorum ſententia (etiam ipſi Bellarmino) qui miſſam dici volunt à dimiſſione populi, ut idem ſit *miſſa*, quod *miſſio*. ſicut idem ſunt apud veteres *collecta* & *collectio* peccati *remiſſa* & *remiſſio*. *remiſſam* enim paſſim uſurpavit Cyp. l. 3. Ep. 8. lib. de bono patientiæ, ad Iubaianum, & alibi. Hæc ſententia eſt Iſidori l. 6. Originum. Rabani l. 1. c. 32. de inſtit. Cleric. Alcuini l. de off. eccl. c. celebr. miſſæ &c.

XIX.

Secundum hæc, quinque miſſæ acceptiones recenſet Bellarminus: 1. pro dimiſſione catechumenorum. Conc. Carth. 4. can. 84. 2. pro divino officio lectionum, precum &c. antequam dimitterentur catechumeni Conc. Valent. 1. 3. pro illa parte liturgiæ quæ eſt ab offertorio uſque ad finem. quæ dicitur miſſa fidelium. Alcuin. quo ſup. Ambroſ. l. 5. ep. 33. 4. pro tota celebratione divini officii in quo Euchariſtia conſecratur, ut comprehendit ſimul miſſam catechumenorum & fidelium. apud Leonem, Gregorium, Felicem 4. Concil. Agath. & Aurel. 5. pro collectis ſeu precibus quæ dicuntur in Liturgia. Conc. Milevit. can. 12.

XX.

Ex hiſce omnibus quartam ſignificationem reſpici ait, cum quæritur: *Vtrum miſſa ſit ſacrificium*. eſſe enim ſenſum quæſtionis: Utrum actio illa ſacra, in qua conficitur Euchariſtia, multis præcedentibus & ſequentibus precibus & cæremoniis, ſit ſacrificium. Nec quæri, an

ſinguli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ſinguli illi ritus ſint de eſſentia ſacrificii, ſed ſolum, an inter illos ritus ſit aliquis, qui proprie ſacrificium dici debeat, ad quem omnes referantur.

COROLLARIA.

I.

Electionis cauſa impulſiva non eſt fides aut bona opera prævíſa, ſed beneplacitum Dei.

II.

Electionis objectum non ſunt omnes homines, ſed aliqui tantum iique pauciores.

III.

Electionis adjuncta recte ſtatuuntur æternitas & immutabilitas.

IV.

Homo irregenitus uon eſt indifferens ad bonum & malum.

V.

Nullum datur peccatum naturâ ſuâ veniale.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXI.

DE

MISSA,

SECUNDA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

THEODORUS BRANDOLPHUS, Rijſvico-Batavus.

Ad diem   Martij, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, ac Spectatiſſimis

HEROIBVS,

D. D. EQUITIBUS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, avitæ libertatis ac Religionis Orthodoxæ propugnatoribus,

Dominis ac Mæcenatibus in æternum mihi honorandis.

NEC NON

Clariſſimis, Doctiſſimis, ac Reverendis Viris,

D. HENRICO ab OYEN, J. U. D. Urbis Tielæ Conſuli digniſſimo, ejuſque aggerum Præfecto ſtrenuiſſimo,

D. VINCENTIO BARGEJO, Myſteriorum Dei in Eccleſiâ Batavo-Duranâ diſpenſatori fideliſſimo,

Dominis ac Patronis meorum ſtudiorum maximis, adeoque ad extremum vitæ halitum colendis, ſuſpiciendis,

DENIQUE

Egregiis, & eximiæ doctrinæ ac pietatis Iuvenibus,

D. GUILHELMO de VINDER,
D. HUBERTO LOORIO,
D. DAVIDI TIMMERMANNO,
D. PHILIPPO BALDÆO,
} S. S. Theologiæ ſtudioſis, amicitiæ glutine mihi conjunctis,

HASCE THESES

S. F.

THEODORUS BRANDOLPHUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CCXI.
DE
MISSA, ſecunda.

THESIS I.

PRimaria circa Miſſam pontificiam controverſia eſt: Utrum corpus & ſanguis Domini ſub ſpecie viſibili panis & vini verè & propriè in miſſa offeratur; & utrum tale ſacrificium pro vivis & defunctis ſit propitiatorium?

II.

Affirmant pontificii. Conc. Trid. Seſſ. 12. cap. 1. (Chriſtus) *corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri obtulit: ac ſub earundem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc novi Teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, ut ſumerent tradidit; & eiſdem, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, ut offerrent præcepit.*

III.

Ibidem: *Novum inſtituit Paſcha, ſe ipſum, ab eccleſia per ſacerdotes ſub ſignis viſibilibus IMMOLANDVM.*

IV.

Cap. 2. *Docet ſancta ſynodus, ſacrificium iſtud verè PROPITIATORIVM eſſe.* & mox: *Quare non ſolum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ſed & pro DEFVNCTIS in Chriſto, nondum ad*

plenum purgatis, rite, juxta Apoſtolorum traditionem, offertur. Hæc illi.

V.

Quæ nos omnia falſa & ficta eſſe aſſerimus, hiſce freti rationibus: 1. Omne ſacrificium verum, externum, proprie ſumtum, oportet præſens eſſe antequam offerri poſſit: At Chriſti corpus in miſſa præſens non eſt: Ergo non poteſt eſſe tale ſacrificium.

VI.

Major ex eo patet, quia adducitur & præſens conſtituitur ſacrificium antequam offeratur, ut ex modo oblationis ſacrificiorum Cain & Abel Geneſ. 4. verſ 3. 4. וַיָּבֵא. item הֵבִיא *attulit.* ex adductione vaccæ rufæ. Num. 19. 2. ex oblatione Gideonis Jud. *6.* 19. clare liquet. probatur etiam ratione, quia offerri non poteſt quod non adeſt. Minorem demonſtravimus, cum adverſus carnalem præſentiam corporis Chriſti in euchariſtia ageremus. Ergo habetur intentum.

VII.

2. Quod nititur falſa hypotheſi, id & ipſum falſum eſt. Sacrificium miſſæ falſa hypotheſi nititur. ergo. Major evidens eſt. Minor probatur, quia nititur dogmate tranſſubſtantiationis, quod in præcedentibus falſi convicimus.

VIII.

3. Cujus nullus apex in ſ. literis reperitur, id in eccleſia Dei recipiendum non eſt. Tale eſt ſacrificium

miſſæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

miſſæ. Ergo. Major certa eſt ex eo, quod Deus fruſtra colitur doctrinis quæ ſunt mandata hominum. Matth. 15. 9. &c.

IX.

Minor inde probatur, 1. quia ipſi adverſarii fatentur miſſæ cæremonias vel à pontificibus Romanis, vel ab aliis eſſe excogitatas. Ab illis ſiquidem & ſacerdotalium veſtium, & altarium lapideorum, & luminum, & incenſi, & orationum idololatricarum formulæ profectæ ſunt, reliquique in ſacrificiis adhiberi ſoliti ritus.

X.

Deinde, quia ipſa hujus ſacrificii ſubſtantia aliunde quam è ſcripturis manavit. Neque enim inſtituit Chriſtus corpus & ſanguinem ſuum vere & proprie offerendum eſſe à ſacerdotibus pro peccatis vivorum & defunctorum, nec voluit ſacramentum Deo offerri, & populo oſtendi, ſed ſumi. Neque mandavit ſacerdotibus, ut Deum rogarent, ut *propitio ac ſereno vultu corpus Filii reſpiceret, & acceptum haberet*, vel *ut angeli illud perferrent in ſublime altare Dei*. ut habetur in miſſæ canone. Nihil denique horum ex traditione Apoſtolica, quam ex Apoſtolorum libris optime intelligimus, didicimus.

XI.

4. Nova ſacrificia ſine mandato Dei ab hominibus non ſunt inſtituenda. Tale eſt ſacrificium miſſæ. Ergo. Minor evidens eſt ex Lev. 10. 1. 2. de pœna Nadab & Abihu qui obtulerant ignem alienum. Num. 16. 1. &c. ſociorum Core, Dathan & Abiram qui offerebant in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

cenſum contra mandatum Domini. Hier. 7. 31. Iſraëlitarum qui ædificarant excelſa Tophet &c. *quod* (inquit Deus) *nunquam præceperam, neque in cor meum aſcenderat.*

XII.

Minor inde patet, quia ſcriptura ubicunque loquitur de ſacrificiis Chriſtianorum, intelligit *hoſtiam viventem, ſanctam, & Deo placentem* de qua Apoſtolus Rom. 12. 1. *Hoſtiam laudis.* Heb. 13. 15. *beneficentiæ & communionis.* ib. v. 16. Et Phil. 4. 18. *martyrij.* 2. Tim. 4. 18. in ſumma *hoſtias ſpirituales.* 1. Pet. 2. 5. quæ ſunt omnia ſacrificia *euchariſtica*, ſive gratiarum actionis. at ſacrificium illud externum & *propitiatorium* penitus ignorat.

XIII.

5. Quod pugnat cum inſtitutione cœnæ Dominicæ non eſt admittendum: Sacrificium miſſæ pugnat &c. ergo non eſt admittendum. Major eſt extra controverſiam.

XIV.

Probatur minor, quia 1. Chriſtus panem quem accepit dedit diſcipulis, non obtulit Deo Patri. 2. Calicem eiſdem dedit, non autem ut libamentum effudit. 3. Diſcipulis dixit: *accipite, edite, bibite,* non Deo Patri, *accipe hoc ſacrificium*. 4. Panem & calicem acceperunt diſcipuli, non autem Deus Pater. 5. negavit Chriſtus ſe poſtea bibiturum de genimine hoc vitis; donec biberet illud novum in regno Patris ſui: at ſi bibere

Chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Chriſti calicem eſt offerre ejus ſanguinem, ſequitur Chriſtum negaſſe ſe poſtea ſanguinem ſuum oblaturum. 6. Dicit Chriſtus calicem eſſe novum teſtamentum in ſuo ſanguine. at magnum eſt inter teſtamentum & ſacrificium diſcrimen. Nam teſtamentum eſt declaratio ultimæ voluntatis teſtatoris, & continet legata, & hæredis inſtitutionem, & hujuſmodi. at ſacrificium eſt declaratio cultus noſtri erga Deum. Teſtamentum morte teſtatoris ratum eſt: At papiſtæ ſuum ſacrificium ſine morte offerentium ratum putant eſſe. Neque enim moriuntur aut mactantur qui hoc ſacrificium offerunt, ſed potius omnes mactant & morti tradunt qui de eo male exiſtimant. Teſtamentum unum eſt, & non multa: at papiſtæ ſuum hoc ſacrificium identidem repetunt. quod, ſi idem ſit cum teſtamento, nova quotidie condunt teſtamenta, ſumma falſitate tabulas teſtamenti Chriſti corrumpentes.

XV.

6. Quod repugnat vaticiniis prophetarum repudiandum eſt. Sacrificinm miſſæ iis repugnat: Ergo. Major eſt evidens.

XVI.

Pro minore hæc afferuntur loca: Pſalm. 110.4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedec.* Hoc vaticinium ad Chriſtum pertinere docet Apoſtolus Heb. 5.9. *Conſummatus* (inquiens) *factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo pontifex juxta ordinem*

Mel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Melchizedec. At ex ratione ſacrificii miſſæ omnes ſacrifici & miſſifici fiunt ſacerdotes ſecundum ordinem Melchizedec, ut papiſtæ putant. Hoc autem cum hac prophetia ſtare non poteſt. Quomodo enim ſit ille *ſacerdos in æternum*, ſi alii ipſi ſacerdotes ſubrogantur? & num hi *fiunt cauſa æternæ ſalutis?* num *conſummantur & offeruntur Deo?* ſuntne *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia?* nullumne *habent aut initium dierum, aut finem vitæ?* illine *aſſimilantur Filio Dei?* illine *manent in perpetuum ſinguli?* At hæc omnia & plura de Melchizedeco affirmat Apoſtolus Hebr. 7. 3. &c. vana ergo & blaſphema eſt hæc de miſſificatoribus jactantia.

COROLLARIA.

1. *Divina Providentia etiam extendit ſe ad malum.*

2. *Neque malum fit Dei nudâ permiſſione, ſed efficaci directione.*

3. *Deus ad opera ſua exequenda etiam utitur organis malis.*

4. *Etiamſi vero organa mala peccant, quando Deus iis utitur, non tamen Deus author peccati dicendus eſt.*

5. *Non facit Deus hoſtibus ſuis injuriam, quod eos conſtituit ad hoc, ut in eis oſtendat potentiam ſuam.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXII.

DE MISSA,

TERTIA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

GUILIELMUS de QUESNOY, Harlemenſis.

Ad diem Martij, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimo, Spectatiſſimo, Conſultiſſimo,

Celeberrimæ

HARLEMENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mœcenatibus meis munificentiſſimis,

Hocce Exercitium Theologicum in debitæ obſervantiæ ſignum,

offero conſecroque

GUILIELMUS de QUESNOY.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CCXII.
DE
MISSA, tertia.

THESIS I.

ALterum V. T. Vaticinium quo ſacrificium Miſſæ evertitur, occurrit apud Danielem c. 9. 27. ubi: *Confirmabit*, inquit, *pactum multis hebdomade una. & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium.* Quod quomodo verum eſſe poteſt, ſi ſacerdotes ſynagogæ Romanæ juge offerunt ſacrificium? & continenter externum ſacrificium ab eis immoletur?

II.

Stabilitur quod diximus attributis hoſtiæ pro peccatis noſtris offerendæ, quæ 1. fuit *Vnica*. Heb. 10. 12. *VNICA pro peccatis oblata hoſtia, in perpetuum ſedet ad dexteram Dei.* id quod cum hoſtiarum & ſacrificiorum in papatu multiplicatione conſiſtere non poteſt.

III.

2. *Semel oblata*. Heb. 7. 27. *Non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum ſacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo: hoc enim fecit SEMEL ſeipſum offerendo.* c. 9. 25. *Neque ut ſæpe offerat ſe ipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta &c. Nunc autem SEMEL in conſummatione ſeculorum, ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.* v. 28. *Chriſtus SEMEL oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.* c. 10. 10. *qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Chriſti SEMEL.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

confer Ro.6. 10. & 1. Petr. 3.18. quod cum identidem repetita Chriſti-oblatione per ſacrificulos nullo modo convenit.

IV.

3. *Perfecta, & perfectè à peccatis expurgans.* Heb. 5.9. *CONSUMMATUS factus eſt auctor ſalutis æternæ omnibus qui ipſi auſcultant.* c. 10. 14. *unica oblatione CONSUMMAVIT in perpetuum qui ſanctificantur.* Et Chriſtus in cruce ſpiritum emittens dixit CONSUMMATUM EST. Io. 19.30. quod perfectum eſt, quomodo novi ſacrificii ſupplemento credetur indigere?

V.

Quod & diſerte docetur Heb. 1.3. *Purgatione peccatorum per ſe ipſum facta, ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis.* c. 9. 12. *Per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta ſanctorum, æterna redemtione inventa.* unde c. 10: 18. alia hoſtia diſerte excluditur: *Ubi eſt peccatorum remiſſio, non eſt amplius oblatio pro peccato.* At qui ad dexteram majeſtatis ſedet, purgatione peccatorum jam facta, quorſum inde iterum detrahetur? & purgatione ſufficienti jam facta, quid opus aliam ſuperaddere?

VI.

4. Ea ratio eſt oblationis Chriſti, ut idem ſit ſacerdos & victima. Heb. 9. 14. *per Spiritum æternum SE IPSUM obtulit immaculatum Deo.* At in miſſa ſacrificuli Chriſtum offerre dicuntur, non autem vel ipſi ſe ipſos, vel Chriſtus ſe ipſum. Non eſt ergo hæc oblatio eadem cum oblatione Chriſti, ut ipſi credi volunt.

VII.

5. *Chriſtus in æternum eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.* Pſal. 110. 4. At ſacerdotem alii ſacerdotes offerre non ſolent. Nec poſſunt alii ſacerdotes

eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

eum immolare qui perpetuo manet ſacerdos.

VIII.

6. Nullum ſacrificium externum offertur, in quo victima non immutetur. v. Exo. 26. Lev. 1. 2. 3. capp. At in ſacrificio miſſæ corpus & ſanguis Chriſti non immutantur, cum corpus glorioſum mutationi non ſit obnoxium. Ergo.

IX.

7. Nullum ſacrificium externum eſt ſine ſanguinis effuſione. abſque ea enim non fit remiſſio. Heb. 9. 22. At pontificii ſacrificium miſſæ incruentum vocant. non eſt ergo externum ſacrificium.

X.

8. Nullum externum ſacrificium eſt ſine paſſione & morte. docet hoc & Chriſto applicat Apoſtolus Heb. 9. 25. *Neque ut ſæpe offerat ſemet ipſum, quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno: Alioqui* (nota) *oportebat eum frequenter pati:* At Chriſtus in miſſa non verè patitur nec occiditur, neque enim moritur amplius. Rom. 6. 9. Ergo.

XI.

9. Si Chriſtus quotidie immolatur in miſſa, etiam quotidie ſatisfacit pro peccatis: neque enim alia cauſa ſacrificii ejus in ſcriptura comparet. Rom. 4. 25. *Traditus eſt pro delictis noſtris.* Gal. 1. 4. *dedit ſemet ipſum pro peccatis noſtris.* At non ſatiſfacit nunc pro peccatis noſtris; id enim repugnaret perfectioni ſacrificii ejus ſemel oblati, ut ſupra. ergo.

XII.

10. Si Chriſtus verè & proprie in miſſa offertur, ejuſdem erit valoris ſacrificium miſſæ & ſacrificum crucis. ratio: quia aſſeritur unum idemque eſſe utrumque

ſacrificium. At falſum eſt conſequens. nam ſacrificium crucis non potuit omitti, at redemtio noſtra ſine tot miſſarum millibus fieri potuiſſet. Ergo.

XIII.

Succedant teſtimonia ex ipſo Miſſæ canone, in quo ſacrificium corporis Chriſti negamus inveniri. ut errorem hunc recentiorem eſſe quam ſit iſte canon perſpicuum fiat. id ita probamus:

XIV.

1. Poſt dimiſſionem catechumenorum oblatio fit panis & vini. 2. conſecrantur oblata. 3. franguntur. 4. diſtribuuntur inter communicantes. 5. gratiæ aguntur.

XV.

Neque alicubi in ullo canonis angulo latet veſtigium ſacrificii alicujus propitiatorii & propriè dicti, ut eccleſiæ Rom. vetuſti libri rituales docent.

XVI.

In Miſſali vero Rom. quod nunc ex decreto Concil. Trid. obtinet, mentio quidem fit *hoſtiæ puræ, ſanctæ*, & *immaculatæ*, & *panis ſancti vitæ æternæ*, & *calicis ſalutis perpetuæ*. non tamen dicitur corpus & ſanguinem Chriſti offerri, licet hoc Bellarm. impudenter affirmet.

XVII.

2. Verba canonis oſtendunt, miſſam ſacrificium dici, quia in ea Chriſtiani ſolebant offerre panem & vinum: & non quia ſacerdos offerebat corpus & ſanguinem Chriſti. id quod inter alia hæc evincunt:

XVIII.

1. Ante conſecrationem rogat ſacerdos, ut Deus *accepta habeat & benedicat dona, munera, & ſancta ſacrificia illibata*, .i. panem & vinum quæ in ſacra menſa propoſita

poſita erant. neque enim ſacrificium corporis Chriſti dicitur *ſacrificia* in plurali. nec rectè peteretur ut Deus hoc benediceret.

XIX.

2. Dicit *populum ea offerre.* At non laici ſed ſacerdotes tantum corpus & ſanguinem Chriſti Deo offerunt.

XX.

3. Sacrificium hoc dicit eſſe *ſacrificium laudis* .i. ſpirituale, & gratiarum actionis. quod multum differt à propitiatorio.

XXI.

4. Oblationem hanc *benedictam, aſcriptam, rationabilem, acceptabilem fieri poſtulat.* quod cum ſumma dementia fieret, ſi intelligeretur corpus Chriſti. ita enim homo peccator apud Deum pro Filio ipſius intercederet, cujus eſt pro nobis intercedere.

XXII.

5. Rogat, ut *panem ſanctificatum & calicem propitio ac ſereno vultu reſpicere dignetur, & accepta habere, ſicut accepta habuit munera Abel, & ſacrificium Abrahæ, & quod obtulit Melchiſedech.* Nihil autem ſceleratius eſt, quam putare, non plus placere ſacrificium Chriſti, quod omnium erat ſacrificiorum complementum, quam ſacrifici ſub lege naturæ &c.

XXIII.

6. Rogat, ut *perferatur ſacrificium per manus angeli in ſublime Dei altare, in conſpectu divinæ majeſtatis.* Quod nullo modo corpori Chriſti convenit, quod jam in cælos aſſumtum eſt.

XXIV.

7. Dicit *ſe offerre Deo de ejus donis & datis hoſtiam puram, ſanctam & immaculatam.* quod de pane & vino, a

primiti

primitiis creaturarum rectiſſime intelligitur, non autem de corpore Chriſti, quod quomodo de Dei donis & datis offeratur, nemo explicabit.

XXV.

8. Dicit, *per Chriſtum hæc omnia ſemper bona creari, ſanctificari, & vivificari.* At Chriſtus ſuum corpus & ſanguinem ſubinde non creat, nec nova ſanctificatione & vivificatione ea opus habent, quia vitam potius & ſanctitatem omnibus tribuunt qui cum eo myſtice uniuntur. Conſtat ergo planiſſime, ſacrificii miſſæ doctrinam pugnare cum verbis Canonis.

COROLLARIA.

1. *Scientia Pontificiorum media eſt extra ſcripturam conficta.*

2. *Vt & Papale Purgatorium.*

3. *Prædeſtinatio non ſecundum operis alicujus boni, aut eminentioris virtutis prævisionem, eſt facta, ſed ſolum Dei beneplacitum cauſam habet.*

4. *Bona opera non ſunt cauſa, ſed fructus juſtificationis.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXIII.

DE

MISSA,

QUARTA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

IACOBUS PEUDEVIN, Voorſcotâ-Bat.

Ad diem Martij, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↄ Iↄ c LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Illuſtribus, Præpotentibus, ac Generoſis

DOMINIS,

D. D. ARNOLDO de WASSENAER,
Domino in Duyvenvoorden & Voorſchooten excellentiſſimo, Equeſtris Ordinis membro præclariſſimo,

D. D. CASINO de BEMMEL, Ducatui Geldriæ & Comitatui Zutphaniæ à Rationibus, & ordinario ad Status Generales Fœderatarum Provinciarum deputato,

D. D. ADRIANO vander MYLE,
Domino in Myle, Dubbeldam, Bleskenſgrave, Antonis-polder, Alblas, &c. Urbis Willemſtatæ & adjacentium Fortalitiorum gubernatori graviſſimo.

Iuxta quos

Spectatiſſimis, Graviſſimis Viris,

D. AZARIÆ PEUDEVIN, Myſteriorum Dei in Eccleſiâ Voorſcotanâ diſpenſatori fidiſſimo, Parenti venerando,

D. IOHANNI SIXTI, Reipublicæ Hagienſis Ex-Conſuli, Viro in Politiâ verſatiſſimo, ſtudiis meis addictiſſimo,

D. ÆGIDIO WALZENIO, Paſtori in Eccleſia Perniſſenſi vigilantiſſimo, Cognato meo amantiſſimo,

Hoc Exercitium Anti-Papiſticum

Sacrum facio

IACOBUS PEUDEVIN.

Reſp.

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXIII.

DE

MISSA, quarta.

THESIS I.

HIs quæ dicta ſunt ſuperaddimus, pontificios in doctrina de miſſæ ſacrificio non parum diverte-re à decretis ſuorummet pontificum, è quibus nonnullos adverſus eam citabimus:

II.

1. Clemens Romanus conſt. l. 6. c. 23. ait: *Pro ſacrificio cruento, rationale & incruentum ac myſticum ſacrificium inſtituit, quod in mortem Domini per SYMBOLA corporis & ſanguinis ſui celebratur.* At rationale & myſticum ſacrificium non eſt externum, nec proprie dictum ſacrificium, multumque intereſt inter *ſymbola* corporis & ſanguinis Chriſti, & ipſum corpus & ſanguinem ejus.

III.

Idem Conſtit. l. 8. c. 17. diſerte dicit, *panem & vinum Deo offerri*, multum autem à ſe mutuo diſtant ſacrificium panis & vini, & ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti.

IV.

2. Innocentius tertius C. pernicioſus de celebrat. miſſ. *Pernicioſus*, inquit, *inolevit abuſus, videlicet quod in majori quantitate de aqua ponitur IN SACRIFICIO quam de vino.* Certum eſt ergo, licet ipſe tranſſubſtantiationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

primus publicè firmarit, cum tamen ſacrificium poſuiſſe in pane & vino, & non in corpore & ſanguine Domini.

V.

Idem lib. 3. de myſteriis miſſæ, c. 3. 4. dicit *panem, vinum, & aquam in ſacrificciis ſpiritualiter offerri.* Neque dubium eſt, quin omnes veteres papiſtæ ita hæc intellexerint, cum offertorium in miſſa præcedat conſecrationem.

VI.

3. Martinus papa C. non oportet, de conſecrat. diſt. 2. *Non oportet,* inquit, *aliquid aliud in ſacramento offerri, præter vinum, & aquam, & panem, quæ in typo Chriſti benedicuntur.*

VII.

4. Julius 1. Papa ib. C. cum omne. *Ceſſet lac,* inquit, *in ſacrificando offerri, quia manifeſtum eſt, & evidens exemplum veritatis euangelicæ illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerre non licet.*

VIII.

5. Clemens alius C. tribus gradibus. ibidem, *Tanta,* inquit, *holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſerventur.* Hæc niſi de pane & vino intelligas, deformem habent ſententiam.

IX.

6. In decretis pontificum, quæ in unum corpus redegit Gratianus, C. utrum. de conſecr. diſt. 2. dicitur: *Quia Chriſtum fas vorari dentibus non eſt,* inquit Auguſtinus, *voluit Dominus hunc panem & vinum, in myſterio vero*

carnem

carnem ſuam & ſanguinem ſuum, conſecratione Spiritus Sancti, potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita myſticè immolari. Non *creatur* potentialiter (.i. potenter) corpus & ſanguis Chriſti, ſed panis & vinum. nec quod *myſticè* immolatur, eſt ſacrificium externum & propriè dictum.

X.

7. Ibidem C. in Chriſto: *Nonne per ſingulos dies offerimus?* (inquit Ambroſius) *ſed ad RECORDATIONEM mortis ejus.* Et poſtea: *Semel oblatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium EXEMPLVM eſt illius.*

XI.

8. Ibidem C. Semel. *Semel immolatus eſt Chriſtus* (ut eſt apud Proſperum) *& tamen quotidie immolatur IN SACRAMENTO. id eſt,* ut inquit Gloſſa: *ejus immolatio repræſentatur, & fit memoria paſſionis.*

XII.

9. Ibidem C. quid ſit: Gregorius dicit, *Chriſtum in myſterio MORI. quia* (ut explicat ibidem) *Euchariſtiâ paſſionem unigeniti filii imitatur.* Nec mors nec paſſio Chriſto in euchariſtia proprie infertur. atque ita nec oblatio.

XIII.

10. Ibidem C. iteratur: *Quia quotidie labimur* (inquit Paſchaſus) *quotidie Chriſtus myſticè pro nobis immolatur, & PASSIO Chriſti in myſterio traditur.* Sic ergo dicitur *immolari* ut *pati*: At non patitur niſi in myſterio; Non ergo vere & proprie immolatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Nec minus ab antiquioribus Rom. eccl. doctoribus & ſcriptoribus ſcholaſticis divortium faciunt recentiores. exemplo ſint:

XV.

1. Iſidorus, ſive quicunque ille fuit qui de Officiis eccleſiaſticis ſcripſit. dicit is lib. 1. c. 18. *Vinum aquæ miſtum in calice offerri.* nec uſquam tradit, corpus & ſanguinem Chriſti verè & proprie ſacrificari.

XVI.

2. Alcuinus de Offic. div. c. de celebr. miſſæ: *Suſcipit*, inquit, *ſacerdos à populo oblata, ut ipſe, qui eſt inter Deum & ipſum populum mediator, preces eorum & vota Domino offerat, in qua oblatione aqua miſcetur vino.* Neque præterea ullius ſacrificii in quo corpus & ſanguis Chriſti offerantur meminit.

XVII.

3. Amalarius de eccl. offic. l. 3. c. 19. *Oblatione ſuſcepta*, inquit, *ſacerdos redit ad altare, ut in eo diſponat, ſive ipſe ſive diaconus, oblationes coram Domino, quas illi immolaturus eſt in ſequentibus miſſæ.* Et infra: *Omnis populus intrans eccleſiam debet ſacrificium Deo offerre.* At Chriſti corpus & ſanguinem non immolat populus; neque diſponitur corpus Chriſti in altari, ſed ſacrificium populi.

XVIII.

4. Rabanus de inſtit. cleric. l. 1. c. 31. *Neutrum horum*, inquit, *ſine altero in ſacrificio debet offerri, nec vinum ſine aqua, nec aqua ſine vino.* Idem c. 32. dicit, *ſacrificium prece*

prece myſtica conſecrari in memoriam Dominicæ paſſionis. Unde intelligere licet, ipſum per *ſacrificium* intellexiſſe oblationem panis & vini, in memoriam paſſionis Chriſti.

XIX.

5. Walafridus Strabo l. de Eccl. Offic. c. 16. *Corporis & ſanguinis ſui ſacramenta,* inquit, *in panis & vini ſubſtantia eiſdem diſcipulis tradidit, & ea in commemorationem ſanctiſſimæ ſuæ paſſionis celebrare perdocuit.* Et infra: *Eaſdem ſpecies ſacrificii fidelibus ſuis tradidit.* Panem ergo & vinum, non corpus & ſanguinem Chriſti credidit offerri.

XX.

6. Micrologus de Eccl. Obſerv. c. 23. *Cum ſacerdos,* inquit, *accipit oblationem, dicit, acceptabile ſit omnipotenti Deo ſacrificium noſtrum.* Atque hæc ille ante conſecrationem. non ergo credidit corpus & ſanguinem Chriſti ſacrificari.

XXI.

7. Rupertus de Div. Offic. c. 3. *Cum concentu memorato,* inquit, *ſuſcepta ſacra panis & vini oblatio ſic ad altare ſanctum pervenit.* Idem poſtea dicit c. 9. *in ſacrificio eſſe terrenam ſubſtantiam, & terræ fructus.* Unde manifeſtum eſt, ipſum præterquam panis & vini nullum agnoviſſe ſacrificium.

XXII.

8. Petrus Lombardus Sent. 4. Diſt. 12. *Poſthæc,* inquit, *quæritur, ſi quod gerit ſacerdos proprie dicatur ſacrificium ſive immolatio? & ſi Chriſtus quotidie immoletur, vel ſemel tantum immolatus ſit? Ad hoc breviter dici poteſt, illud quod offertur & conſecratur à ſacerdote, vocari ſacrificium & oblationem, quia memoria eſt & repræſentatio veri ſacrificii*

&

& ſanctæ immolationis factæ in ara crucis. Et ſemel Chriſtus mortuus in cruce eſt, ibique immolatus eſt in ſe ipſo. Quotidie autem immolatur in ſacramento, quia in ſacramento recordatio fit illius quod factum eſt ſemel.

XXIII.

9. Alexander Hales Part. 4. q. 10. membr. 5. in tract. de off. miſſæ. p. 1. §. 10. *Notandum,* inquit, *quod tria ſunt offerenda: primo ipſæ perſonæ ſunt Deo offerendæ, ſecundo, ea quæ ſunt neceſſaria ipſi ſacramento vel ſacrificio, ſcilicet panis, vinum, & aqua; tertio ſolent offerri manuales oblationet.* per has intelligit eleemoſynas. Nuſquam, autem dicit, in miſſa eſſe corporis & ſanguinis Chriſti proprie dictum ſacrificium, licet omnia oblationum genera diligenter perſequatur.

XXIV.

Thomas Aquinas part. 3. q. 83. art. 1. *Celebratio hujus ſacramenti,* inquit, *imago quædam eſt repræſentativa paſſionis Chriſti, quæ eſt vera ejus immolatio, & ideo celebratio hujus ſacramenti dicitur Chriſti immolatio.* addit & aliam hujus appellationis cauſam, nempe *propter effectum paſſionis Chriſti: quia ſcilicet per hoc ſacramentum participes efficimur fructus Dominicæ paſſionis.* Similia habet Gabr. Biel lect. 85. in Can. lit. F. Caſſander Liturg. c. 27. aliique.

COROLLARIA.

1. *Sacra Scriptura Divinæ eſt Autoritatis.*
2. *Eſt perſpicua.*
3. *Omnibus legenda.*
4. *Peccatum Adami merito nobis imputatur.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXIV.

DE

MISSA,

QUINTA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

HENRICUS ALUTARIUS, Roterodamenſis.

Ad diem Aprilis, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIƆ IƆ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Ampliſſimis, Graviſſimis, Conſultiſſimiſque
VIRIS,

D.D. PRÆTORI, CONSULIBUS, SCABINIS, SYNDICO, SECRETARIO, cæteriſque inclytæ ac Florentiſſimæ Reipublicæ ROTERODAMENSIS SENATORIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus meis obſervandis.

JUXTA ET

D. MICHAELI PALUDANO, I. U. D. Illuſtriſſ. Conſilii Rerum maritimarum, quod eſt Rotterod. Senatori & Fiſci-Advocato digniſſimo, de me plurimum merito indieſque merenti,

D. REGNERO BERCKELIO, Vineæ Dei quæ eſt Rotterodami Cultori indefeſſo, ac primario, Theologo graviſſimo, mihi obſervando,

D. PHILIPPO PALUDANO, I. U. D. Schielandiæ Scabino æquiſſimo, Fautori ſummo,

Se & haſce Theſes obſervantiæ & Affectus cauſa,

L. M. Q. D. D. D.

HENRICUS ALUTARIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXIV.

DE

MISSA, quinta.

THESIS I.

LIcet non entis nullæ ſint vel qualitates vel operationes veræ, tamen enti ficto fictæ qualitates, & commentitiæ operationes aſſignari poſſunt. tales ſunt qualitates & operationes ſacrificii miſſæ, quas jam conſiderabimus.

II.

Et quod ad *qualitates* quidem, comprehenduntur ex tribus epithetis: videlicet quod hoc ſacrificium ſit incruentum, propitiatorium, & impetratorium.

III.

Eſſe *incruentum*, ita explicant: *Chriſtus in prima inſtitutione venerabilis hujus ſacramenti, antequam corpus & ſanguinem ſuum diſcipulis daret, ad gloriam Patris ſui, ſecundum ordinem Melchiſedech, IN SPECIE PANIS ET VINI, verè ſe ipſum obtulit, & id ipſum quod fecerat, ſuos diſcipulos, & per eos, omnes ſacerdotes facere juſſit. non quod ipſi propriè Chriſtum ſacrificare debeant, ſed quod tanquam legati & miniſtri Chriſti, ſuum externum miniſterium adhibeant, & Chriſtus ipſe principaliter & imprimis ſe offerre velit. Ipſe enim eſt ſummus pontifex, qui per cæteros ſacerdotes, ſibi miniſtrantes, omnia inviſibiliter operatur, ac proinde ſe ipſum INCRVENTO MODO offert.* Ita Piſtorius Ieſuita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

IV.

Verum commentitia eſt hæc diſtinctio ſacrificii Chriſti in cruentum & incruentum 1. Quia ignota eſt ſcripturæ. 2. Quia contraria eſt doctrinæ Apoſtolicæ Heb. 9. & 10. capp. 3. quia deviat à verbis inſtitutionis cœnæ. 4. quia repugnat naturæ ſubjecti. nam in Chriſti ſacrificio expreſſa fit mentio effuſionis ſanguinis, ut & mortis. Heb. quib. ſup. Sanguinem autem effundi incruente, contradictorium eſt.

V.

5. Quia *non eſt remiſſio ſine ſanguinis effuſione*. Heb. 9. 22. fingunt autem illi ſacrificium iſtud *incruentum* eſſe propitiatorium pro peccatis, ut audiemus: quare in eo oportet eſſe ſanguinis effuſionem, & ſic erit *cruentum*.

VI.

6. Aut ſacrificium incruentum idem eſt cum cruento, quo dato ſequeretur panem & vinum oblata eſſe in cruce, aut non eſt idem, & ſic mentiretur Concilium Trid. quod definivit idem eſſe revera cum ſacrificio crucis.

VII.

7. Si hoc ſacrificium incruentum eſt propitiatorium pro peccatis mundi, nihil opus fuit ſacrificio cruento in cruce. *Vbi* enim *peccatorum remiſſio eſt, jam non eſt amplius oblatio pro peccato*. Heb. 10. 18. Sin ſacrificium in cruce eſt propitiatorium pro peccatis mundi, non opus eſt ſacrificio incruento propitiatorio.

VIII.

Secundum epitheton ſacrificii miſſatici eſt, quod ſit

vere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

vere *propitiatorium*, adeo quidem ut pro expiandis peccatis, tum vivorum, tum mortuorem Deo rite offeratur. ita Bellarm. contra quem ita diſputamus;

IX.

Si unicum illud Chriſti ſacrificium, in cruce immolatum, & deinde cœlo illatum habet vim quandam divinam omnia omnium credentium peccata penitus expiandi; eadem hæc efficacia & virtus, ad nullum aliud ſacrificium, præſertim ab hominibus ſuperſtitioſis excogitatum ſine blaſphemia & ſacrilegio transferri poteſt: Verum eſt antecedens, ergo & conſequens.

X.

Antecedens probant omnia illa loca, quæ τῇ αἱματεκχυσίᾳ Heb. 9. 22. ſanguini 1. Io. 1. 7. & morti Chriſti Rom. 5. 10. remiſſionem omnium noſtrorum peccatorum & deletionem chirographi quod adverſus nos erat Col. 2. 14. tribuunt.

XI.

Conſequentia patet ex natura perfectionis: quod enim ſemel perfectum eſt, non fit adhuc; & quod fit adhuc nondum eſt perfectum. Atqui ſacrificium Chriſti in cruce fuit perfectum, ubi Chriſtus ipſe exclamavit *conſummatum eſt*. Io. 19. 30. &c. Ergo.

XII.

Tertium epithetum ſacrificii miſſæ eſt, quod ſit *impetratorium* omnis generis beneficiorum, ac pro iis etiam rite offeratur. idque ex eo probant 1. quod in ea fiunt ſupplicationes & preces pro pace & aliis rebus terrenis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

2. Si recte pro peccatis offeratur miſſa, ergo etiam pro aliis neceſſitatibus ex peccato ortis poteſt offerri. ſed prius, ergo & poſterius.

XIII.

At hæc futilia ſunt. Nam precationes fidelium, ſive eæ dum celebratur cœna Domini, ſive extra eam offerantur, impetrant Dei beneficia, non ut ſacrificia expiatoria, ſed ut euchariſtica & ſpiritualia. 2. argumenti quo utitur negamus minorem. Nam ſola oblatio Chriſti in cruce pro peccatis valuit, miſſæ vero minime.

XIV.

Pergamus ad *Operationes* ſive effecta hujus ſacrificii, quæ varia ponit Bell. coïncidentia ferè cum ante dictis. unicum tantum adjiciendum, nempe miſſam recte offerri & celebrari pro viventibus, mortuis in purgatorio degentibus, & ſanctis in cœlo regnantibus.

XV.

Id ita explicant: quod pro viventibus & pro degentibus in purgatorio per eam fiat vera propitiatio, beatis autem in cœlo regnantibus major gloria accedat, ex cultu invocationis.

XVI.

At in his ſtultitia cum impietate certat. Nam Euchariſtia quidem inſtituta eſt viventibus, iiſque ſolis prodeſt, non ad expiationem, ſed ad confirmationem in fide & pietate. Miſſa vero nec viventibus prodeſt, ad ſalutem videlicet, quos per horrendam idololatriam ad tartara de-

ra deducit, neque mortuis in purgatorio, qui nulli ſunt, neque beatis in cœlo, qui nolunt ſibi accedere gloriam è cultu invocationis, quem ſoli Deo deberi ſciunt.

XVII.

Addamus nonnihil de genere linguæ in hoc ſacro officio adhibendæ. Eam latinam eſſe debere ait Bell. in univerſa Occidentali eccleſia, ea inter alias ratione, quia in toto Oriente non inveniuntur antiquæ Liturgiæ, niſi Græcæ aut Chaldaïcæ: in toto autem Occidente antiquæ liturgiæ nulla ſint niſi latinæ.

XVIII.

Nos illam ſententiam aperte damnamus, quia diſerto Apoſtoli mandato 1. Cor. 14. 6. &c. repugnat: quo jubemur omnia ſacra officia ſermone vernaculo, ſeu vulgo omnibus noto, in eccleſia peragere, & ſic proximum ædificare. In ratione allata (quæ apud Bell. præcipua eſt) eſt elenchus parium. Nam in Oriente fuerunt uſitatæ hæ duæ linguæ, Græca & Chaldaïca. At in Occidente latina eſt vulgo incognita & inuſitata. unde per meram κακοζηλίαν in eccleſias à Rom. pontifice fuit introducta. ut hac etiam ratione ſententiæ Irenæi fides aſtruatur, qui ait vocem Λατεῖνος continere numerum beſtiæ. Apoc. 13. 18.

XIX.

De modo etiam vocis Bell. ſciſcit, non neceſſe eſſe ut omnia in hoc officio alta voce pronuncientur, ſed quædam ſub ſilentio dicenda eſſe. Ratio præcipua eſt: *Quia Chriſtus in ſacrificio crucis (quod exemplar fuit omnium ſacrificiorum) in ſilentio oblationem peregit, nec locutus eſt*

niſi

niſi ſeptem breviſſimas ſententias, quæ eædem in canone miſſæ alta voce pronuncientur.

XX.

Nos contra pronunciamus, totum Euchariſtiæ myſterium alta voce coram populo explicandum eſſe. Id enim ex ipſa ſ. cœnæ inſtitutione, & vero proprioque fine ipſius perſpicuum eſt. Nam Chriſtus inſtituit euchariſtiam clara voce quæ ab accumbentibus intelligebatur, cujus etiam ſcopus eſt ſolennis annunciatio ſeu commemoratio publica mortis Chriſti. 1. Cor. 11. 26. Hunc autem finem aſſequi non poſſumus, ubi clancularia ſeu muta eſt miniſtrorum actio. Ratio Bell. futilis eſt. Nam non actiones & ſermones Chriſti in cruce, ſed prima Euchariſtia quam Chriſtus inſtituit, eſt exemplar celebrationis cœnæ, atque adeo antiquiſſimus & optimus ejus Canon.

COROLLARIA.

I.

Corruptio naturæ ac præſertim concupiſcentia in baptizatis & juſtificatis eſt peccatum proprie dictum.

II.

An Chriſtus nova præcepta Dei moralia nobis promulgaverit? N.

III.

An juſtitia originalis primo homini fuerit naturalis? Aff.

IV.

An ut fides eſt effectum electionis ſic etiam peccatum ſit effectum reprobationis? N.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXV.

DE

MISSA,

SEXTA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

GUILIELMUS FABIUS, Delphenſis,

Ad diem Aprilis, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO CIↃ IↃ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Graviſſimo,

Celeberrimæ ac Florentiſſimæ

DELPHENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

UT ET

Clariſſimis, Eruditiſſimiſque Viris,

D. D. CURATORIBVS Scholæ Collegiique Litterarii Delphici, I. U. peritiſsimis,

Dominis meis venerandis.

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti vigilantiſſimo, Præſidi meo venerando,

Hanc Diſputationem Theologicam

S. F.

GUILIELMUS FABIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXV.

DE MISSA, ſexta.

Theſis I.

VT Miſſa in ſeſe à cœna Dominica deviat, ita peculiarem ejus corruptelam continent miſſæ privatæ, id eſt, quæ fiunt ſine diſtributione. de quibus jam agemus.

II.

In Euchariſtiæ celebratione duo apud pontificios diſtinguuntur perſonarum genera. Hinc *Sacerdos conficiens*, inde ii qui in Canone Romano dicuntur *Circum adſtantes & non conficientes*, ſive ii ſint clerici, ſive laïci, ſive ex utriſque compoſiti. Quæritur ergo quæ ſit ratio communionis, poſita hac perſonarum diſtinctione?

III.

Et ſacerdotem quidem debere ipſum ſacramentum ſuſcipere docet Canon ex Tolet. Concil. duodecimo, apud Gratianum de Conſecr. Diſt. 2. *Relatum eſt nobis, quoſdam de ſacerdotibus non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in uno die videntur offerre: ſed ſi uno die plurima Deo offerunt ſacrificia, omnibus ſe oblationibus à communione ſuſpendunt: & in ſola tantum extrema ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi non ſit illis toties vero & ſingulari ſacrificio participandum, quoties corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti immo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

latio facta conſtiterit. Nam ecce, Apoſtolus dicit. Nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris? Certum eſt, quod hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt Dominici ſacramenti. & poſtea: *Ergo modis omnibus tenendum eſt, ut quotieſcunque ſacrificans corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti participem ſe præbeat.* hæc canon ille, quem Turrecremata limitat exceptionibus nonnullis, nempe, *niſi impediatur vel per violentiam, vel mortem, vel infirmitatem, vel aliquid hujuſmodi.*

IV.

De circum adſtantibus, unum non ambigitur, *poſſe* præter conficientem alios etiam communicare. Nam neque papiſtæ negant præcipuum fructum Euchariſtiæ eſſe in communione: nec volunt eum fructum unius hominis eſſe: Neque nos docemus, nunquam licere fidelibus non communicare: qui ſcimus nemini licere niſi præparato. 1. Cor. 11. 28. imo etiam juberi à Chriſto, interdum differri præſens ſacrificium, ut fiat reconciliatio cum fratre Matth. 5. 23.

V.

Sed quæſtio eſt: ſit ne legitima Euchariſtiæ celebratio cum præter ſacerdotem conficientem nemo communicat? Ajunt papiſtæ. Conc. Trid. Seſſ. 22. Can. 8. *Siquis dixerit, Miſſas in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoque abrogandas, anathema ſit.*

VI.

Et prolixius cap. 6. *Optaret quidem ſacroſancta ſynodus,*

ut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ut in ſingulis miſſis fideles aſtantes, non ſolum ſpirituali affectu, ſed ſacramentali etiam euchariſtiæ perceptione communicarent, quo ad eos ſanctiſſimi hujus ſacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen ſi id non ſemper fiat, propterea miſſas illas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, ut privatas & illicitas damnat, ſed probat, atque adeo commendat. hæc illi.

VII.

Nos autem, ut miſſas illas verè privatas eſſe non dubitamus, ita nullo modo vel probandas, vel commendandas, ſed miſſas faciendas & longè ab legandas cenſemus: ſumto invicto argumento ab inſtitutione Chriſti, qui nos *Hoc facere*, quod ipſe fecit voluit. Luc. 22. 19.

VIII.

Is autem in ultima cœna non omnia comedit ſolus, ſed, *cœnantibus diſcipulis*, ut inquit Matth. c. 26. 25. *accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis, dicens, accipite, comedite.* Neque bibit ſolus, *ſed accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: bibite ex hoc omnes.* v. 27.

IX.

Qui ergo benedicunt, ac frangunt panem, & eum non dant aliis fidelibus: & accipiunt calicem, ac non diſtribuunt eum cæteris: non tantum contra quam Chriſtus fecit faciunt, ſed etiam hæc Chriſti verba in Canone recitantes, verbum Dei, & inſtitutionem Chriſti ludibrio habent. quid enim magis ridiculum, quam recitare exemplum & mandatum ejus de diſtributione panis & calicis, & tamen neutrum præſtare?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Deinde: Non licet Teſtamentum à Chriſto factum mutare. falſi enim tenentur qui vel hominis Teſtamentum mutant. dicente Apoſtolo Gal. 3. 15. *Hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, neque ſuperordinat.* At quod Chriſtus in inſtitutione hujus ſacramenti dedit, promiſit, mandavit, ad ipſius pertinet teſtamentum, ut teſtatur Lucæ. c. 22. 20. *Hic calix eſt novum teſtamentum in ſanguine meo.* Cur ergo non diſtribuunt ſacramentum, quod ipſe in inſtitutione ſui teſtamenti ut diſtribuerent mandavit?

XI.

Neque enim minus cum reliquis fidellibus teſtamentum hoc condidit quam cum ſacerdotibus. neque hi magis quam illi inſtituti ſunt hæredes. cur ergo non tam illi quam hi accipiunt panem & calicem teſtamento legatum? Cur ſacerdotes ea quæ Chriſtus fidelibus legavit pro arbitrio tollunt ac ſupprimunt?

XII.

Chriſti inſtitutioni adjungatur uſus eccleſiæ apoſtolicæ, quæ hoc ſacramentum non aliter celebravit, quam ut communicarent præſentes. docent id loci quos indicabimus:

XIII.

Act. 2. 41. 42. *Addita ſunt eccleſiæ die illo capita quaſi ter mille: Erantque perdurantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione, & fractione panis, & precibus.*

XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XIV.

Ibidem verſ. 46. *Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac frangentes domatim panem, capiebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis.*

XV.

Cap. 20. 7. *Primo die hebdomadis, coactis diſcipulis ad frangendum panem, Paulus diſſerebat.*

XVI.

1. Cor. 11. 20. *Cum convenitis, hoc non eſt Dominicam cœnam edere: Nam unuſquiſque propriam cœnam præoccupat in veſcendo: & hic quidem eſurit, ille vero ebrius eſt.*

XVII.

Ib. v. 23. & ſeqq. *Ego enim accipi à Domino, quod & tradidi vobis &c. accipite, edite &c. hoc facite quotieſcunque biberitis &c. Quotieſcunque enim ederitis &c. Quiſquis ederit panem hunc &c. Exploret quiſque ſe ipſum, & edat &c.* v. 33. *Itaque fratres mei, quum convenitis ad edendum, alius alium expectet.*

XVIII.

Et c. 10. 16. 17. *Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communio eſt ſanguinis Chriſti? Panis quem frangimus nonne communio corporis Chriſti eſt? Quoniam unus eſt panis, unum corpus illi multi ſumus, nam omnes ex uno illo pane participamus.*

XIX.

In hiſce 1. Euchariſtia nuſquam reperitur niſi in plu-

ribus

ribus: & his quidem coactis in eum finem. 2. nuſquam ſine fractione & eſu panis. 3. qui non expectarent alios reprehenſi, & quidem propoſito damnationis metu. 4. de uno pane omnes comedentes. 5. unus ille panis dicitur communio corporis, & poculum communio ſanguinis Chriſti. Quæ omnia miſſis privatis adverſari ſole clarius eſt.

COROLLARIA.

I.

SAnctificatio non conſiſtit in ſola actuum emendatione, ſed etiam in nativæ corruptionis repreſſione & expugnatione.

II.

Forma fidei juſtificantis eſt meriti & ſatisfactionis Chriſti apprehenſio fiducialis in veram juſtitiam coram Deo.

III.

Sacramenta ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti, non medii.

IV.

Eccleſia Chriſti in his terris totaliter nunquam defecit, nec deficere poteſt.

V.

Satisfactio plenaria Chriſti pro nobis, ſalutem noſtram reſpectu noſtri non facit minus gratuitam.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXVI.

DE

MISSA,

SEPTIMA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

IOHANNES PUTEANUS, Harlemenſis.

Ad diem Aprilis, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIƆ IƆ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ & WEST-FRISIÆ, Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis & avitæ libertatis antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

UT ET

Ampliſſimo, Conſultiſſimo, Prudentiſſimo,

Florentiſſimæ

ALCMARIENSIVM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Mæcenatibus ſuis,

DENIQUE

D. IOHANNI CNIVIO, Eccleſiæ Ieſu Chriſti quæ colligitur Alcmariæ Paſtori vigilantiſſimo, & ejuſdem Scholæ Curatori digniſſimo, ſtudiorum ſuorum Fautori ſummo, eoque nomine ſumme obſervando,

Haſce Theſes gratitudinis ergo

offert

IOHANNES PUTEANUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXVI.

DE

MISSA, ſeptima.

Theſis I.

HOrrenda miſſæ in idololatria, in eo præcipue deprehenditur, quod hoſtiam à ſe conſecratam pontificii adorari velint, ita enim Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 5.

II.

Nullus dubitandi locus reliquitur, quin omnes Chriſti fideles pro more in Eccleſia Catholica ſemper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic ſanctiſſimo ſacramento in veneratione exhibeant.

III.

Ib. Canon. 6. *Siquis dixerit, in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum unigenitum Dei Filium, non eſſe cultu latriæ, etiam externo, adorandum: atque adeo nec feſtiva peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus, ſecundum laudabilem & univerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum & conſuetudinem, ſolenniter circumgeſtandum, vel non publicè, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores eſſe idololatras; anathema ſit.*

IV.

Apud Petrum Michaëlem, *Status primæ quæſtionis noſtræ eſt* (inquit Clemens) *an Euchariſtia veneranda ſit, eodem adorationis cultu & honore qui ſoli Deo debetur?* Reſ-

pondet Petrus: *Nos ſane id affirmamus.*

V.

Tapperus: *Certa fide tenendum eſt, ſacram Euchariſtiam ſanctè à nobis adorari, ſive in Miſſa, ſive extra miſſam, ubicunque repoſita fuerit.*

VI.

Coſterus: *Ex his efficitur, ſanctiſſimum hoc ſacramentum, & juxta nomen ſuum venerabile, quanta poteſt reverentia, honore, celebritate, tum interno cordis affectu, tum externis ceremoniis à Chriſti fidelibus venerandum, colendum, & adorandum eſſe, ſummo etiam cultu quem græci* λατρείαν *vocant, ſoli Deo conveniente.*

VII.

Nos adverſus impietatem hanc ſic inſurgimus: 1. Uſus ſacramentorum pendet ab inſtitutione: At iſte adorandi ſacramenti uſus non pendet ab inſtitutione: Ergo is nullus eſt uſus ſacramenti. Major certa eſt. Minor patet inſpecta tantum ſcriptura: in qua nullum hujus adorationis veſtigium comparet.

VIII.

2. Si adorandum eſſet ſacramentum, apoſtoli id adoraſſent. At non adorarunt. Ergo non eſt adorandum. Major patet, quia & præſentem habebant Chriſtum à quo monerentur, & ſatis pietatis, ut ei obedirent. Minor ita probatur: Si adoraſſent, ergo vel ante conſecrationem, vel poſt eſum. Non prius, quia nondum erat ſacramentum, non poſterius, quia ne ſuperſtitioſiſſimi quidem papiſtæ adorant Chriſtum jam devoratum. Tertium

tium tempus non datur, quum verba Chriſti *Accipite, edite &c.* immediate ſequuta ſit comeſtio. fatentibus id adverſariis.

IX.

3. Quiſquis adorandus eſt adoratione latriæ is Deus eſt: At ſacramentum non eſt Deus: Ergo nec adorandum adoratione latriæ. Major eſt adverſariorum. Minor etiam certa, quia ſacramentum quocunque modo ſumatur, creatura eſt, & non Deus.

X.

Adorationi Euchariſtiæ ſubſervit ejus reſervatio. de qua Conc. Trid. ſeſſ. 13. canon. 7. *Siquis dixerit, non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſervari, ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus neceſſario diſtribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur, anathema ſit.*

XI.

Et ante cap. 6. *Conſuetudo aſſervandi in ſacrario ſanctam Euchariſtiam adeo antiqua eſt, ut eam ſeculum etiam Niceni concilii agnoverit. Porro deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos, & hunc uſum diligenter in eccleſiis conſervari, præterquam quod cum ſumma æquitate & ratione conjunctum eſt, tum multis in Conciliis præceptum invenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ eccleſiæ more eſt obſervatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendum omnino ſalutarem hunc & neceſſarium morem ſtatuit.*

XII.

Huic uſui habent loca, ſive vaſa, peculiariter aptata. ciboria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ciboria vulgo vocant. Veruntamen Hardingus aliter alibi atque alibi fieri ſignificat: *In aliis Chriſtianis regionibus*, inquiens, *alia quadam ratione ſervatur, loco aliquo ſera & clave munito: quibuſdam in locis in altero fine aut latere altaris: in quibuſdam vero in ſacello in hunc ipſum uſum extructo: in quibuſdam autem in ſacrario, aut in intrinſeco aliquo & ſecreto templi loco, quemadmodum Conſtantinopoli quondam Chryſoſtomi memoriâ. Alicubi etiam in palatio Epiſcopi prope templum ſervatum, atque in feſtis diebus honorifice in eccleſiam importatum, & in altari poſitum fuiſſe legimus, qui mos poſtea propter abuſus, conciliorum decreto ſublatus.*

XIII.

Obſervandum autem, reſervationem hanc Euchariſtiæ ad ſolum panem pertinere. Nam vinum, etſi ejus pars ſit, hoc privilegio non gaudet: ſive quia facile effundatur, ſive quia aceſcat, ſive alio quodam ſiniſtro ſuo fato.

XIV.

Nos adverſus hunc abuſum ita diſſerimus: 1. Nullum eſt Euchariſtiæ ſacramentum præter inſtitutionem ſuam: At panis reſervatio eſt præter inſtitutionem ſuam: Ergo ſacramentum non eſt. prob. minor, quia nuſquam præcepta eſt.

XV.

2. Nulla promiſſio divina cui additum eſt præceptum impletur niſi impleatur præceptum: At conſecratio

Eucha-

Euchariſtiæ promiſſio eſt cui additum præceptum, fractionis, acceptionis, manducationis: Ergo ea promiſſio non impletur, niſi impleto hoc præcepto.

XVI.

3. Omnia ſacramenta in ſolo uſu durarunt, circumciſio, paſcha, baptiſmus. Cur non ſimiliter cœna Domini in eſu & potu? iis ceſſantibus ceſſat ratio ſacramenti.

XVII.

4. Ubi nulla eſt analogia euchariſtica, ibi nullum eſt euchariſtiæ ſacramentum: At ubi nulla manducatio, ibi nulla analogia euchariſtica, Ergo ibidem nullum eſt Euchariſtiæ ſacramentum.

XVIII.

Major per ſe eſt evidens. Minor inde probatur, quia analogia ſignorum euchariſticorum ad corpus & ſanguinem Domini conſiſtit in ratione alimenti & nutritionis, quæ ratio nulla eſt abſque eſu & potu.

XIX.

Atque hoc conſtat ex perpetua illa allegoria manducationis Chriſti Io. 6. 35. &c. ubi cum præmiſiſſet Chriſtus: *Ego ſum panis ille vitæ*, ſubjecit, *Hic eſt panis ille qui de cœlo deſcendit, ut qui ex eo veſcitur, non moriatur. Ego ſum panis vivificus qui è cœlo deſcendit: ſiquis ederit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea eſt,*

eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Et poſt : *Amen, amen dico vobis, niſi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego excitabo illum in ultimo die. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Inde ergo manifeſta eſt analogia panis cum corpore, vini cum ſanguine; quia utrumque cibus, utrumque potus. quorum neutrum in pane & vino aſſervatis reperitur.

COROLLARIA.

I.

Chriſtus pro noſtris peccatis ſatisfecit.

II.

Patres ut habuerunt promiſſiones vitæ æternæ.

III.

Veri fideles non poſſunt totaliter deficere.

IV.

Moſis leges forenſes Chriſtianos non obligant.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXVII.

DE

MISSA,

OCTAVA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

HERMANNUS GEORGIUS, Campenſis.

Ad diem Aprilis, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C LI,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Per-Illuſtribus, Magnificis ac Præpotentibus,

D.D. ORDINIBVS HOLLANDIÆ ET WEST-FRISIÆ,

Veris Patriæ Patribus, Orthodoxæ Religionis, & avitæ Libertatis antiſtitibus ſtrenuiſſimis,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis.

UT ET

Clariſſimis, Doctiſſimis, ac pietate conſpicuis Viris,

D. JACOBO REVIO, S. S. Theol. Doctori, & Colleg. Theol. Per-Illuſtr. D. D. Ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Regenti digniſſimo, Præſidi meo honorando, & ſtudiorum meorum Fautori ac Promotori in æternum obſervando,

D. NICOLAO BALBIANO, Med. Doct: & Eccleſiæ Lugd. Bat. paſtori diſertiſſimo, præceptori meo ſummoperè colendo.

Hoc ἄσκημα *Theologicum eo quo decet animo inſcribo*

HERMANNUS GEORGIUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

DISPUTATIO CCXVII.

DE

MISSA, octava.

THESIS I.

NUnc argumenta quædam è ſ. literis petita pro ſacrificio miſſæ diſſolvemus. & primo quidem quæ petuntur à typis quibuſdam Vet. Teſtamenti.

II.

Quorum primum eſt, oblatio Melchizedeci, de qua agi dicunt Gen. 14. 18. ſed quia de hac actum à nobis fuit Analect. 67. lectorem eo remittimus, neque quæ ibi dicta ſunt hic repetemus.

III.

Secundus typus eſt Agnus paſchalis, quem ajunt figuram fuiſſe Euchariſtiæ. at illius celebratio fuit immolatio, ſive ſacrificium. Exod. 12. 27. & oblatio Num. 9. 7. 13. Ergo etiam celebratio Euchariſtiæ.

IV.

Reſp. 1. Negando majorem, ut quæ nititur falſa hypotheſi, quaſi ſacramenta V. T. fuerint figuræ ſacramentorum novi teſtam. Dicimus ea fuiſſe ἀντίτυπα .i. typos ſibi mutuo reſpondentes, unius archetypi nempe Chriſti. 1. Pet. 3. 21. Et ſic agnus paſchalis fuit figura Chriſti, videlicet *agni Dei qui tollebat peccat mundi*. Io. 1. 29. *paſchatis pro nobis immolati*. 1. Cor. 5. 7. nempe in cruce, ubi *os ei fractum non fuit* Io. 19. 36. non in euchariſtia: alioqui non diceret *immolatum eſſe*, ſed quotidie immolari.

V.

Ad minorem: Neg. *immolationem* agni fuiſſe ſacrificium proprie dictum. Nam Iſraëlitæ in Ægypto agnum paſchalem immolarunt, ubi tamen negantur ſacrificaſſe. Exod. 25. 26. *immolatio* ergo latiori ſignificato accipitur, pro *mactatione* ut Ezech. 39. 17. *oblatio*, autem non reſpicit proprie agnum paſchalem, ſed alia ſacrificia quæ tum offerebantur. Lev. 23. 8. Num. 28. 19. uſque ad 25.

VI.

Tertius typus eſt ſanguis Veteris Teſtamenti Exod. 24. 8. qui figura fuit Euchariſtiæ, quæ dicitur ſanguis Novi Teſt. Matth. 26. 28. at illic intervenit ſacrificium, ergo & hic.

VII.

Reſp. Neg. majorem nam ſanguis ille fuit figura ſanguinis Ieſu Chriſti in cruce effuſi. Heb. 9. 13. 14. 26. Porro novum teſtamentum conſtituunt promiſſiones & ſtipulationes euangelicæ, quæ inceperunt in ipſo paradiſo, antequam ullum ſacrificium oblatum eſſet. Gen. 3. 15. mors Chriſti in plenitudine temporis id ſancivit, Euchariſtia ſignificat & obſignat.

VIII.

Quartum typum conſtituunt varia V. T. ſacrificia, de quibus Lev. 1. 2. & ſeqq. at hæc reſpectu comeſtionis & ſimilium non niſi in cœna impleta fuerunt. ergo ejus erant figuræ.

IX.

Reſp. N. minor. quæ enim fuerunt propitiatoria, in oblatione Chriſti in cruce complementum habuerunt: quæ Euchariſtica ſive gratiarum actionis, in nobis quotidie ſpiritualiter implentur. porro comedere & bibere non eſt ſacrificare, ſed fedus ad communicantes vera fide præditos applicare.

X.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

X.

Quintus typus eſt incruentum ſacrificium, de quo Lev. 5. 11. ubi offerri jubetur *decima Ephæ ſimilæ in peccatum.* unde apparet fuiſſe propitiatorium. ergo idem debet eſſe in Novo Teſt.

XI.

Reſp. 1. Neg. conſ. cum præter cruentum Chriſti ſacrificium nullum in Novo Teſt. externum & propitiatorium inveniatur. 2. Neg. minor. ut quæ expreſſe repugnat teſtimonia Heb. 9. 22. Ad locum Levitici quod attinet. v. 12. jubetur ſacerdos ſimilam illam adolere in altari על אשי ״ *ſuper* (ſacrificium) *igne abſumendum Domino.* Non ergo hæc ſimilæ oblatio fuit ſacrificium incruentum, ſed acceſſorium quoddam ſacrificii cruenti proprie dicti. unde hæc oblatio non fuit χωρὶς αἱματεκχυσίας, ſed eam præſupponebat.

XII.

A typis tranſeunt ad vaticinia. quorum primum eſt 1. Sam. 2. 35. ubi prædicitur ipſi Eli, alium ſacerdotem poſt ipſum exoriturum, qui ſemper coram Chriſto Dei verſaturus ſit, nempe Samuelem, aut Sadocum: ſed tamen utrumque conſideratum, velut typum ſacerdotum Chriſtianorum, qui ſub N. T. vices Chriſti in ſacrificio miſſæ implere ſolent.

XIII.

Reſp. 1. Laborat argumentum falſa hypotheſi, quaſi in N. T. eſſet ſacerdotium & ſacerdotes proprie dicti, præter Chriſtum & ejus ſacerdotium, quod eſt ἀπαράβατον *intranſitivum.* Heb. 7. 24. 2. Prophetia illa impleta fuit, in electione Abjatharis & ſubſtitutione Sadoci. 1. Reg. 2. 27. non autem adhuc impletur quotidie. 3. licet de novo ſacerdote ibi ſit mentio, non tamen de novo ſacri-

 ficio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ficio. 4. *Coram Chriſto* (uncto) *meo* non ſignificat eum vices Chriſti geſturum, ſed tempore Salomonis, qui & ipſe futurus erat typus Chriſti, officio ſuo functurum.

XIV.

Secundum vaticinium eſt Prov. 9. 1. 2. Ubi dicitur Sapientia, id eſt Chriſtus, ſacrificium ſuum immolaſſe, & vinum miſcuiſſe: id quod in ſ. cœna impletur. eſt ergo & in illa ſacrificium.

XV.

Reſp. 1. Neg. in textu quicquam eſſe de ſacrificio, ſed dicitur Sapientia *mactaſſe mactationem ſuam* .i. animalia ſua. 2. Epulæ quas paraſſe & vinum quod miſcuiſſe dicitur, ſignificant alimentum ſpirituale & gaudia vitæ æternæ. quod ſi ad Euchariſtiam per anagogen etiam applicentur, nihil tamen inde ad ſacrificium expiatorium extundi poteſt.

XVI.

Tertium vaticinium eſt Ieſ. 19. 21. ubi Ægyptii, hoc eſt, omnes ethnici jam converſi, dicuntur Deum culturi hoſtiis .i. ſacrificiis miſſaticis, idque in altari viſibili loco conſtituto &c.

XVII.

Reſp. Sacrificia illa ſunt ſpiritualia, fidei, ſpei, charitatis. Altare viſibili loco conſtitutum, *publica* ſalutaris doctrinæ profeſſio. quamquam & Chriſtus per *unicum* illud altare noſtrum, in quo ſpiritualia noſtra ſacrificia offerrimus, recte intelligitur, nec ad *tot millia* altarium in quibus miſſa peragitur poteſt applicari.

XVIII.

Quartum vaticinium eſt Ieſ. 61. 6. & 66. 21. ubi agitur de N. T. & Sacerdotum, Levitarum, holocauſtorum fit mentio. ergo agit ibi de miſſa.

XIX.

XIX.

Reſp. eadem fallacia figuræ dictionis. Nam Eſ.61. alloquitur Chriſtus omnes fideles, qui futuri erant ſacerdotes ſpirituales. confer 1. Pet.2.9. Apoc.8.9.& 10. Ieſ.66. dicuntur è fidelibus aſſumendi *ſacerdotes Levitici* (nam copula non eſt in textu) non quod ſtare debeat ſacerdotium Leviticum (eſt eum immutatum. Heb. 7.11. 12.) ſed quod miniſterium euangelicum ei erat ſucceſſurum, cujus oblationes non mactando, ſed docendo peragerentur. Sic Paulus dicit ſe gentes *ſacrificaſſe* Deo Rom.15.16. cum eas ad euangelii cognitionem adduceret. nihil ergo hic pro miſſa.

XX.

Quintum vaticinium eſt Dan.8.11. & 12.11. Ubi dicitur Antichriſtus aboliturus juge ſacrificium; quod non poteſt intelligi de ſpiritualibus ſacrificiis, quæ multa ſunt & varia, ſed de miſſa, quæ quotidie in eccleſia celebratur.

XXI.

Reſp. intelligitur illis locis, non Antichriſtus, ſed Antiochus Epiphanes, nec miſſa, ſed juge ſacrificium Judæorum. Si excipiant Antiochum eſſe typum Antichriſti, facile hoc damus: Quemadmodum enim ille è medio ſuſtulit juge ſacrificium Iudæorum, ita hic ſacrificium Chriſti quod illo ſignificatur. quodque non eſt *multiplex & varum* ſed *unicum*. ſubſtituta illi miſſa quæ non eſt unica, ſed *multiplex & varia*, una pro defunctis, alia pro viventibus, alia pro utriſque, alia de ſanctis &c.

XXII.

Sextum vaticinium eſt Malach.1.11.ubi Deus prædicit, gentes olim ſibi oblationem mundam ſacrificaturas in omni loco.quod nonniſi de mundiſſima Chriſti hoſtia accipi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

accipi poteſt, præſertim cum (juxta nos) ſpiritualia noſtra ſacrificia ſemper immunda ſint.

XXIII.

Reſp. 1. loquitur Malachias de *paſſiva* gentium oblatione. de qua vidimus Rom. 15. 16. actio per quam ea fit, eſt prædicatio Chriſti crucifixi, confirmata adminiſtratione baptiſmi & ſ. cœnæ, quæ vera fide applicata, & in mundo corde conſervata, eſt oblatio munda. v. Luc. 8. 15. Io. 13. 10. Act. 15. 9. cohæret huic oblatio gentium activa, qua offerunt Deo preces, gratiarum actiones, fidem, vitam ſanctam. v. Ap. 5. 8. & 8. 3. Phil. 4. 18. &c. quæ licet in ſe *immunda* .i. peccatis inquinata ſint, Ieſ. 64. 10. tamen ob mundiſſimam Chriſti oblationem illis imputatam dicuntur oblatio munda. v. 1. Cor. 6. 11. Col. 2. 10. 1. Io. 1. 7. Si hæc omnia, quia ſub involucro cultuum legalum à prophetis prædicuntur, proprie accipienda putent papiſtæ, oportebit eos & feſtum tabernaculorum celebrare, ex vaticinio Zachariæ c. 14. v. 16. 20. & multa ſimilia abſurda inde emergent.

COROLLARIA.

1. *Infantes habent fidem habitualem.*
2. *Per calumniam Reformatis tribuitur quod doceant Chriſtum deſperaſſe in cruce.*
3. *Chriſtus poſt reſurrectionem non comedit ex neceſſitate naturæ.*
4. *Chriſtus eſt Mediator ſecundum utramque naturam.*
5. *Male ſtatuitur à nonnullis unicam ſanguinis Chriſti guttam ſufficere ad noſtram redemptionem.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXVIII.

DE

MISSA,

NONA:

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S. S. Theol. Doctoris,
& Collegii Theol. Per-Illuſtrium D. D. Ordinum
Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

PETRUS MUS, Amſtelodamenſis.

Ad diem 26. Aprilis, horis locoque ſolitis.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.
ANNO cIↃ IↃ c LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſſimo, Graviſſimo, Spectatiſſimo,

Florentiſſimæ ac Celeberrimæ

AMSTELODAMENSIUM

REIPUBLICÆ

MAGISTRATUI,

Dominis ac Mæcenatibus meis munificentiſſimis,

Hoc Exercitium Theologicum

offero & inſcribo

PETRUS MUS.

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXVIII.

DE

MISSA, nona.

THESIS I.

POſt typos, & vaticinia de Miſſa, etiam ex novo Teſt. quædam teſtimonia corradunt pontificii, quæ nunc percurremus.

II.

Primum eſt Io.4.19. uſque ad 25, ubi *veri adoratores* .i. Chriſtiani, dicuntur *in ſpiritu & veritate Patrem adoraturi.* .i. miſſas dicturi. agitur enim de cultu Dei publico cum interna mentis devotione, qui opponitur ſacrificiis Iudæorum, quæ tantum fiebant ſecundum externam cæremoniam, & Samaritanorum qui ea idolis offerebant. ita Becanus.

III.

Reſp. Neg. Conſeq. aliud eſt enim ſpiritualem Deo, & quidem publicè cultu exhibere, aliud externum & expiatorium ſacrificium offerre. de Samaritanis tempore Chriſti, falſum eſt idololatras fuiſſe, qui erant tantum ſchiſmatici, ut alibi oſtenſum. Itaque nihil hæc ad miſſam.

IV.

2. Matth.26.26. Ubi Chriſtus in præſenti tempore ait, *hoc eſt corpus meum quod pro vobis FRANGITVR. hic eſt ſanguis meus qui pro vobis EFFVNDITVR.* ergo Chriſtus tum ſe ipſum offerebat, cumque juſſerit nos *Hoc facere* quod ipſe fecit, voluit à nobis in miſſa ſacrificari.

V.

Reſp. in verbis Chriſti eſt enallage temporis. qualis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Io. 10. 15. *Ego pono animam meam* pro ovibus. c. 13. 31. *Nunc clarificatus eſt filius hominis*. Io. 17. 11. *Non ſum amplus in mundo.* utitur autem hic præſenti pro futuro, tum ob rei certitudinem, tum ob fidei naturam, quæ res certo futuras, perinde ut præſentes efficaciter apprehendit, tum quia jam venerat hora Io. 17. 1. & factum erat paſſionis initium per Iudæ proditionem &c.

VI.

Quid, quod vetus interpres latinus legit: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis TRADETVR.* 1. Cor. 11. 24. Et: *Hic calix Novum teſtamentum eſt in meo ſanguine, qui pro vobis FVNDETVR.* quam lectionem in futuro tempore, etiam ſequitur Canon miſſæ in poſteriori parte. id quod cum hoc pontificiorum argumento male convenit.

VII.

3. Luc. 22. 19. *Hoc facite*. atqui *facere* apud Hebræos ſæpiſſime ſignificat *ſacrificare*. ergo & hic. confirmatur ex Virgilio:

Cum faciam vitulà pro frugibus, ipſe venito.

VIII.

Reſp. 1. eſt argumentum à particulari. licet enim ſæpiſſime ita ſumeretur, tamen non ſemper. 2. Negamus ſæpiſſime ita ſumi, imo nunquam ita ſumi dicimus, ſed ſemper cum de ſacrificio agitur, ſumi pro *parare*, *præparare* &c. prout Iunius ſemper vertit per has aut æquipollentes voces. 3. Phraſis Virgilii alia eſt quam de qua hic loquimur. Neque enim dicit: *Cum faciam vitulam*, ſed *vitulâ*, at hic τȣ̃το ποιεῖτε. non τȣ́τῳ.

IX.

4. Ibidem: *in mei recordationem*. recordatio autem intelligitur, quæ fiat facti ſimilitudine. ergo debet fieri per externum ſacrificium.

X.

X.

Reſp. 1. Neg. Conſ. ſed per panis fractionem, & vini ſeparatam à pane exhibitionem. 2. Simili modo debemus nobis in memoriam revocare mortem Domini in ſ. cœna, quo in baptiſmo. Rom. 6. 4. Col. 2. 12. hoc ibi fit ſimilitudine ſacramentali, non oblatione reali. ita & hic.

XI.

5. 1. Cor. 10. 15. & ſeqq. agnoſcit Paulus triplicem menſam, ſeu triplex altare: Unum, in quo gentiles ſacrificant idolis ſeu dæmoniis, alterum, in quo Iudæi offerebant Deo victimas ex animalibus, tertium in quo Chriſtiani offerunt corpus & ſanguinem Chriſti, ſub ſpecie panis & vini. ergo datur ſacrificium miſſæ.

XII.

Reſp. Apoſtolus demonſtrat, 1. Corinthios bona conſcientia non poſſe eſſe participes conviviorum idololatricorum: qui participes eſſe ſoleant cœnæ Domini, quæ teſtatur communionem cum Chriſto: cum convivia idololatrica teſtentur communionem cum diabolo. 2. Quemadmodum Iudæi qui edunt victimas, participes ſunt altaris .i. religionis Iudaïcæ, ſic Chriſtianos qui edunt idolis immolata, participes eſſe altaris idolorum .i. idololatriæ. Falſum ergo penitus eſt quod hic aſſeritur, nempe, non minus apud Chriſtianos quam apud Iudæos & gentiles eſſe altare, ſacrificium, & participantes de ſacrificio. nihil enim horum in loco Paulino comparet.

XIII.

6. Heb. 7. 12. *Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt ut & legis fiat tranſlatio*, ubi ſub nomine ſacerdotii etiam ſacrificium comprehenditur, & per legem intelligitur lex divi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ni cultus. Eſtque ſenſus apoſtoli: ſacrificium & legem divini cultus ita connexa eſſe, ut alterum ſine altero eſſe non poſſit, & uno tranſlato alterum transferatur. unde ſicut triplex eſt lex divini cultus, naturalis, ab Adamo uſque ad Moſem, 2. Moſaïca, à Moſe uſque ad Chriſtum. 3. euangelica, à Chriſto uſque ad finem mundi: ita & triplex debet eſſe ſacrificium. quorum poſtremum eſt miſſa.

XIV.

Reſp. Nemo noſtrum negat ſacerdotium & ſacrificium N. T. ſed in eo ſolus ſacerdos ſimul & victima eſt Chriſtus. itaque quod additur de miſſa, id cum non ſit in ulla præmiſſa, miſſum facere oportet.

XV.

7. Heb. 5. 1. ait Apoſtolus, *Omnem pontificem ex hominibus aſſumtum pro hominibus conſtitui in iis quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* Ergo etiam temporibus N. T. ſunt ſacerdotes conſtituti, qui offerant dona & ſacrificia pro peccatis. Conſequentia patet: quia tempus præſens uſurpatur ab Apoſtolo. *Conſtituitur* inquit.

XVI.

Reſp. 1. Apoſtolus ibi comparat inter ſe Pontificem V. T. & Chriſtum. ait enim πᾶς ἀρχιερεὺς *omnis ſummus ſacerdos*. itaque hoc non poteſt referri ad ſacerdotes multos miſſifices. 2. In tempore præſenti eſt enallage pro præterito, ut frequens eſt vel in hac epiſtola: Heb. 7. 5. *Et ii quidem qui SVNT ex filiis Levi ſacerdotio fungentes, preceptum HABENT decimarum accipiendarum à populo ſecundum legem.* v. 8. *Lex homines CONSTITVIT* (καθίστησιν) *Pontifices, habentes infirmitatem*, c. 9. 6. *In prius quidem tabernaculum quovis tempore INGREDIVNTVR ſacerdotes qui*

ritus

ritus obeunt. v.22. *Omnia ſecundum legem ſanguine PVRIFICANTVR.* v.& c.10.1. argumentum ergo hoc nauci non eſt.

XVII.

8. Heb.8.3. *Omnis pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur, unde neceſſe EST hunc* (Chriſtum) *quoque HABERE aliquid quod OFFERAT.* Ergo Chriſtus ſe quotidie in cœlo offert pro nobis. nam hæc omnia ſunt præſentis temporis.

XVIII.

Reſp. imo horum nihil. nam neque τὸ Est eſt in textu poteſt autem ἀναγκαῖον æque ſuppleri per ἦν quam per ἐςί. neque Habere magis eſt præſentis quam præſenti imperfecti, tam apud græcos quam apud latinos. ut neque προσενέγκῃ, quod tam poteſt verti OFFERRET quam OFFERAT. & hoc loco omnia præteriti ſignificationem habere agnoſcit Thomas comment. in hoc caput. tali ſenſu: *Neceſſe fuit hunc quoque aliquid habere quod offerret.* videlicet naturam humanam, quam ſemel pro nobis obtulit in terra, non autem ſemper offert in cœlo.

XIX.

9. Heb.9.23. *Neceſſe eſt exemplaria quidem cœleſtium his mundari: ipſa autem cœleſtia melioribus HOSTIIS quam iſtis.* Hoc non poteſt intelligi quam de pluribus miſſis. quia loquitur de *hoſtiis* in plurali.

XX.

Reſpondeat pro nobis Thomas: *Dicit hoſtiis, in plurali: contra: quia tantum eſt una hoſtia Chriſti. infra: Vna enim oblatione conſummavit in perpetuum ſanctificatos. c.10. Reſp. Licet una ſit in ſe, tamen pluribus hoſtiis V.T. figuratur.* E quibus videmus, cur numerum multitudinis in

uno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

uno comparationis membro uſurpatum; in altero reti-
nuerit.

XXI.

10. Heb. 13. 10. *Habemus altare, ex quo non habent jus edendi qui tabernaculo deſerviunt*. nempe altare miſſaticum.

XXII.

Reſp. Bellarminus dicit, lib. 1. de Miſſa cap. 14. ſe nolle hunc locum urgere, *quia multi Catholici per altare intelligunt Chriſtum aut crucem.* Nos Chriſtum intelligimus, qui ſolus & ſacerdos eſt, & victima, & altare victimam ſanctificans, confer Matth. 23. 19. & ſuper quo (.i. cujus merito confiſi) preces noſtras & gratiarum actiones Deo debemus offerre. v. Apoc. 6. 9. & 8. 3.

COROLLARIA.

1. *An Trinitatis myſterium rectæ rationi & unitati Dei reluctetur? Neg.*

2. *An mulier ad imaginem Dei ſit condita? Aff.*

3. *An lex Dei moralis ſit immutabilis & æterna? Aff.*

4. *An vera & ſalvifica fides poſſit amitti? Neg.*

5. *Deus non eſt cauſa peccati.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM
DISPUTATIO CCXIX.

DE

MISSA,

DECIMA & ULTIMA.

QUAM,

Divino annuente Numine,

SUB PRÆSIDIO

Reverendi, Clariſſimi, Doctiſſimique Viri,

D. JACOBI REVII, S.S. Theol. Doctoris, & Collegii Theol. Per-Illuſtrium D.D. Ordinum Holland. & Weſt-Friſiæ Regentis digniſſimi,

Publicè defendere conabor

FRANCISCUS WINTERUS, Delphenſis.

Ad diem 29. Aprilis, horis locoque ſolitis.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud HÆREDES JOHANNIS NICOLAI à DORP.

ANNO CIↃ IↃ C LI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Nobiliſsimo ac Generoſo Heroi,

D. D. IACOBO van WASSENAER, Toparchæ in Warmondt, Eſſelickerwoude &c. dignisſimo, Hollandiæ ac Weſt Friſiæ Equiti præſtantiſſimo,

Mæcenati ſuo honorando.

UT ET

Nobiliſſimis ac Generoſiſſimis

D. D. WILHELMO de SCHAGEN, Toparchæ in *Schagen, Dircxhorn, Beringhorn, Haringhuyſen, Colhorn, Sliedrecht, Lockhorſt,* &c. Ordinis Equeſtris membro præſtantiſſimo,

D. D. PETRO BOULEN, J. U. L. Toparchæ in *Pieterſ-houck* &c. Equiti Baronetto excellentiſſimo.

DENIQUE

Eximiæ eruditionis & facundiæ Viro,

D. JACOBO du BOYS, Vineæ Lugd. Batav. Cultori indefeſſo, Præceptori ſuo obſervando,

Hoc Exercitium Theologicum

Offert ac Conſecrat

FRANCISCUS WINTERUS,

Reſp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

ANALECTORUM THEOLOGICORUM DISPUTATIO CCXVIII.

DE

MISSA,

Decima & ultima.

Thesis I.

SUpereſt pro miſſa locus unus, quem certis de cauſis paulo latius tractandum cenſuimus, eique deſtinavimus hanc diſputationem.

II.

Quæritur ergo, an Act. 13.2. λειτουργούντων αὐτῶν τῷ κυρίῳ, ſignificet: *ipſis miſſam dicentibus Domino?* Ita vertit Jeſuita Franc. Veronius in nova Editione Bibl. Gallicorum, olim adornata à Lovanienſibus, nunc ab ipſo interpolata ac excuſa Lutetiæ Pariſ. Anno 1646. ubi ita verba ea interpretatur: *Eux diſans la Meſſe au Seigneur.*

III.

Nos verſionem illam falſam, futilem, ac temerariam eſſe aſſerimus ob rationes ſequentes:

IV.

1. Quia λειτουργεῖν, in genere eſt *miniſtrare, ſervire.* ita ut natura miniſterii quam denotat non diſcernatur niſi per circumſtantias loci ubi uſurpatur.

V.

Unde verſio latina ſimpliciter habet, *Miniſtrantibus illis Domino.* & verſio Lovanienſis Gallica: *Eux ſervans en leur miniſtere au Seigneur.*

VI.

Videntur autem verba ſequentia demonſtrare quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

per hoc miniſterium Lucas deſignet. Narrat enim, viris illis de quibus agit v. 1. *miniſtrantibus Domino & jejunantibus*. dixiſſe Spiritum Sanctum: Separate mihi Barnabam & Saulem ad opus ad quod eos vocavi.

VII.

Continuo autem additur: *Quum ergo jejunaſſent, & precati eſſent, & impoſuiſſent eis manus, dimiſerunt eos.* ubi hæc verba Lucæ: *cum jejunaſſent & precati eſſent*, innuunt complementum & exitum illius occupationis quam tribuerat eis, cum diceret, *miniſtrantibus eis Domino & jejunantibus.*

VIII.

Saltem manifeſtum eſt quoad alterum horum exercitiorum pietatis, videlicet *jejunium*, verba: *cum jejunaſſent*, deſignare complementum eorum quæ præceſſerant, *ipſis jejunantibus.*

IX.

Unde ſatis cum ratione colligitur & de altero pietatis exercitio, videlicet *precatione*, verba: *quum precati eſſent*, continere complementum ejus quod dixerat: *miniſtrantibus ipſis*: ut miniſterium illud fuerit ipſa precatio.

X.

Atque huc ſpectat verſio Syra & Arabica, quæ verba hæc λειτουργούντων αὐτῶν transferunt: *precantibus ipſis.*

XI.

Quod tamen non putamus accipiendum cum excluſione reliquarum partium *miniſterii* eorum. Quum enim appellentur *prophetæ & doctores*. v. 1. conſentaneum eſt eis attribui functionem aliquam ad quam vi illorum miniſteriorum obligabantur, id eſt, miniſtraſſe eos Domino

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

prophetantes ac *docentes*, non ſine *precibus*, & *jejunio* ex-
traordinario, ut attraherent benedictionem divinam ſu-
per hæc ſui miniſterii exercitia.

XII.

Atque hoc in mente fuit Cardinali Cajetano, cum diceret in locum hunc: *Non explicatur ſpecies miniſterii: ſed ex eo quod dixerat, prophetæ & doctores, inſinuatur quod miniſtrabant Domino, docendo & prophetando.*

XIII.

Quibus conſideratis facile eſt colligere, Lucam hic nobis repræſentare Apoſtolos occupatos generatim miniſterio publico, quod Deo debebant ratione muneris ſui, id autem conſiſtebat prædicatione verbi, adminiſtratione ſacramentorum, & publicis precibus.

XIV.

Quod ſi ex verbo λειτουργεῖν miſſam putent neceſſario concludi, abſurdorum Ilias inſurget. etenim

XV.

1. Sequetur ſacerdotes Vet. Teſt. non minus quam Novi, Miſſam celebraſſe. nam de Zacharia dicitur Luc. 1. 23. *Et factum eſt, ut impleti ſunt dies* τῆς λειτουργίας αὐτοῦ. quod non eſſet deinceps vertendum, *miniſterii ipſius*, ſed *Miſſæ ipſius*.

XVI.

Ita Hebr. 9. 21. dicitur Moſes *ſanguine aſperſiſſe* πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας. quod non eſſet vertendum, *omnia vaſa miniſterii*, ſed *omnia vaſa* ſive inſtrumenta *miſſæ*.

XVII.

Ibidem cap. 10. 11. dicitur *omnis ſacerdos adſtare*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quotidie λειτουργῶν. id eſt (ſi credimus) *Miſſam dicens*, non autem, *miniſtrans*.

XVIII.

2. Sequetur, Ieſum Chriſtum miſſam celebrare in cœlis. dicitur enim is Heb. 8. 1. 2. conſidere ad dexteram throni majeſtatis illius in cœlis, τῶν ἁγίων λειτουργός. quod non vertendum, *ſanctuarii miniſter*, ſed *miſſam dicens in ſanctuario*:

XIX.

3. Sequetur, angelos miſſam clebrare. dicuntur enim ibidem c. 1. 14. λειτουργικὰ πνεύματα. quod non erit vertendum *ſpiritus miniſtrantes*, ſed *miſſificantes*.

XX.

4. Sequetur Magiſtratus miſſam celebrare. vocantur enim Rom. 13. 6. λειτουργοὶ τοῦ Θεοῦ. id autem non deſignabit *Dei miniſtros*, ſed *Deo miſſam dicentes*.

XXI.

5. Sequetur, laïcos promiſcuè miſſam celebrare. talibus enim ſcribit Paulus Phil. 2. 30. *Vt ſuppleret defectum veſtræ erga me* λειτουργίας. quod eſſet, veſtræ erga me *miſſæ*. cum Vulgata habeat: *id quod ex vobis deerat erga meum obſequium*.

XXII.

6. Sequetur miſſam poſſe recenſeri inter res merè carnales. ex Rom. 15. 27. *Debent in carnalibus* λειτουργῆσαι αὐτοῖς. quod eſſet *miſſam eis dicere* cum in vulgata ſit *miniſtrare*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

XXIII.

Sin putent, non omnibus textibus hanc vertendi licentiam convenire, ſed iis tantum, è quibus commodum aliquod eccleſiæ Romanæ provenit: quæro

XXIV.

1. Cur locum Matth. 16. 18. *Tu es Potrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam,* non vertant, *Tu es papa, & ſuper hunc papam ædificabo eccleſiam meam?* id enim poteſtati pontificiæ cum primis inſerviret.

XXV.

2. Cur locum 1. Cor. 3. 15. *ſervabitur tanquam per ignem,* non vertunt, *ſervabitur per ignem purgatorii?* is enim expeditus modus eſſet ignem illum è ſcriptura probandi.

XXVI.

3. Cur locum Apoc. 3. 4. *ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt,* non vertunt, *quia merentur?* quid enim luculentius eſſet ad merita operum ſtatuminanda?

XXVII.

4. Cur locum Deut. 30. 14. *Propinquum eſt tibi verbum hoc valde: in ore tuo, & in animo tuo, ad faciendum illud,* non vertunt, *eſt in libero tuo arbitrio?* id enim inde demonſtrare ſatagunt, & talis verſio eſſet breve compendium, quo ſcopum hunc ſine labore aſſequerentur.

XXVIII.

Hiſce adjicimus, Veronium in hac ſua *verſione*, an *perverſione?* miſſæ exiſtimationi non ſatis conſuluiſſe,

quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

quia verba Lucæ interpretatus eſt, *Eux diſans la Meſſe au Seigneur*, id eſt, *ipſis dicentibus miſſam Domino*, & non potius *eux offrans*, .i. *eis offerentibus*. unde concludi poſſet miſſam tantum verborum quendam ſtrepitum eſſe, non autem realem oblationem, quod adverſus ejus majeſtatem eſſet crimen inexpiabile.

COROLLARIA.

I.

Homo non juſtificatur juſtitiâ inhærente.

II.

Converſio in hac vitâ non eſt perfecta.

III.

Fideles Vet. Teſt. non minus quam fideles N. T. per fidem in Chriſtum ſunt ſalvati.

IV.

Lapſus Adami & neceſſarius fuit, & voluntarius.

V.

Vocatio efficax non eſt reſiſtibilis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2

Vollst. gepr.
für M. B.
E. G.

54.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 L 2